This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Stanford University Libraries
3 6105 025 640 009

.2
21d

189.2
C621d

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

# CLEMENTIS ALEXANDRINI

## OPERA

Londini

APUD

ALEXANDRUM MACMILLAN

# CLEMENTIS ALEXANDRINI

# OPERA

EX RECENSIONE

GULIELMI DINDORFII

VOL. IV.

ANNOTATIONES INTERPRETUM.

STANFORD LIBRARY

Oxonii

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

M.DCCC.LXIX

Go

254608

STANFORD LIBRARY

STANFORD LIBRARY

# ANNOTATIONES AD PROTREPTICUM.

P. 1, l. 2. *Προτρεπτικὸς*] Protreptici titulum agnoscit et probat auctor ipse Strom. 7. [p. 841.] his verbis, *καὶ περὶ μὲν τῆς δεισιδαιμονίας ἱκανῶς, οἶμαι, ἐν τῷ Προτρεπτικῷ ἐπιγραφομένῳ παρεστήσαμεν, κατακόρως τῇ κατεπειγούσῃ συγκαταχρώμενοι ἱστορίᾳ.* HOESCHEL. Hoc est nobile illud scriptum, in quo, teste Photio, *τὴν Ἑλλήνων διελέγχει ἀθεότητα*, qui de ordine recepto in Clementis libris esse nos securos jubet. Postquam enim primo loco de Paedagogo egit, huic tamen primum deberi confitetur: *Ἔχει δὲ τούτων καὶ προηγούμενον καὶ συνταττόμενον λόγον ἕτερον, ἐν ᾧ τῶν Ἑλλήνων διελέγχει ἀθεότητα.* Tertio deinde loco ponit *τοὺς Στρωματεῖς, τοὺς ἐν ὀκτὼ λόγοις καθ' Ἑλλήνων καὶ αἱρέσεων τὸν ἀγῶνα εἰσενηνεγμένους.* Sed et recte scriptum hoc *ἐλεγκτικὸν* vocat; potissima enim pars est *ἀποτρεπτική*· in qua de inventione et origine, de materia, templis et imaginibus gentilium deorum, et judicio de iis saniorum inter gentiles agitur. Quare non minus *Ἀποτρεπτικὸς* inscribi poterat, quemadmodum Theodoreti *Θεραπευτικὸς*, sive *τῶν Ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτική*. HEINSIUS. Quamvis, ut observat P. Victorius Var. Lect. 4, 18, veteribus *λόγοι προτρεπτικοὶ* dictae sunt orationes, quae rem aliquam laudando ad eam capessendam adhortabantur; unde Aristoteles a Graecis interpretibus traditur *προτρεπτικὸν* confecisse, quo adolescentes impelleret ad studia philosophiae. Ipse autem aliquando mecum cogitavi, an Cicero verbis his ex Hortensio quae citat Nonius, hujuscemodi orationem significarit: Nam quod vereris, ne non conveniat nostris aetatibus ista oratio, quae spectat ad hortandum. Haec ille. Pollux 6, 98, [et 10, 68.] citat Antisthenem *ἐν τῷ Προτρεπτικῷ*, et Galeni est *Προτρεπτικὸς ἐπὶ τὰς τέχνας*. COL. Nihilominus haud immerito *προτρεπτικοὶ* sermones vocantur, qui in refutatione falsarum opinionum praecipue versantur. Nemo enim melius ad amplectendam veritatem hortatur quam qui adversos ipsi errores detegit. Unde Justinus martyr orationem illam, qua gentilium superstitiones redarguit, *λόγον παραινετικὸν πρὸς Ἕλληνας* appellavit. Quam, ut videtur, alio titulo *τοῦ ἐλέγχου* insignivit. Nam de hoc libro vix dubitaverim loqui Eusebium H. Eccl. 4, 18, ubi de S. Justini scriptis agit, *καὶ αὖθις ἕτερον πρὸς Ἕλληνας εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν Ἔλεγχον.* Caeterum observat Heinsius, Photium nos docere, *συντετάχθαι ταῦτα, quod conjuncta jam olim fuerunt haec* Clementis *scripta.*

De duobus enim primis postquam egit, Stromateωn libros statim subjungit. Itaque quemadmodum in multis, etiam in ordine, Πυθαγόρειος καὶ μυστηριώδης est Clemens. Primus enim est ἀποκάθαρσις, secundus μύησίς τε καὶ κατήχησις, tertius ἐποπτικὸς sive ἐποπτεία. Nam in primo, qui futuri Christiani sunt, purgantur; in secundo, facti jam initiantur; in tertio, ad sacra maxima, supremam Dei admittuntur notionem, et aeternam contemplationem. Quod a studioso Clementis observari velle se dicit Heinsius. His porro adjiciendum, quod cum auctori propositum esset, ut gentes in perfectos Christianos formaret, primo illis persuadere aggreditur, ut relicto simulacrorum falsorumque deorum cultu sese ad veram religionem convertant. Quod quidem hoc sermone exsequitur, quem vocat Λόγον προτρεπτικὸν, suasoriam orationem, uno vocabulo Cohortationem dicere placuit. Hanc proxime sequitur aliud opus, quo bene et secundum Evangelii rectaeque rationis normam vivendi praecepta tradit. Quod quia pueris, hoc est Christianis νεοφύτοις, necessariam doctrinam contineat, Παιδαγωγοῦ titulo ornat. Tandem Στρωματέων libris, quibus id nominis indidit propter multiplicem qua contexti sunt materiae varietatem, sublimiora religionis dogmata explicat, et diversa sentientes refellit. Atque haec est praecipuorum Clementis operum, quae quidem hodienum exstant, ἀκολουθία, quam ipse tradit Paedag. 1, 1. Caeterum Cohortatio ad Gentes duodecim capitibus constat, quorum tabellam, ut etiam eorum quae singulis Stromatum libris continentur, et non paucas, tam in hos quam in Paedagogum observationes et emendationes, suis locis inserendas, perhumaniter mecum communicavit vir non vulgariter eruditus W. Lowthius, Ecclesiae cathedralis Winton. praebendarius. POTT.

P. 2, l. 2. *ἰχθὺν*] Delphinem. Herodotus 1, 23, 24. Aelian. H. A. 2, 6. 6, 15. 12, 45. Greg. Naz. Carmine Nicobuli ad filium; et apud Latinos Naso Fastorum 2, 83. Plinius H. N. 8, 9. Gellius Noct. Att. 16, 19. Solinus cap. 12. HOESCH. et REMUS. Plutarchum Sympos. p. 161. addit Hoesch.

*ὁ δὲ Θήβας τειχίσας*] De Amphione vid. Pausanias 9, 5. Horatius Artis Poeticae v. 394. Ejusdem Od. 3, 11. Solinus cap. 13. Plutarchus De Musica p. 1132. Propertius 3, 2. Plato De Leg. 3. p. 677. POTT.

*Θρᾴκιος σοφιστὴς*] Orpheus, cujus tota fabula exstat apud Ovidium in Metamorphosi libro 11. Vid. etiam Pausanias 9, 30. Item Gregorius Nazianz. Carm. ad Vitalium et ad Nemesium. Idem tamen Gregor. etiam allegorice hanc de Orpheo et Amphione fabulam transfert ad eloquentiam Carmine Nicobuli ad filium his verbis

> Ὀρφείη κιθάρη μῦθος πέλεν, ὥσπερ ἔϊσκω,
> πάντας ἄγων μελέεσσιν ὁμῶς ἀγαθούς τε κακούς τε,
> ὡς δ' Ἀμφιονίη λύρη καὶ λᾶας ἕπειθε,
> ψυχὰς ἀντιτύπους πετρώδεας. SYLB.

2, 6. *Εὔνομον τὸν Λοκρὸν*] De Eunomo et cicada narrat Antigonus Παραδόξων συναγωγῇ initio. COMMELIN. De cicadis Locrensibus Aelianus N. A. 5, 9. Vide proverbium *Acanthia cicada.* COL. Conf. etiam Cononis Διήγησις quinta. POTT.

2, 16. *τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος*] Vult citharoedum cicadae cantui suum instrumentum sic attemperasse, ut illa chordae deficientis locum sup-

pleret. Sic p. 5. *τὸν ἄνθρωπον ἁγίῳ πνεύματι ἁρμοσάμενος.* Et Paedag. 1, 12. *ἡμᾶς ἁρμοσαμένους χρὴ σφᾶς αὐτοὺς πρὸς τὸν παιδαγωγὸν ..... τῷ ὄντι ζῆν.* POTT.

2, 25. *ὑποπέπτωκεν*] *ὕποπτον, suspectum*, legere mavult Lowthius. Sed *ὑποπίπτειν* eodem aut simili sensu adhibent cum alii scriptores, tum etiam ipse Clemens. POTT.

P. 3, l. 7. *κιττῷ*] Scilicet more ebriorum et bacchantium, quibus hedera sese coronare, sacra Baccho arbore, solemne olim erat. POTT.

3, 8. *μαινόλῃ*] *μαινόλης* est apud Hesychium et Suidam, et Clemens Bacchum postea vocat *Διόνυσον μαινόλην* p. 11. idemque in epigrammate *μαινόλιος Βάκχος* dicitur. POTT.

3, 10. *κατάγωμεν*] Partes hujus sententiae totidem praecedentis partibus sunt *ἀντίστοιχοι*· scilicet *ἀλήθεια* et *φρόνησις* Christianorum *τῇ πλάνῃ* et *ἀφραδίᾳ* gentium: Mons Dei poeticis montibus, Heliconi et Cithaeroni: prophetarum denique chorus daemonum et bacchantium choro respondet. POTT.

3, 15. *ὑπερτάτην*] Id est *ἰσχυροτάτην*. quemadmodum apud Sophoclem El. 455. *ἐξ ὑπερτέρας χειρός* explicari solet *ἰσχυροτέρας*, seu *μετὰ δυνάμεως μείζονος*. POTT.

3, 16. *οἱ δὲ ἀνανεύσαντες*] Simile est quod postea dicit hujus libri p. 83. *ἀνανεύσατε τῆς γῆς εἰς αἰθέρα, ἀναβλέψατε εἰς οὐρανόν*: *a terra in aetherem oculos attollite, in coelum suspicite.* Nam *ἀνανεύειν* hoc loco non est *ἀναπήφειν, ad se reverti*, ut Hervetus et post eum alii putarunt, sed idem fere quod *ἀνακῦψαι, sursum oculos attollere.* POTT.

3, 19. *γνήσιος ἀγωνιστὴς*] Per metaphoram a Grœcis certaminibus sumptam, in quibus coronæ victoribus dari solebant, dicit Christum, quem *οὐράνιον* Logon vocat, universas totius mundi gentes tandem devicisse. Similis locus occurrit hujusce libri p. 86. *γνήσιος γὰρ ἦν ἀγωνιστὴς, καὶ τοῦ πλάσματος συναγωνιστής· τάχιστα δὲ εἰς πάντας ἀνθρώπους διαδοθεὶς, θᾶττον ἡλίου ἐξ αὐτῆς ἀνατείλας τῆς πατρικῆς βουλήσεως ῥᾷστα ἡμῖν ἐπέλαμψε τὸν θεόν.* Conf. Strom. 7. p. 839. POTT.

P. 4, l. 1. *τὸ ᾆσμα τὸ καινὸν*] Quid hoc velit, paulo post satis plene explicat p. 6. POTT.

4, 2. *νηπενθές*—] Conf. etiam Gregorii Nazianz. Carm. Nicobuli ad filium v. 202. POTT.

4, 6. *Ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες*] Vult auctor eos qui humano genere tantam perniciem intulerunt, non tam viros esse quam dæmonas, habendos. Quemadmodum alias homines vitiis deditos dicit *θηρία μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους* esse, Strom. 4. p. 568. homines *ἀφελεῖς, simplices, ὡς ἄρνας, οὐκ ἄνδρας*, tanquam agnos habendos esse, non viros, Pædag. 1, 5. p. 106. Denique viros molles et effeminatos, *οὐκ ἄνδρας, βατάλους δὲ καὶ γύννιδας.* Simile est quod de falso dictis philosophis protulit Tatianus p. 15. ed. Oxon. *Μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις.* Illud item Euripidis Orest. 155. *δισσοῖν λεόντοιν· οὐ γὰρ ἄνδρ' αὐτὼ καλῶ.* Et quod dixit Constit. apost. auctor 2, 21. *Παραδώσεις λύκοις εἰς κατάβρωμα, τουτέστι δαίμοσι καὶ πονηροῖς ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ θηρίοις ἀνθρωποειδέσιν, ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαΐσταῖς καὶ αἱρεσιώταις ἀθέοις.* POTT.

4, 7. *προσχήματι μουσικῆς*] Similia his habet Minutius Octavio "Considera denique sacra ipsa et ipsa mysteria, invenies exitus tristes, fata et funera, et luctus atque planctus." Athenagoras Legatione, *Τὰ πάθη*

*αὐτῶν*, inquit, *δεικνύουσι μυστήρια*, Deorum passiones et libidines vocant mysteria. POTT.

4, 12, *ἔθνους*] Scribe *ἔθους* auctoritate MS. N. Similiter apud Philonem Judæum, lib. 1. De vita Moysis p. 645, pro *ἐθνῶν ἰδιότητα*. scribendum ex codice MS. G. Wheleri, *ἐθῶν ἰδιότητα*. POTT.

4, 14. *καταζεύξαντες*] Hoc confirmat continuata *ζυγοῦ* metaphora et repetita inferius ejusdem verbi usurpatio *τῶν ἀνθρώπων τὴν συνωρίδα καταζεύξας εἰς τὸν θεόν*. SYLB.

4, 15. *καταλύσων*] Paria sunt quae dixit Tatianus cap. 47. p. 103. *ὅτι λύει* (S. scriptura) *τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ*. POTT.

4, 20. *θηρία*] His similia habes Strom. 4. p. 568. POTT.

P. 5, l. 1. *δυνατὸς γὰρ*] Hanc interpretationem ex Irenaeo forte sumpsit Clemens. Is enim 4, 16. haec ait: "Potens est enim Deus, etc. Hoc autem fecit Jesus a lapidum religione extrahens nos, et a nostris duris et infructuosis cogitationibus transferens nos, et similem Abrahae fidem in nobis constituens." POTT.

5, 13. *ἦμεν γὰρ ἦμεν*] Geminationem illam *ἦμεν γὰρ ἦμεν* confirmat alia consimilis infra p. 74, 2. *ἀπέστω δὲ ἀπέστω* (desumtus autem locus ex Pauli ad Titum Epistola cap. 3. paucis variatis). Sic p. 18, 12. 96, 7. 15. SYLB.

P. 6, l. 6. *πυρὸς*] Scilicet ignis elementaris, quem supra aerem sub concavo lunae cum Aristotele ponere videtur. POTT.

6, 11. *Τουβὰλ*] Ille, cum e Caini familia esset, musicam invenit: quam proinde Clemens, ut profanam, opponit musicae *τοῦ θεοπνεύστου* David. POTT.

6, 15. *κόσμον δὲ*] Physici, inquit Macrobius 2. in Somnium Scipionis 12, mundum magnum hominem, et hominem brevem mundum esse dixerunt. Quod sic expressit Philo Judaeus libro Quis rerum divinarum haeres p. 502. *ἐναλλάττοντες, βραχὺν μὲν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι*. De homine microcosmo, *κόσμῳ συντόμῳ*, ubique legas. POTT.

6, 18. *τούτῳ τῷ ὀργάνῳ*] His similia habet Clemens Paedag. 2, 4. p. 193. et Strom. 6. p. 784. Plerique veterum Patrum homines *θεοπνεύστους* organis musicis assimilant. Justinus M. Paraenes. p. 61. ed. Oxon. *αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ κατιὸν πλῆκτρον, ὥσπερ ὀργάνῳ κιθάρας τινὸς ἢ λύρας τοῖς ἀνδράσι τοῖς δικαίοις χρώμενον, τὴν τῶν θείων ἡμῖν καὶ οὐρανίων ἀποκαλύψῃ γνῶσιν*. Athenagoras Legat. p. 36. ed. Oxon. de prophetis ait, *συγχρησαμένου τοῦ πνεύματος, ὡσεὶ καὶ αὐλητῆς, αὐλὸν ἐμπνεῦσαι*. Et p. 56. de toto mundo, *εἰ τοίνυν ἐμμελὲς ὁ κόσμος ὄργανον καὶ κινούμενον ἐν ῥυθμῷ, τὸν ἁρμοσάμενον καὶ πλάσσοντα τοὺς φθόγγους, καὶ τὸ σύμφωνον ἐπᾴδοντα μέλος, οὐ τὸ ὄργανον, προσκυνῶ*. Quae sunt his, quae dicit Clemens, persimilia. POTT.

*σὺ γὰρ εἶ*] Christi verba, ut videtur, e sacro aliquo hymno citata. POTT. De illo *σὺ γὰρ εἶ κιθάρα* vide Philonem p. 135. et Basil. p. 56. HOESCH.

6, 20. *διὰ τὸν λόγον*] Scilicet *ἐνοικοῦντα*, propter Dei Verbum in animabus justorum habitantem. *ἀνθρώπου δικαίου ψυχὴ ἐν ᾗ διὰ τῆς τῶν παραγγελμάτων ὑπακοῆς τεμενίζεται καὶ ἐνιδρύεται ὁ πάντων ἡγεμὼν . . . Λόγος αἰώνιος*. Strom. 7. p. 837. POTT.

P. 7, l. 7. *ὀφθαλμοὺς*] Respicit Matth. 11, 5; Luc. 7, 22. POTT.

7, 11. *φιλάνθρωπον*] Conf. Paedag. lib. 1, principio c. 9, et fine c. 7. POTT.

7, 17. *ἐπὶ μόνης*] Strom. 7. p. 836. dicit nec sacrificia, nec aliud quidquam nunc a nobis exspectari, nisi ut nosmet Deo dedicemus, *μόνῃ γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ ὁ θεὸς ἥδεται*. POTT.

7, 21. *πρὸ ἑωσφόρου*] Respicit psalm. 109, 3. *ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε*. POTT.

7, 25. *τοὺς Ἀρκάδας*] De *πρόσελήνοις* Arcadibus vide Plutarchi Problemata Romana. HOESCH. Confer etiam Lycophronis v. 482, ibique Tzetzae et Meursii Commentarios. POTT.

7, 27. *ἀναφῦναι*] A. *ἀναφῆναι*. Utriusque lectionis exempla infra p. 125, 41. et 128, 31. *ἀναφῦναι* tamen neutraliter plerumque accipitur, ut *ἀναφῦσαι* active. SYLB.

P. 8, l. 3. *ἐν ἀρχῇ*] His similia quaedam occurrunt sub finem Paedag. lib. 1. POTT.

P. 9, l. 1. *οἷ νεκροῖς τοὺς αἰχμαλώτους συνδεῖν*] Sicut Mezentius Aen. 8.

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis.

Qua de re et Livius lib. 1. et Petrus Victorius Var. Lect. 4, 18. SYLB.

P. 10, l. 24. *τὸ πᾶν γίνεται φωνὴ*] Joannis dictum respicit, qui interrogatus quis esset, nil aliud respondit, quam se esse *φωνὴν βοῶντος ἐν ἐρήμῳ*. Joan. 1, 23. POTT.

P. 11, l. 19. *τῆς στείρας*] Locus ille de sterili et deserta tractatur etiam infra Strom. 2. p. 160, 29. SYLB. Et a Justino M., Apol. 1. p. 101, 102. edit. Oxon. POTT.

11, 28. *ἑτοίμους*] Respicit Joannis praeconium, *ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου*, Matthaei 3, 3. POTT.

P. 12, l. 5. *δάφνης πετάλων*] Mos erat sacra facturos, antequam in templa deorum ingrederentur, lauri ramo sacra aqua intincto aspergere; qui erat lustrandi ritus. Juvenalis 2, 157:

Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum taedis, et si foret humida laurus.

Sozomenus Hist. Eccl. 6, 6. de Valentiniano Julianum sequente agens, *Ἐπεὶ δὲ ἔμελλον*, inquit, *ὑπεραμείβειν τοῦ ναοῦ τὸν οὐδὸν, θαλλούς τινας διαβρόχους κατέχων ὁ ἱερεὺς νόμῳ Ἑλληνικῷ, περιέρραινε τοὺς εἰσιόντας*. POTT.

*ταινιῶν τινων, ἐρίῳ καὶ πορφύρᾳ πεποικιλμένων*] Qui diis supplicabant, vittas gestabant. Virgil. Aeneid. 7, 237:

Praeferimus manibus vittas, et verba precantum.

Homerus Il. 1, 14:

*Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.*

Erat autem *στέμμα* lana plerumque obvolutum. Sophoclis scholiastes Oedip. Tyr. 3. *στέμμα δέ ἐστίν τι προσειλημένον ἔριον τῷ θαλλῷ*. Addebant nonnunquam purpuram. Tertullianus Apol. c. 13. "Sub iisdem vittis, et apicibus, et purpuris." Similem Judaeis morem fuisse testatur Scriptor ad Hebraeos 9, 19. *Λαβὼν τὸ αἷμα τῶν μόσχων καὶ τράγων μετὰ ὕδατος, καὶ ἐρίου κοκκίνου, καὶ ὑσσώπου, αὐτό τε τὸ βιβλίον, καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐρράντισε*. Conf. Archaeologia nostra Graec., 2, 4 et 5. POTT.

12, 9. *θελήμασι*] *θελήσασιν* C; at A, *θελήσουσι*. In qua lectione si quem offendit *δεῖ* cum dativo personae, sciat ille infra quoque in Strom. 1, p. 118, 7. similiter legi, *Οὐδὲ ἀντιμισθίας ἐφίεσθαι χρὴ τῷ εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένῳ*. SYLB.

12, 18. *Ἄδυτα τοίνυν*] Locus hic de non consulendis oraculis recitatur ab Eusebio De praep. evang. 2. p. 61. ed. Par. ubi haec ei praefatio est praemissa, *ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας Προτρεπτικῷ διαρρήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνὴρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος.* Dein Clementis verbis, quasi tituli loco praeponit ea quae sequuntur: *Ἐπιτομὴ τῶν ἀπορρήτων τελετῶν, καὶ κρυφίων μυστηρίων τῆς πολυθέου πλάνης.* POTT.

*τὰ δὲ* (*οὐδὲ* SYLB.)] *μηδὲ* Euseb. et MS. Eusebii codex in Collegio D. Joannis Baptistae Oxon. asservatus. POTT. Eusebii codicis Oxoniensis usus nullus est post codices meliores ab Gaisfordo excussos, inter quos eminet Parisinus 451. de quo videnda quae in Praefat. vol. 1. diximus.

*βαράθρων στόματα*] Sic vocat oracula quae ex antris et speluncis proferebantur. De specu oraculi Delphici vid. Archaeologiae nostrae lib. 2. quae de caeteris etiam oraculis et vaticinandi artibus paulo infra memoratis a Clemente consuli potest. POTT.

12, 20. *τρίποδα Κιρραῖον*] Modo a Graecis Κύρραν scriptum reperias, modo Κίρραν. Cirrham saepius Latini dixere. Plinius H. N. 4, 3. *Ultra*, inquit, *Cirrhaei Phocidis campi, oppidum Cirrha.* VIGERUS.

*γεράνδρυον*] Non dubium videtur quin Libycum illud, ac Dodonae prope Ammonis oraculum intelligat. Sed mirum est apud scriptores omnes de quercu illa, vel alia quavis arbore pervetusta, quod *γεράνδρυον* hic nominat, silentium. Arrianus quidem, et Curtius lib. 4. qui omnium uberrime oraculi situmque solumque describunt, opacissimum ei nemus circumfundunt, nullam tamen alias inter arborem signant, aut vetustate aut cultu eximiam. Plinius autem 12, 49, 23. ubi de Hammoniaci sive Ammoniaci lacryma loquitur, ita scribit "Aethiopiae subjecta Africa, inquit, Hammoniaci lacrymam stillat in arenis suis (inde nomen etiam Hammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor; quam Metopion vocant), resinae modo, aut gummi." Verum, opinor, genus arboris innuit, non singularem aliquam indicat, nec ullam aut vetustatis aut cultus notam adjungit. Theodoretus lib. 10. De Graec. affect. qui totus de oraculis est, inter caetera *καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν* commemorat, continuoque subdit, *καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον.* An *ἱερὰ δρῦς* nostrum hoc *γεράνδρυον* est? VIGER. ad Euseb. Ita esse inde probabile videtur, quia Clemens paulo post simul memorat Ammonis et Dodonaei Jovis oracula. Verum integrum hunc Theodoreti locum, quia Clementi lucem aliquam allaturus videtur, et ex eo forte desumptus est, solet enim Theodoretus Clementem compilare, apposuisse haud abs re fuerit ex operum ejus vol. 4, p. 623. *διά τοι τοῦτο πανταχοῦ τῆς γῆς τὰ τῆς ἀπάτης κατεσκεύασαν ἐργαστήρια, καὶ τὰς μαντικὰς ἐπενόησαν μαγγανείας. τοὺς ἀλευρομάντεις. καὶ στερνομάντεις, καὶ νεκυομάντεις, καὶ τὴν Κασταλίας πηγὴν, καὶ τὸ Κολοφώνιον ῥεῖθρον, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, καὶ τὸν Κιρραῖον τρίποδα, καὶ τὸν Θεσπρώτιον λέβητα· καὶ ἐν Λιβύῃ μὲν τὸ μαντεῖον Ἀμμωνος, ἐν δέ γε Δωδώνῃ τὸ τοῦ Διός· ἐν δὲ Βραγχίδαις, καὶ Δήλῳ, καὶ Δελφοῖς, καὶ Κολοφῶνι, τοῦ Κλαρίου, καὶ Πυθίου, καὶ Δηλίου, καὶ Διδυμαίου· καὶ ἐν Λεβαδίᾳ μὲν Τροφωνίου, ἐν Ὠρωπῷ δὲ Ἀμφιάρεως, ἐν δὲ τῇ Τυρρηνῶν καὶ Χαλδαίων τῆς νεκυομαντείας τὰ ζοφώτατα ἄντρα· καὶ ἀλλαχοῦ μὲν Ἀμφιλόχου, ἀλλαχοῦ δὲ Γλαύκου, καὶ ἑτέρωθι Μοψοῦ, καὶ ἄλλων τινῶν δυσωνύμων ἀνθρώπων.* POTT.

P. 13, l. 8.. χρηστήρια] μυστήρια, Ioann. [aliique libri deteriores Eusebii] Porro cum ea Clemens enumerasset oracula, quae per res inanimas, velut instrumenta, sc. tripodem, lebetem, fontem, etc., futura praedicebant; jam pergit ad ἄλλην, ut vocat, μαντικήν, qua daemones ipsis hominibus futurorum scientiam afflatu suo indebant; mox ad tertiam μαντικῆς speciem transiturus, qua ipsi homines ex avium volatu, prodigiis. aliisve rebus futura conjectabant. POTT.

Διδυμέα] Apollo non solum dicitur Διδυμαῖος. ut in Theodoreti verbis ante citatis, sed etiam Διδυμεύς. Vid. Stephanus De urb. POTT.

13, 9. τὸν Ἀπόλλω] Forte glossema est. Quorsum enim post Clarium, Pythium, Didymea, quae omnia sunt Apollinis cognomenta, ejusdem Apollinis nominatim meminisse? VIGER.

13, 14. Τυρρηνῶν νεκυομαντείαι] Haec in Odyssea late describuntur, quo loco Ulysses ad inferos descendit. Vid. Archaeologiae nostrae lib. 2. POTT.

P. 14, l. 4. ἐξορχήσομαι] Ea voce Clemens alias usus est; ut Paedag. 3, 3. p 264. Τῆς φύσεως τὰ ἀπόρρητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας, ἐξορχουμένους, et Strom. 1. p. 328. μέγας ὁ κίνδυνος τὸν ἀπόρρητον ὡς ἀληθῶς τῆς ὄντως φιλοσοφίας λόγον ἐξορχήσασθαι. Tatianus, perinde ac Clemens, ait quemdam ἐξορχήσασθαι μυστήρια p. 95. edit. Oxon. Est itaque ἐξορχήσασθαι, temere quae tacenda fuerant enuntiare, atque sic ea ridenda proponere; sumpta ab illis metaphora, qui extra templi vestibulum sacras choreas celebrabant. Hesychius,' Εξορχήσομαι: χλευάζω, ὑβρίζω: ubi scribendum, mutato tempore, χλευάσω, ὑβρίσω. Suidas, 'Εξωρχησάμην· πρὸς ὃν ἐξωρχησάμην τὰ τέως ἀνέκπυστα, ἐξεφαύλισα, κατέπαιξα. Καὶ αὖθις· ὁ δὲ μεθυσθεὶς ἐν τῇ οἰκίᾳ Πουλτίωνος τοῦ παρασίτου τὰ μυστήρια ἐξορχήσατο· ἀντὶ τοῦ ἐξεμυκτήρισεν, ἔκπυστα ἐποίησεν. Ad quem locum annotavit Kusterus fragmentum id intelligendum esse de Alcibiade, qui in domo Pultionis, vel potius Polytionis, mysteria Cereris enuntiasse et derisisse legitur. Vide Andocidem De mysteriis p. 2., et Plutarchum in Alcibiade p. 200. Mox pro ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, Lowthius legere maluit μὰ τόν etc. POTT.

14, 9. ἐγκυκλήσω] Scribendum videtur ἐκκυκλήσω, id est *evolvam, explicabo.* Qua voce Clemens usus est Strom. 7. p. 886. οὐ γὰρ ἐκκυκλεῖν χρὴ τὸ μυστήριον, *non enim evolvendum est mysterium* Solet etiam apud alios auctores ἐγκυκλεῖν pro ἐκκυκλεῖν poni, scriptorum, ut videtur, negligentia. Hesychius et Suidas ἐκκυκλεῖν expl. ἐκκαλύπτειν. Est autem vox scenica, significans *in medium proferre,* translatione ducta a machina theatrali, cujus versatione res oculis spectatorum exhibebantur. Inde ἐκκύκλημα, vel ἐγκύκλημα, ut a nonnullis scribitur, μηχάνημα ξύλινον τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δικοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ πράττεσθαι, καὶ τοῖς θεαταῖς ἐδείκνυεν· ut ait scholiastes in Aristophanis Acharn. 407. et ex eo Suidas v. Ἐγκυκληθῆναι. Quo loco καί delendum post πράττεσθαι. Conf. etiam Pollux 4, 128, et Casaubonus in Athenaei 8, 15. POTT.

14, 10. ὠμοφαγίᾳ] In festis Bacchi insanientium more crudas carnes devorabant. Hinc Bacchus Ὠμοφάγος et Ὠμηστὴς, de quibus nominibus vid. Archaeologia nostra lib. 2. ubi de Bacchi festis agitur. Julius Firmicus de Bacchi festis agens: "Cretenses,. inquit, ut furentis tyranni saevitiam mitigarent, festos funeris (sc. Bacchi a Titanibus discerpti) dies statuunt, et annuum sacrum trieterica consecratione com-

ponunt, omnia per ordinem facientes, quae puer (Bacchus) moriens aut fecit, aut passus est: vivum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes," etc. POTT.

14, 11. *τῶν φόνων*] *Τῶν φόρων* Eusebius. [Sed libri optimi *φόνων*.] At Clementis lectionem sequitur codex Montac., *φωνῶν* etiam habet Joan. Arnobius tamen lib. 5, 19. legisse visus est *τῶν ἐρίφων haedos* enim reddidit: [Apud Arnobium legitur, *caprorum reclamantium viscera.*] quod etiam, ait Vigerus, magis placet; nam et illud *κρεανομία φόνων* admodum insolens; et haedis optime cum illis Bacchi sacris convenit. POTT.

*ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν*] Arnobius 5, 19. "Bacchanalia etiam praetermittemus inania, quibus nomen Omophagiis Graecum est, in quibus furore mentito, et sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque ut vos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis." Sic apud Nonium citatur e Lycurgo Naevii versus hic, qui forte huc pertinet, *Alte jugatos angues in se gerunt.* Plutarchus in Alexandro de Olympiade verba faciens, quae Bacchi sacris addicta erat, et Maenadum more dracones alebat, *οἱ πολλοὶ περιελιττόμενοι θύρσοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς στεφάνοις, ἐξέπληττον τοὺς ἄνδρας.* COL.

14, 15. *τὸ Εὖια δασυνόμενον*] Gen. 3, 1. serpens Hebraice dicitur נחש, at in Chaldaica paraphrasi חויא. Item Exod. 4, 3. ut quidem vult A. Mazius a verbo חוי, *nuntiavit, judicavit:* q. d. *Nuntium;* quod nuntiavit ipsi חוה, Chavae, Evae, fructum vetitum. Unde Bar-Cepha Syrus eam dictam putat ab indicatione, Hebraei a *vita* Est ergo Syro-Chaldaica vox Chevia; sed et alibi saepe Hebraea lingua dicitur Syriaca, ut in Actis apost. Epiphanius in Epitome librorum contra haereses p. 1092. *Καὶ τὴν κρεωνομίαν μυοῦντες τοὺς ὄφεις ἀνεστεμμένοι, εὐάζοντες τὸ Οὐά, Οὐά, ἐκείνην τὴν Εὔαν ἔτι, τὴν διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθεῖσαν, ἐπικαλούμενοι, ἢ διὰ τῆς δασείας φωνῆς τὸν ὄφιν ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος εἰς ἑαυτῶν πλάνην κικλήσκοντες. Εὔα γὰρ κατὰ τὴν ψιλὴν ἀπόδοσιν τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὴν δασεῖαν Εὖια τὸν ὄφιν παῖδες Ἑβραίων ὀνομάζουσι.* Hoc Epiphanius atque Eusebius a Clemente acceperunt. Caeterum quod Evae nomen scribi dicitur cum spiritu leni, non, opinor, viris doctis probabitur; multo minus J. Drusii opinio, qui Evantes inde putat appellatas, et Graecae vocis etymologiam quaerit in Syria lib. 1. Animadvers. cap. 33. COL. Theophilus Antiochenus ad Autolycum 2. p. 104. *ταύτην τὴν Εὔαν, διὰ τὸ ἀρχῆθεν πλανηθῆναι ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ ἀρχηγὸν ἁμαρτίας γεγονέναι, ὁ κακοποιὸς δαίμων, ὁ καὶ Σατὰν καλούμενος, ὁ τότε διὰ τοῦ ὄφεως λαλήσας αὐτῇ, ἕως γὰρ τοῦ δεῦρο ἐνεργῶν ἐν τοῖς ἐνθουσιαζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώποις, Εὔαν ἐκκαλεῖται.* At Hesychius *Εὐὰν*, inquit, *ὁ κισσὸς ὑπὸ Ἰνδῶν.* Quo facit quod Bacchus in expeditione Indica hedera coronatus fuerit, ut in fabulis est. POTT.

P. 15, l. 9 *Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας*] G. Canterus Novarum Lect. 18, 8. putat aptius esse, *τοὺς δεισιδαιμονεστάτους·* eo nempe comparationis gradu, quo praecedit *ἀνοητοτάτους·* idemque sentiunt A. et H. SYLB.

15, 16. *Κινύρας*] Conf. Julius Firmicus De errore prof. relig. p. 22. edit. Lugd. Bat. [425. ed. Gron.]; Arnobius [4, 25. et] 5, 19. [Lactant. 1, 20.]; Lucianus, De dea Syria. POTT.

15, 18. *Μελάμποδα*] Diodorus Sic. 1, 97. *Μελάμποδά φασιν ἐξ Αἰγύπτου*

*μετενεγκεῖν τὰ Διονύσια νομιζόμενα τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Κρόνου μυθολογούμενα, καὶ τὰ περὶ Τιτανομαχίας, καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν ἱστορίαν.* POTT.

P. 16, l. 10. *ἀφρογενής τε*] Conf. Homeri Iliad. Γ, ibique vetus scholiastes et Hesiodi Theogonia a v. 188. ad v. 201. POTT.

16, 17. *νόμισμα*] Julius Firmicus loco superius citato: "Statuisse etiam, ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, assem in manum mercedis nomine deae daret." Arnobius lib. 5, 19. "Necnon et Cypriae Veneris abstrusa illa mysteria praetereamus: quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse: in quibus sumentes ea, certas stipes inferunt ut meretrici, et referunt phallos propitii numinis signa donatos." POTT.

16, 21. *Δηοῦς*] Arnobius hoc argumentum copiose tractat lib. 5, 20. qui, cum Clemente collatus, lucem dabit accipietque invicem. Conf. etiam Lycophronis Cassandrae v. 698 et 1176; et ibi Tzetzae scholia. POTT.

P. 17, l. 6. *ἐκ τυμπάνου ἔφαγον*] Sequentem mysteriorum formulam Jul. Firmicus in libello De errore profan. relig. c. 10. paulo aliter citat, ita nempe [praemissis verbis "Libet nunc explanare, quibus se signis vel quibus symbolis miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quae illis in ipsis sacrilegiorum coetibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo ut in interiores partes homo moriturus possit admitti, dicit"] 'De tympano manducavi, de cymbalo bibi, et religionis secreta perdidici.' Quod Graeco sermone dicitur, *ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός.* SYLB.

17, 7. *ἐκερνοφόρησα*] Olim scriptum fuit *ἐκιρνοφόρησα*, tam apud Clementem quam Eusebium. Nostram lectionem debemus P. Leopardo Emendat. 4, 2. Athenaeus lib. 11. Τὸ *κέρνος, ἀγγεῖον κεραμεοῦν, ἔχον ἐν αὐτῷ κοτυλίσκους.* Pollux 4, 104. Τὸ *γὰρ κερνοφόρον ὄρχημα οἶδα ὅτι κέρνα ἢ ἐσχαρίδας ἔφερον* (MS. *φέροντες*), *κέρνα δὲ ταῦτα ἐκαλεῖτο.* Hesychius, *κερνοφόρος, ὁ τὰς θυσίας ἄγων.* Est itaque *ἐκερνοφόρησα, cernos tuli*, vel *cratículas* illas *mysteriorum* gestavi, aut quaecunque illa fictilia fuerint vasa. COL.

17, 12. *οὑτοσὶ*] Similiter Athenagoras Legat. p. 71. edit. Oxon., postquam Jovis cum Rhea vel Cerere concubitum memorasset, addit *Εἶθ' ὅτι Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος καὶ ταύτην δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς παῖς Διόνυσος αὐτῷ.* Conf. etiam Tatianus p. 33. POTT.

17, 15. *Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων*] Arnobius, l. 5, 21. [ubi vid. Orelli, vol. 2. p. 309.] "Auctorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus tritum notumque senarium, quem antiquitas canit, dicens:

Taurus draconem genuit, et taurum draco.

Ipsa novissime sacra, et ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterunt veritati, in quibus aureus coluber in sinum dimittitur consecratis, et eximitur rursus ab inferioribus partibus." Firmicus cap. 27. "Sequitur aliud symbolum:

*Ταῦρος δράκοντος καὶ δράκων ταύρου πατήρ.*"

Idem cap. 2. "Sebasium colentes Jovem, anguem, cum initiantur, per sinum ducunt: adhuc primi erroris vitia grassantur, et quicquid hominem perdidit, colitur, et funesti anguis callida crudelitas adoratur." COL.

P. 18, l. 12. Ἀρρητοφόρια] Hoc festum Minervae alii, alii vero Cereris et Proserpinae faciunt. POTT.

18, 15. ὑποδύντων Τιτάνων] Brevius et clarius legeretur, *ὑποδύντες Τιτᾶνες, καὶ ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασι, διέσπασαν, ὡς ὁ τῆς*, etc. Nam si prius *εἰσέτι παῖδα ὄντα*, quorsum deinde *ἔτι νηπίαχον ὄντα*· Quid? quod sententia post *ὑποδύντων Τιτάνων* omnino pendet. Et illa, *οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες*, superflua sunt. Sed eruditioni potius hic auctor servit quam nitori. VIGER.

P. 19, l. 1. κῶνος] Arnobius contra Gentes lib. 5, 19. "Cujus rei testimonium argumentumque fortunae suis prodidit in carminibus vates Thracius: Talos, speculum, turbines, volubiles rotulas, et teretes pilas, et virginibus aurea sumpta ab Hesperidibus mala, erat nobis consilium praeterire." Hesychius, *Καμπεσίγυια· κάμπτοντα τὰ μέλη*. Scaliger in Catullum, Tympanum, tubam, Cybelle, tua, Mater, initia: non hic sacra, sed plane crepundia. Apuleius, in Apologetico "Etiamne cuiquam mirum videri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysteriis deum conscium, quaedam sacrorum crepundia domi adservare?" Nam tuba et tympanum sunt crepundia Cybeles, cum adhuc in cunis esset, ut Bacchi:

*Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια.*

*Παίγνια, crepundia, initia.* Pindarus in Hyporchemasin vocat *καταρχάς*. "Adde Glossarium: *Crepundia, γνωρίσματα, ἀρχαί*. Idem in hunc locum Varronis lib. 8. De lingua Latina: Ac si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari vacias coeperit, hoc corrigi oportere, ei concedant: contra si quis in consuetudine ambulandi jam factus sit vacia, aut compernis, si eum corrigi non concedant, non sequitur, ut stulte faciant, qui pueris in geniculis obligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura. *Καμπεσίγυια, serperastra.* Orpheus enumerans crepundia Bacchi, in infantum supellectile recenset illa, ut citat Clemens. COL. Sed vereor, ut Scaliger persuadeat, *καμπεσίγυια* esse *serperastra*. Hic enim Orpheus crepundia enumerat, quibus infantes oblectari solent: at serperastra puerorum geniculis illigabantur, quibus crurum pravitatem corrigerent. Lusus ergo fuere *τὰ καμπεσίγυια*, serperastra medicinae. VIGER. Conf. Hyginus Fab. 167; Julius Firmicus p. 13, 14, 15. POTT.

19, 10. ὀβελίσκοις] Respicit Homeri Iliad. 2, 426.

*σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο·*
*αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο,*
*μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν.* POTT.

19, 13. τὸ γέρας] Respicit Homeri Iliad. 4, 49.

*Λοιβῆς τε, κνίσσης τε· τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.* POTT.

19, 19. τρίτον ἀδελφὸν] Tres fratres erant Corybantes. Strabo lib. 10. *τοὺς Κορύβαντας οἱ μὲν τοῦ Διὸς καὶ Καλλιόπης φασὶ, τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις ὄντας*. Paulo post ex Pherecyde tradit Vulcanum ex Cabeira Protei filia, tres Cabeiros, totidemque nymphas Cabeiridas ortas. Arnobius 5, 19. "Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur: Frater trucidatur a fratribus, interempti ex sanguine apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne a manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio." Jul. Firmicus De errore profan. relig. c. 12. [p. 426. Gron.] "In sacris Corybantium parricidium colitur. Nam unus frater a duobus inter-

emptus est, et ne quod indicium necem fraternae mortis aperiret, sub radicibus Olympi montis a parricidis fratribus consecratur. Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruentis manibus supplicabant." COL. Conf. Welcker. Mythol. Gr. vol. 2. p. 178.

P. 20, l. 3. *ἀνακτοτελεστὰς*] Pausaniae 10, 38, 3. huc referri potest locus ille, *ἄγουσι τελετὴν Ἀμφισσεῖς Ἀνάκτων καλουμένην παίδων· οἵτινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ Ἄνακτες παῖδες, οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον· οἱ μὲν Διοσκούρους, οἱ δὲ Κούρητας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες Καβείρους λέγουσι.* VIGER.

20, 9. *τοὺς ἀποπεπτωκότας*] Mihi videntur haec verba ad praecedentia spectare, idque proinde in versione expressi. Dein malim *νομίζουσαι* quam *νομίζουσι*. POTT.

20, 18. *Ἄττιν*] Arcerius convenientius scribi posse *Ἄτην* suspicatur; nempe *παρὰ τὴν ἄτην, τὴν βλάβην* utpote mulctatum virilibus. Sed *Ἄττιν* habet etiam Eusebius. SYLB. Et quidem recte quis Attyn vocaverit hominem castratum: erat enim Attys, Cybeles sacerdos, exsectus. POTT.

P. 21, l. 2. *ὅπου γε Ἀθηναίοις*—] Conf. Arnobius [5, 25. et] 5, 37. POTT.

21, 7. *φρέατι*] Puteum hunc Pausanias indicat 1, 38, 6. dum scribit *Ἐλευσινίοις ἐστὶ μὲν Τριπτολέμου ναὸς*, etc., *φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν.* Nempe quod Ceres eo in puteo consedisset. Unde Callimachus hymno de Cerere (qui versus in Henrici Stephani editione omissus est)

*Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χάμαδις ἐκαθίσσατο φρητί·*

Cererem ipsam alloquitur. Et Nicander Ther. 486.

*Τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις, οὔνεκ' Ἀχαιὴ*
*Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἅψεα σίνατο παιδὸς,*
*Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ.* VIGER.

21, 10. *Βαυβὼ*] Horum etiam omnium, si Baubonem unam excipias, meminit idem Pausanias, Dysantis 1, 14, 3. 2, 12, 4, 14, 2. 4.; Triptolemi 1, 14. et 2, 14.; Eumolpi 1, 38, 2. 2, 14, 3.; Eubulei 1, 14, 2. VIGER.

21, 14. *κηρύκων*] Recte: fuerunt enim Eumolpidarum et Praeconum familiae Athenis conjunctissimae. Pausanias 1, 38, 3. *Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου, Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες, θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου.* Praecipua utrique familiae mysteriorum cura. Plutarchus in Alcibiade c. 22. accusatum eum scribit, quod mysteria domi simulasset, *ὀνομάζων αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον, τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους μύστας καὶ ἐπόπτας*, idque *παρὰ τὰ νόμιμα καὶ τὰ καθεστηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος.* VIGER.

21, 18. *ἡ Βαυβὼ*—] Arnobius 5, 25.

21, 25. Orpheum *μυσταγωγὸν* vocat, quia *τὰς θεῶν τελετάς, deorum caeremonias*, instituisse fertur, referente Pausania 9, 30. Tatianus p. 3. *ποίησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν· ὁ δ' αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι.* Idem refert Justinus M. Cohort. ad Graec. p. 76, 77. aliisque locis; Athenagoras Legat. p. 64. alios ut mittam. POTT.

21, 26. *ὡς εἰποῦσα*—] Paulus Leopardus Emend. 6, 25. ait mystica videri sibi, et non minus quam haec ipsa sacra, quae hic vates prodidit Threicius, obscura ac involuta. Nam cur nemo, ac ne ipse quidem

Arnobius 5, 25, qui versus hos Latine fecit, aut ex aliquo, ut ego arbitror, poeta, qui Latine Orphica converterat, deprompsit, meminit Iacchi? meminit aetatis ejus: meminit flagitii ejus, quod Bauboni ipse Arnobius ascribit? Nam ecce tibi versus:

Sic effata, simul vestem contraxit ab imo,
Objecitque oculis formatas inguinibus res.
Quas cava concutiens Baubo manu, nam puerilis
Ollis vultus erat, plaudit, contrectat amice.
Tum dea defigens augusti luminis orbes,
Tristitias animi paulum mollita reponit:
Inde manu poclum sumit, risuque sequenti
Perducit totum cyceonis laeta liquorem.

Dedit paraphrasin potius quam strictam interpretationem Arnobius. Et tamen ecce de Iaccho nihil. Totum illud drama *μυστηριῶδες*, foedum, *καὶ κατάπτυστον*, a Baubone et Cerere peragitur. Nusquam vel levissima Iacchi mentio. Quid de versibus loquor? Idem Arnobius, verbis paulo ante suis minima maxima sigillatim persequitur, et Orphica non tam exponit quam dilatat: "Redit ad deam tristem," inquit "et inter illa communia, quibus moris est frangere ac temperare moerores, retegit seipsam: atque omnia illa pudoris loca revelatis monstrat inguinibus. Atque pubi affigit oculos diva, et inauditi specie solaminis pascitur. Tum diffusior facta per risum, aspernatam sumit atque ebibit potionem: et quod diu nequivit verecundia Baubonis exprimere, propudiosi facinoris extorsit obscenitas." Sed quid Arnobium loquor? Totam fabulam interpretatur ipse Clemens, et quasi stricta oratione, Orphica diducit, supra verbis *ξενίσαντα—ἡσθεῖσα τῷ θεάματι*. An ergo ipse Clemens meminit Iacchi? Nihil minus. Nusquam hic est Iacchus, nusquam puer dicitur, nusquam manum proterve movet. Plane corruperunt hunc versum homines religiosi, et, uti reor, pudebat verborum; quae fuerunt tamen verecunda, si quis cum Arnobianis contendat. Imo cum praefatione honoris proferuntur a vate, pudendis, et, ut ille loquitur, propudiosis sacris praefecto. Neque ulla foeditas in verbis, sed in sacro et in facto Baubus, summa *καὶ ἐσχάτη ἀσχημοσύνη* est, quam nisi vellent intelligi homines sanctissimi, nunquam tot verbis totum facinus et foeditatem rei exposuisset Arnobius. Scripserat hoc modo sine ullo dubio poeta Graecus, et sic legit Arnobius:

*Ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δείξε δὲ πάντα*
*σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον, παιδήϊον ἄνθος·*
*χειρί τέ μιν ῥίπτασκεν ἑῇ Βαυβὼ ὑπὸ κόλποις.*
*ἠπίη οὖν μείδησε θεὰ, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,*
*δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.*

Primo versu Eusebium secuti sumus, apud quem sic legitur, quod nec Sylburgius omisit. Nam *ἀνασύρασθαι*, etiam cum absolute ponitur, semper foedum est feminis. In secundo versu, eleganti pariter ac verecunda usus est ellipsi. Nam cum aliquid efferrent cum praefatione honoris, utebantur istis verbis: Οὐδὲ *πρέπον* λέγεσθαι. Ita Halicarnasseus Dionysius reliquias humanas *τὴν οὐ* λέγεσθαι *πρέπουσαν ἀκαθαρσίαν* vocavit. Ita Orpheus plane eleganter pariter et verecunde, *τύπον σώματος οὐδὲ πρέποντα* λέγεσθαι (nam hoc est intelligendum) vocavit, non obscenam illam partem, per quam, ut sine ulla reprehensione cum Arnobio loquar "secus femineum et sobolem prodere, et nomen solet acquirere

generi;" verum inverecundam illam formam quam ad exprimendum risum Baubo excogitaverat. Arnobius, *σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον*, vocat formatas inguinibus res. Uterque intelligit *παρατετιλμένην*. Non quemadmodum solebant moechi *παρατίλλεσθαι*, quam poenam apud comicos, et alios Latinos etiam, tam saepe habes, neque quemadmodum otiosi homines dicuntur *παρατίλλεσθαι*, cum nihil habent quod agant, et irati suo otio, pilos e naribus aut axillis vellunt. De quibus locus suavissimus est Acharnensibus:

*ἐγὼ δ' ἀεὶ πρώτιστος εἰς ἐκκλησίαν*
*νοστῶν κάθημαι· κᾆτ' ἐπειδὰν ὦ μόνος,*
*στένω, κέχηνα, σκορδινῶμαι, πέρδομαι,*
*ἀπορῶ, γράφω, παρατίλλομαι, λογίζομαι.*

Nam hoc est eorum, qui nihil agendo cruciantur, *τῶν διὰ τὴν ἀπραξίαν ἀλυόντων, καὶ τὸν χρόνον εἰς ἀμηχανίαν δαπανώντων*. Cujus verum ibi characterem dedit Comicus. Sed hic *παρατιλμός*, quem intelligit, est meretricularum Athenis usitatissimus, de quibus hic agit poeta. Unde subdit Arnobius "Quid Erechtheo sati, quid cives Minervii dicitis? Avet animus scire, quibus sitis eloquiis tam periculosa negotia defensuri." Et Suidas notat in deliciis fuisse id Atheniensibus antiquis: caeterum inverecundae mulieris esse notam. Sane mulieres apud Comicum (Lysistrate) hoc remedium excogitant, ut viros in partes pertrahant suas. Baubo autem erat *γηγενὴς*, hoc est Atheniensium progeneratrix. Si quis plura petit a nobis, injuriam pudori nostro facit. Quanquam poteram Arnobianis verbis hoc negotio defungi, qui hoc multis admodum describit, et laevigationem vocat. Nunquam autem nefas arbitratus sum, cum iis loqui, ad quorum mores, non oratio et verba modo, sed et vita componenda est. Sequitur *παιδῖον ἄνθος*, Verecunde ostendit Orpheus, qualis iste *τύπος οὐδὲ πρέπων λέγεσθαι* fuerit: *ἄνθος*, inquit, *παιδῖον*. Hoc interpretatur Arnobius, *puerilis ollis vultus erat*. Uterque honeste de re parum honesta. Sicut Latini pubem dicunt. Et ita hoc ipsum de quo agimus Arnobius vocat, *Atque pubi affigit oculos diva*, *διὰ τὸν παρατιλμόν*. Nam hoc in anu turpe ac inverecundum erat. Puerum autem intelligit Arnobius, cui prima circa genas aut alibi emergit pubes. Et Orpheo *παῖς* est *βούπαις*. Cujus *λάχνην* ad excutiendum risum Baubo scilicet expresserat. Eam promiscue Graeci *ἥβην* et *ἄνθος*, dicunt. Homerus vocem utramque, et qua utitur Arnobius, pariter conjunxit, *Καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅ τε σθένος ἐστὶ μέγιστον*. Hinc *ἀνθερεὼν* in viris pars illa dicitur, in qua nascitur *τὸ ἄνθος*. Atque idcirco Euphorion a criticis notatur, qui feminae *ἀνθερεῶνα* tribuerat:

*Τέκνον, μὴ σύ γε μητρὸς ἀπ' ἀνθερεῶνας ἀμήσῃς.*

Erant enim verba Clytaemnestrae *ἐν τοῖς Ἀτάκτοις* ad Orestem. *Παιδῖον* autem dicitur, ut ab eodem alibi *μαντῆϊον*, quod pueri non nesciunt. Quem Arnobius hic vultum vocat puerilem, supra vocat pueriliorem habitum in re eadem. Pro quo nunc legitur, "Facit sumere habitum puriorem, et in speciem laevigari nondum duri atque striculi pusionis." Nam quaecunque versu dicit, eadem omnia ante soluta dixerat oratione. Et sane puer nondum striculus, si Latine intelligimus, est investis puer, qnem pueriliorem habitum vocat doctissimus scriptor. In Arnobii tertio scribe:

Quas cava succutiens Baubus manu: nam, etc.

Petit enim τὸ κακέμφατον, quod alias auctores vitant, in postremis vocibus, quia ultima liquescit, more antiquorum. Et ostendit Orphei μὴ eo referendum esse quo τό quas, ad παιδήϊον nimirum ἄνθος. Porro ῥιπτάσκειν dixit Orpheus, quod Arnobius, *succutere, plaudere, contrectare.* Et legendum est Βαυβώ. In quarto non est dubium quin fuerit, ἡ ἐπεὶ οὖν, quod est ἠπίη οὖν. Arnobius suavissime *mollita* exponit: ἠπίως enim est πράως, teste Hesychio. Atqui ἡ πραότης irae opponitur, et περὶ ὀργὴν μεσότης Nicomachiorum secundo dicitur. Talis autem erat Ceres, irata nempe propter injuriam illatam, non modo tristis ob calamitatem. Haec in gratiam doctorum aliquot virorum libuit apponere, qui sententiam de his duobus locis saepe quaesiverunt nostram. HEINSIUS. Ego vulgatam lectionem retineri posse crediderim, si γελῶν mutetur in γέλω, et post prius μείδησε virgula inseratur, ut prior ille risus Bauboni, posterior Cereri tribuatur. VIGER.

P. 22, l. 3. τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων] Arnobius 5, 26. haec ita vertisse videtur " Ipsa denique symbola, quae rogati sacrorum in acceptionibus respondetis. Jejunavi, atque ebibi cyceonem, exta sumpsi et in calathum misi; accepi rursus, in cistula transtuli." COL. Ubi pro *exta sumpsi*, legendum auctoritate Clementis, *ex cista sumpsi.* Scilicet haec initiati respondebant, Cererem se imitatos fuisse quae primo νῆστις, prae dolore jejuna, filiam quaesivit: dein, a Baubone recreata, τὸν κυκεῶνα, *cinnum*, ebibit. Pleniorem harum caeremoniarum descriptionem qui videre cupit, consulat Joannis Meursii Eleusin. cap. 10. POTT.

22, 4. ἐργασάμενος] Reinesio Var. lect. 1, 23. vox ἐργασάμενος suspecta est, quia non respondeat ei quidquam in sacro illo, quod fecissent initiandi. Mavult igitur ille θεασάμενος, id est *postquam inspexi* sacrum illum ῥῶπον, et secretam mercem. Cyceonem autem e cista accepisse, ut annotat Meursius, nec hujus, nec illius conditio tulisset. Eum exemplo Cereris a Baubone hospitio acceptae biberunt οἱ μυσταγωγούμενοι. POTT.

22, 11. Ἡράκλειτος] Heracliti locum respicit, quem recitat Strom. 4. p. 630. συνᾴδειν τούτῳ καὶ ὁ Ἡράκλειτος φαίνεται δι' ὧν φησι περὶ τῶν ἀνθρώπων διαλεγόμενος· Ἀνθρώπους μένειν ἀποθανόντας ἅσσα οὐκ ἔλπονται, οὐδὲ δοκέουσιν. Theodoretus etiam serm. 8. p. 118, 1. ed. Sylb. quo de martyribus agit, hoc dictum memorat, ἐκεῖνο δὲ τοῦ Ἡρακλείτου μᾶλα θαυμάζω, ὅτι μένει τοὺς ἀνθρώπους ἀποθνήσκοντας ὅσα (lege ἅσσα ex Clemente) οὐκ ἔλπονται οὐδὲ δοκέουσι. POTT.

22, 13. τὰ γὰρ — μυοῦνται] Haec Heracliti verba esse conjicit Gaisfordus.

22, 16. ἀμυήτους] Augustinus lib. De haeresibus c. 46. de Manichaeorum sacro ait, *Hoc non sacramentum, sed exsecramentum.* POTT.

ἀνοργιάστους] De hoc voc. v. Ruhnken. ad Timaei Lex. p. 37.

22, 17. προστρεπομένη] Rectius videtur quam quod apud Eusebium exstat προτρεπομένων. Sed hic meo judicio colendi et reverendi significatio commodior sit quam adhortandi, quae potius τῷ προτρέπειν convenit quam τῷ προστρέπειν. Quid quod praepositione quadam opus esset, ut ἐπί, πρός, aut simili? VIGER.

P. 23, l. 2. τολύπαι] Josephus Scaliger in Varronem " *Pannus*, τολύπη, *glomus.* Unde quaedam placentae, quae ad eum modum confectae essent, τολύπαι dicebantur. Meminit Athenaeus lib. 3. Clemens Alex.

Protreptico, *καὶ πυραμίδες καὶ τολύπαι. Glomus* vocabatur Latine, quod *τολύπη* Graece. Festus, *Glomus in sacris crustulum.*" COL.

*χόνδροι τε ἁλῶν*] Est qui legere maluit *χόνδροι τε ἁλός*, sed receptam lectionem tuetur ipse Clemens paulo ante, *ἁλῶν χόνδρος καὶ φαλλός*. Et Strom. 7. p. 843. *ἔρια πυρρὰ, καὶ ἁλῶν χόνδρους καὶ δᾷδας δεδίασι*. POTT.

23, 4. *καρδίαι*] Fed. Morellus legendum suspicatur *κράδαι*, ut de ramis ficulneis intelligatur, quia Clemens paulo post *κλάδον συκῆς* inter Dionysiaca refert. COL. Hanc emendationem fecit etiam Reinesius Variar. lect. 1, 23. POTT.

23, 5. *φθοῖς*] Sic apud Athenaeum, *ὁ δὲ φθοῖς οὕτω γίνεται*. Enumeratur et apud Pollucem 6, 77. inter placentarum genera: sic enim legendum ex MS. *φθοῖς καὶ φθοίδια, ἐπίχυτος, θρυμματίδες*, nam diversum genus *ἐπίχυτος* apud Athen. lib. 14. POTT.

23, 7. Suidae *κτείς* est *ἐφήβαιον*. POTT.

23, 10. Pro *ἡ ἱερὰ τῆς ἀκρασίας νύξ ἐστι λαλουμένη*, legendum, particula *ἡ* transposita, *ἱερὰ τῆς ἀκρασίας ἡ νύξ ἐ. λ. sacra intemperantiae nox loquitur*. POTT.

P. 24, l. 2. *διττῇ ἐνεσχημένοι*] Simile est illud Jerem. 2, 13. *Δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους*. POTT.

24, 11. *Πολλὰ κἀγαθὰ*] Historiam hanc memorat Herodotus 4, 76. ubi regis nomen, quod omisit Clemens, Saulium fuisse dicit. Meminerunt etiam Diogenes Laertius in Anacharside et Josephus, Archaeol. Jud. lib. 2. alios ut taceam. Consentiunt porro universi Anacharsidem occisum, non vero occisorem fuisse. Quid igitur vult quod Clemens subjungit de rege Scytharum, *ὅστις ποτὲ ἦν Ἀνάχαρσις*· plane ac si Anacharsis rex fuisset, et civem quemdam suum, qui alienos mores in Scythiam inducere vellet, occidisset? Casaubonus in notis ad Laertii Anacharsidem "Ego vero hanc litem" inquit "facile componam: non enim haec unquam Clementis fuit mens, sed scriptoris, qui glossam in textum loco alieno recepit." Legendum aio, *τῷ τῶν Σκυθῶν βασιλεῖ, ὅστις ποτὲ ἦν*, deleta voce *Ἀνάχαρσις*, quae perperam huc intrusa est, cum prius annotata esset, non ad illa, *ὅστις ποτὲ ἦν*, ut putavit librarius, sed ad illa, *τὸν πολίτην τὸν ἑαυτοῦ*. POTT.

24, 15. *οἷα τοῦ τραχήλου τινὰ μηναγύρτην ἐξηρτημένον*] Scribe, *τοῦ τραχήλου, οἷα τινὰ μηναγύρτην, ἐξηρτημένον*. Ita enim postulat et sensus et Graecismus, ut sic totus legatur locus: *τύμπανόν τε ἐπικτυποῦντα, καὶ κύμβαλον ἐπηχοῦντα, τοῦ τραχήλου οἷα τινὰ μηναγύρτην, ἐξηρτημένον, quod illi de collo, tanquam Rheae sacerdoti, pendebat*. Quanquam sane de collo non pendebant cymbala, quae manu gestabantur, manu impellebantur. Nam ansata erant, manibus apprehendebantur. Hinc Ovidius *aeriferas* cymbalistriarum *manus* vocavit, cum de comitatu Bacchico loquitur,

Aeriferae comitum cum crepuere manus.

Et Isaacus Casaubonus, annis superioribus iaspidem edidit, in qua una cymbalistria, una item tibicina Bacchum oblectat. Quanquam ibi cymbala non satis sint expressa. Quae res credo effecit, ut vir ille summus tympanistriam esse putaret. Atqui tympana impellebantur aut virga, aut palmis; sicut etiam Clemens hic innuit. Ibi vero cymbala sat manifeste inter se colliduntur; hoc est *aere aes repellitur*, ut ait poeta. Quare vel posterius respondet priori, vel transposita paulo etiam amplius sunt verba pro illis: *καὶ κύμβαλον ἐπηχοῦντα, καὶ τύμπανον*

ἐκπεπτωκότα, τοῦ τραχήλου, οἷα τινὰ μηναγύρτην, ἐξηρτημένον. Nam quod Victorius et alii μητραγύρτην substituunt et Adrianus Junius in Eusebio legendum sic docuit, frustra est. Et ex ipso Eusebii secundo, ubi prolixe περὶ τῶν μητραγυρτούντων παρὰ Ῥωμαίοις agitur, aliud discere poterat. De Graecis quoque non est dubium. Suidas, Μηναγύρτης, ἀπὸ μηνὸς συνάγων καὶ μηναγύρτης, ὁ Ῥέας ἱερεύς. HEINSIUS. Μηναγύρτην, Apuleius lib. 8. Metamorph. "Per plateas et oppida cymbalis et crotalis personantes, deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt." Minutius Octavio "Mendicantes vicatim deos ducunt;" idem Tertull. Apologet. 13; Dionysius Halicar. l. 11; Junius Proverb. 9, 23, apud eumdem Dionysium et Eusebium de Praeparat. l. 2. legit μηναγυρτοῦντες et μηναγυρτῶν, quae vox idem cum altera μητραγυρτοῦντες et μητραγυρτῶν, sonat; nisi quod ex etymi ratione menstruum circulatorem intelligamus μηναγύρτην nam quolibet mense coetus faciebant, stipemque corrogabant, ut ex Suida quoque discimus. COL. Verum his missis legendum ex N. (καὶ pro οἷα substituto) κύμβαλον ἠχοῦντα, καὶ τοῦ τραχήλου τινὰ μηναγύρτην ἐξηρτημένον. *Cymbalum resonantem, et quaedam collo appensa habentem menagyrtam.* Sed quid vult illud τινά, *quaedam?* Scilicet, Cybeles ἀγάλματα, seu parva ejus simulacra, quae menagyrtae collo suo appendebant. Testis sit Herodotus 4, 76. ἐς ταύτην (Hylaeam) δὴ κατιὼν ὁ Ἀνάχαρσις, τὴν ὀρτὴν πᾶσαν ἐτέλεε τῇ θεῷ, τύμπανόν τε ἔχων, καὶ ἀγάλματα ἐκδησάμενος. Quo loco illud ἐκδησάμενος Valla exp. *exutis simulacris*, ac si legisset ἐκδυσάμενος, absurdo sensu, quem tamen alii hactenus secuti sunt. POTT.

24, 18. ὧν δὴ χάριν] Muretus 10, 17. Var. lect. "Diagoras et Hippo, Melii fuerunt; de iisque, et de Theodoro, quasi de hominibus impiis locuti sunt veteres, quod, etsi veri Dei cognitionem consecuti non erant, eos tamen qui colerentur a popularibus suis, deos non esse intelligebant. Ideo Aristophanes Socratem Melium vocat, cui eamdem notam inurere calumniatores volebant. Idemque de Socrate testatur Justinus in Apol. 2. pro Christianis, et de Heraclito, cum modeste ac frugaliter viverent, atheos habitos illos. Et certe Socrates nunquam docuit nullos deos esse, sed tantum supremum quemdam Deum immensum, aeternum, multo superiorem iis omnibus qui tum publice colerentur: Οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς." Haec Muretus. Arnobius 4, 29. "Possumus hoc in loco omnes istos, votis quos inducitis atque appellatis deos, homines fuisse monstrare; vel Agragantino Euhemero replicato cujus libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit; vel Nicagora Cyprio, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis, vel auctoribus aliis mille." Lactantius 1, 11. meminit Euhemeri, sed Messenium dicit; Plutarchus apud Eusebium 14, 6, Tegeaten, sic enim legendum est ex lib. De placitis philos. 1. Itemque Diagoras Melius, non Milesius, paulo post. Quod apud Epiphanium legitur *Heraclitus Aegyptius*, sine dubio mendosus est locus; licet et Graeco sit Αἰγύπτιος φησί. COL.

24, 20. Νικάνορα] Nicanorem forte intelligit, Epicuri discipulum, cujus meminit Diogenes Laert. 10, 20. Itaque malim Arnobium ex Clemente corrigere quam hunc ex Arnobio, qui l. c. Nicagoram hunc atheum vocat. Porro Sextus Empiricus initio lib. 1. atheos enumerans

nominat Prodicum Ceum, Diagoram Melium, Euhemerum, Critiam, Theodorum cognomine Atheum, Protagoram Abderitam, Epicurum. Quibus alii alios addunt. POTT.

P. 25, l. 4. *ὧν ὁ μέν τις*] Is, cujus hic nomen dissimulatur, Xenophanes est Plutarcho lib. *Περὶ δεισιδαιμονίας* extremo. Heraclito Aegyptio tribuit Epiphan. Ancor. p. 106. ubi Diagorae quoque factum his verbis memorat, *τὸν ἴδιον Ἡρακλέα, ξύλινον ὄντα, δι' ἀπορίαν ξύλων ὑποκαίοντος, καὶ σκωμματικῶς ἐπιλέγοντος, ἄγε δή, Ἡράκλεις, τὸν τρισκαιδέκατον ἆθλον ἐκτελῶν πάρελθε, τὸ ὄψον ἡμῖν ἑψήσων.* SYLB. Xenophanis dictum Julius Firmicus hoc modo expressit "Si dii sunt, quos colitis, cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis et luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis?" Et Minutius "Nonne ridiculum est (inquit) vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas?" Id etiam expressit Athenagoras Legat. p. 52, et rursus p. 114. Idem Diagorae factum commemorat ejusdem libri p. 18, 19. Cui adde scholiasten in Aristophanis Nub. 828. POTT.

25, 18. *τῆς θείας καὶ γονίμου δυνάμεως*] Explicationem hujusce commatis prolixe infra in Paedagogo invenies 2, 10. SYLB. Theodoretus, *τὸ ἄγονον*, inquit, *τῆς ψυχῆς διὰ τούτων αἰνίττεται.* Caeterum Clemens hanc interpretationem, ut alias solet, e Philone Judaeo sumpsit: is enim lib. De nominum mutat. p. 1076. haec dicit, *τεθλασμένοι γὰρ τὰ γεννητικὰ τῆς διανοίας, ἢ καὶ τελείως ἀποκοπέντες, οἱ τὸν ἴδιον νοῦν καὶ αἴσθησιν ἀποσεμνύνοντες, ὡς μόνα τῶν κατ' ἀνθρώπους αἴτια πραγμάτων· ἢ οἱ πολυθείας ἐρασταὶ, καὶ τὸν πολύθεον ἐκτετιμηκότες θίασον, οἱ ἐκ πόρνης γεγονότες, τὸν ἕνα ἄνδρα καὶ πατέρα φιλαρέτου ψυχῆς θεὸν οὐκ εἰδότες, ἆρ' οὐκ εἰκότως ἐλαύνονταί τε καὶ φυγαδεύονται*; POTT.

P. 26, l. 2. *ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ*] Latine vertit Cicero De N. D. 2, 25, 65.

Vides sublime fusum immoderatum aethera,
qui tenero terram circumjectu amplectitur,
hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.

Jo. Villiomarus in Titium 8, 17. legit *Vides sublime sursum*, non *fusum*. COL.

26, 8. *ὡς ἀληθῶς*] Priores editiones haec verba connectunt cum praecedente *ὀλέθριαι*, quae referre ad *φυτὸν οὐράνιον*, quod sequitur, suadent alia Clementis verba, hujus libri p. 80. *τὸν ἄνθρωπον*, inquit, *ἐπὶ τὴν οὐρανοῦ γενόμενον θέαν, φυτὸν οὐράνιον ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τὴν γνῶσιν παρακαλοῦμεν τοῦ θεοῦ.* POTT.

26, 10. *ἐξετάνυσαν ἐπὶ γῆς*] Phrasis Homerica ex Il. 17, 58.

*βόθρου τ' ἐξέστρεψε καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ.* POTT.

26, 12. *Οἱ μὲν γάρ*] Deorum originem septem causis tribuit. 1. Coelestium corporum splendori, quem mirati homines, ea in deos retulerunt; 2. frugibus terrae inventis; 3. scelerum poenis in maleficos irrogatis; 4. humanis affectibus in deos relatis; 5. humanae vitae casibus corporea specie descriptis; 6. poetarum fabulis; 7. beneficiis humano generi per divinam providentiam collatis. POTT.

26, 14. *θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν*] Plato in Cratylo existimare se dicit sidera, quibus solis Barbari et Graeci veteres divinos honores solvebant, primo *θεοὺς* dictos fuisse, tanquam *ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα*: dein id nominis ad alios deos venisse. Plutarchus lib. De Iside et Osir. p. 375, dicit omnibus diis a duabus vocibus, *θεατοῦ*, *spectabili*, et *θέοντος*, *currente*, *θεοῦ* nomen inditum fuisse. Etymologici auctor, *Θεός*: *παρὰ τὸ θέω, τὸ*

*τρέχω, εἰς ὃν πάντες τρέχομεν. παρὰ τὸ θέω καὶ θεύω, θεὸς, ὡς φωλεύω φωλεός. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων, ἀστατοῦσι γὰρ, ἐτίθεσαν τὸ ὄνομα, παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν καὶ κινεῖσθαι. καὶ ἐπὶ τοῦ χωρὶς τούτων λεγομένου θεοῦ λέγοιτ' ἂν παρὰ τὸ πανταχοῦ εἶναι καὶ περιθεῖν.* Clemens Strom. 4. p. 633. vult *θεὸν* dici *κατὰ τὴν ἀμετάτρεπτον τοῦ ἀεὶ θεῖν τὰ ἀγαθὰ ἕξιν.* Conf. Theophilus Antiochenus non procul a principio lib. 1. ad Autolycum. POTT.

26, 20. *θεοποιοῦσι, τὰς ἀντιδόσεις*] Haec sic distinguit N. *θεοποιοῦσι τὰς ἀντιδόσεις, προσκυνοῦντες.* Non male. POTT.

26, 22. *προστροπαίους*] *δαίμονες προστροπαῖοι* iidem sunt qui *παλαμναῖοι* et *ἀλάστορες*, id est *scelerum ultores.* Suidas, *Παλαμναῖος, φονεὺς, ἢ μιαρός—καὶ Ζεὺς παλαμναῖος, ὁ τοὺς τοιούτους τιμωρούμενος· καὶ προστροπαῖος, ὁ προστρέπων τὸ ἄγος αὐτοῖς.* POTT.

P. 27, l. 4. *Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας*] Fanum his deabus positum fuisse, non solum altare, memorat Cicero De leg. 2, 11. "Illud vitiosum Athenis, quod Cylonis scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae." At vero, referente Pausania 1, 28, 5. *ἀργυροῦς λίθους, ἐφ' ὧν ἑστᾶσιν ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, καὶ οἱ διώκοντες· τὸν μὲν Ὕβρεως, τὸν δὲ Ἀναιδείας, αὐτοὶ ὀνομάζουσι.* Quo loco pro *Ἀναιδείας*, *Ἀναιτίας*, *innocentiae*, perperam substituit Ciceronis ac Clementis verba manifestum faciunt. POTT. Adde Zenob. Proverb. 4, 36. et Suidas s. v. *θεός.*

27, 23. *τέκνα ὀργῆς*] In vulgatis editt. Pauli Ephes. 2, legitur *τέκνα φύσει ὀργῆς.* SYLB. Sed *φύσει* omittit etiam versio Aethiopica. POTT.

27, 27. *ζῶν γὰρ ὁ λόγος καὶ συνταφεὶς Χριστῷ συνυψοῦται θεῷ*] Quaeri potest quomodo *Λόγος*, hoc est Deus Filius, consepultus Christo, et cum Deo elevatus fuerit. Est hoc loco, ut alias, *Λόγος*, divina Jesu persona: Logos autem consepultus Christo dicitur, quia secundum humanam naturam mortuus ac sepultus fuit; cum Deo vero extollitur, quia divinae naturae virtute resurrexit: quemadmodum a Petro dicitur *θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι* (mortificatus quidem carne, vivificatus vero spiritu) 1 Pet. 3, 18. Nam hoc loco, ut saepe alias, *πνεῦμα* oppositum *σαρκί*, divinam Christi naturam significat. Nec vero insolens est, quod dicitur *Λόγος* sepultus fuisse, cum ei, propter unionem ad humanam naturam, humanos affectus tribuere soleant cum alii, tum etiam Clemens; ut cum dicit, *Τὸν Λόγον τὸν ὑπὸ πολλῶν ἐκχεόμενον, Logon pro multis effusum*, Paed. 2, 2. p. 186. Ubi Logon sumit pro Logi incarnati sanguine. Qua ratione Patres Ephesini B. Virgini non solum *Χριστοτόκου*, sed etiam *Θεοτόκου*, nomen jure deberi contra Nestorium statuerunt. Posset etiam dici *Λόγος* Christo consepultus fuisse, quia humanam naturam ne mortuam quidem deseruit. Quod multi Patres clare affirmant. Gregorius Nyssenus orat. 1. De resur. *Τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος ἡ θεότης ἑκουσίως διέζευξεν, ἑαυτὴν δὲ ἐν ἀμφοτέροις μένουσαν ἔδειξεν.* Augustinus Tract. in Joan. 47. negat quidquam ultra fecisse mortem Christi, nisi quod corpus ab anima separavit. Leo, serm. 1. De resur. "Deitas, quae ab utraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate divisit, potestate conjunxit." Fulgentius ad Trasimund 3, 34. "Non est Deus ab humanitate, quam susceperat, separatus; qui et in anima sua fuit, ut solutis inferni doloribus ab inferno victrix rediret, et in carne fuit, ut celeri resurrectione corrumpi non posset." POTT.

P. 28, l 1. *τρεφόμενοι ὀργῇ*] Similis phrasis occurrit hujusce libri p. 87. *θανάτῳ τρεφόμενοι, ad mortem*, hoc est, ut moriantur, *nutriti:* quod de avibus saginatis dicitur. Item p. 86. *εἰς ὕλας τρεφομένη*, nutrita ut ignis materia fiat. Iterum Paedag. 2, 1. p. 169. *βοσκημάτων δίκην πιαινόμενον, θανάτῳ τρέφεσθαι.* POTT.

28, 24. *οἱ πέντε Ἀθηνᾶς*] Locum de quinque Minervis latius ex Cicerone declarat Petrus Victorius Var. Lect. 2, 15. SYLB. Julius Firmicus De errore prof. relig. "Quinque Minervas fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est Vulcani filia, quae Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanae conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Aegypto, Nili regis filia, textrinae artis magistra. Tertia vero patre Saturno genita est. Sed hanc viraginem fuisse commemorant; nam nunquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum, et cruenta secuta est studia bellorum. Quarta Jovis Cretici regis fuit filia, quae occisum patri detulit Liberum. Quinta, Pallante, etc.," quae mox sequentur. POTT.

P. 29, l. 1. *Κορυφασίαν*] De Minerva Coryphasia vide P. Victorium 2, 15. qui locum Pausaniae 4, 36, 2. consentientis cum Clemente profert. Quod vero Minerva quinta patris pelle se induerit tanquam aegide, Julius Firmicus cap. 17. De err. prof. relig. "Quinta (Minerva) Pallante patre et Titanide matre orta est, quae patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Haec parricidialis amentia furoris, et vesanae temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit. Nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est." Cicero De N. D. l. 3. "Quinta Pallantis, quae patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affingunt." Isacius Tzetzes in Lycophronem, *Πάλλαντα τὸν ἴδιον πατέρα πτερωτὸν ὑπάρχοντα, βιάζοντα αὐτὴν, ἀνεῖλε, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ ὡς αἰγίδα περιεβάλετο, καὶ τὰ πτερὰ τούτου τοῖς ποσὶν αὐτῆς προσήρμοσεν.* COL.

29, 22. *ἀλλοπρόσαλλον*] Vox Homerica est ex Il. 5, 830. et 889. et *ἀνάρσιος* Il. 24, 365. POTT.

*Ἐπίχαρμος—Σπαρτιάτης—Τρισκαίδεκα*] Hinc Arnobius 4, 25.

P. 30, l. 2. *Σκύθαι*] Hyperboreos in Scythia Apollini asinos sacrificasse testatur Pindarus Pyth. Od. 10. Ad quem locum scholiastes posteriorem ex his Callimachi versibus citavit. Conf. etiam Antonii Liberalis Metamorph. cap. 20, quo commemorat, quomodo Apollo Cleinidem, ejusque familiam punivit, eo quod Hyperboreorum ritu asinos ei Babylone mactare vellent. POTT.

30, 4. *ἐπιτέλλεται*] Anna T. Fabri filia in suis ad Fragmenta Callimachi notis ait 'Pater putabat legendum *ἐπιτέρπεται.* Vel fortasse *ἐπιτέλλεται* significat *adest propitius et favens.*' Bentleius ibid. 'Placet eorum conjectura, qui pro *ἐπιτέλλεται* scribunt *ἐπιτέρπεται.* Nisi sic potius interpretari velis, sacra illa fieri solita esse sub solis ortum. Ergo *ἐπιτέλλεται, exoritur.*' POTT.

30, 6. *ὀνοσφαγίαι*] Arnobius 4, 25. De Marte "Quis ei canes ab Caribus, quis ab Scythis asinos immolari? non principaliter cum caeteris Apollodorus?" COL. De canum et asinorum sacrificiis v. scriptores ab Orellio memoratos ad Arnobium vol. 2. p. 232.

30, 11. *Ἀσκληπιός*] Eo pertinent sequentes Pindari versus, ut osten-

datur Aesculapius fulmine ictus, quod auro corruptus mortuum quemdam ad vitam revocasset. Pindari scholiastes ad loc. *λέγεται δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς χρυσῷ δελεασθεὶς ἀναστῆσαι Ἱππόλυτον τεθνηκότα· οἱ δὲ Τυνδάρεων· ἕτεροι Καπανέα· οἱ δὲ Γλαῦκον· οἱ δὲ Ὀρφικοὶ Ὑμέναιον, Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ· οἱ δὲ διὰ τὸ τὰς Προιτίδας ἰάσασθαι· οἱ δὲ διὰ τὸν Ὠρίωνα· Φίλαρχος* [*Φύλαρχος*] *ὅτι τοὺς Φοινείδας* [*Φινείδας*] *ἰάσατο· Φερεκύδης δὲ, ὅτι τοὺς ἐν Δελφοῖς θνήσκοντας ἀναβιοῦν ἐποίει.* Conf. Plato Polit. 3; Cicero De N. D. l. 3; Plinius H. N. 29, 1; Arnobius Adv. Gent. 4, 24. POTT.

30, 14. *φανεὶς*] Apud Pindarum adduntur verba *ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι ἤδη ἑαλωκότα* [*ἁλωκότα*]. At cum Athenagoras p. 116, 117. Legat. et Cyrill. contra Julian. 1. p. 101, quibus locis hos versus laudarunt, eadem omittant, verisimile est Clementem ea, seu memoriae lapsu, seu ut minus ad suum propositum necessaria, praeteriisse. POTT.

30, 22. *ἰατρόν*] Hoc nomen Neptuno inditum est, postquam serpentum multitudinem sustulisset. Quod memorat Hesychius Milesius in Originibus Byzant. POTT.

*Κρόνῳ δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίαν*] Verum in Epiphanii Ancorato Jupiter dicitur *ταρταρῶσαι τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα ἐν τῷ Κανκασίῳ ὄρει.* Item Clementin. homil. 5, 23. *Κρόνου γὰρ ἐν τοῖς Κανκασίοις ὄρεσιν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' ἐν γῇ, τάφος τις δείκνυται.* POTT.

30, 23. *Πατροκλῆς*—] Nonnulla ex hoc loco sumsit Arnobius 4, 25.

P. 31, l. 7. *ὁ τὰ Κυπριακὰ*] Stobaeus tit. 31. De verecundia citat Stasinum in Cypriacis, Athenaeus lib. 8. et 15. dubitat Cypriorum versuum auctor sitne Stasinus, an Hegesias. COL.

31, 8. *θανάτου*] Arcerius legendum *θάνατον δὲ οἱ αἶσα πέπρωται* monuit. SYLB.

31, 16. *σχιζίαν*] Hervetus vertit *gracilem*, vel *longis tibiis*; quod *σχίζα* significet ligna *fissa, quae solent*, inquit, *esse gracilia*. Vid. ejus Commentarium. Quin etiam addit Sylburgius in Indice Graeco, suo idiomate sudes appellari, qui sunt corpore procero et macro. Sed quid hoc ad Herculem, omnium hominem robustissimum, quemque hoc loco Clemens *νευρώδη* vocat? Melius itaque est, quod tradit Salmasius in Tertulliani lib. De pallio p. 372. "*Σχιζίας*, inquit, est quadrati et compacti corporis. Nam *σχίζα* est corpus ipsum, vel corporis truncus; *κορμίας* eosdem appellarunt; *κορμὸς* idem quod *σχίζα*." POTT.

P. 32, l. 1. *Μεγακλῶ*] Genitivus hujus nominis in *Megalconis* corruptus apud Arnobium 4, 24.

32, 17. *κάλει μοι*] Haec secutus fuisse videtur Julius Firmicus De errore prof. relig. p. 24. [427. Gron.] "Quis Amymonen, quis Menalippen, quis Chionen Hippothoenque corrupit? Nempe deus vester haec fecisse memoratur." Ubi legendum *Melanippen* pro *Menalippen*. Eadem mutatio facienda apud Theophilum Antiochen. ad Autolyc. 2. p. 85. Conf. Justinus M. Paraen. ad Graecos, Arnobius 4, 26. Cyrillus adv. Julianum 6. p. 196. POTT.

32, 23. *Ἀπόλλω*] Julius Firmicus, l. c. "Ille, quem volunt veris oculis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat, Aethusam rapit, Zeuxippen stuprat, quaerit Prothoen, et Arsinoae adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorem deum et vitavit et vicit. Daphnen enim divinans et futura praedicens, nec invenire potuit, nec stuprare." Tatianus Orat.

ad Graec. c. 13. *ἐπαινῶ σε νῦν, ὦ Δάφνη, τὴν ἀκρασίαν τοῦ Ἀπόλλωνος νικήσασα ἤλεγξας αὐτοῦ τὴν μαντικὴν, ὅτι μὴ προγνοὺς τὰ περὶ σὲ τῆς αὐτοῦ τέχνης οὐκ ὤνατο.* Conf. idem c. 33; Cyrillus l. c.; Ovid. Metam. 1. POTT.

P. 33, l. 6. *ὁ Θμουϊτῶν τράγος*] Had. Junius Prov. 3, 93. *Thmuitarum hircus* de mulieroso homine, in quem adhinniunt quodammodo scorta, ad unius nutum parata. Est autem, Thmuis oppidum Aegypti, Stephano teste. Eusebius et Nicephorus Phileae meminerunt Thmuitarum episcopi. Hieronymus adversus Jovinianum 2. urbes ait in Aegypto ex animalium vocabulis nuncupari, Leontω, Busiris, Thmuis, quod interpretatur *hircus*. COL.

33, 14. *τὸν κεστὸν*] Intelligit cestum Junoni a Venere datum, quo sibi amorem Jovis conciliaret. Eum copiose describit Homerus Iliad. 14. POTT.

33, 17. *νύκτες αἱ ἐννέα*] Plerique Jovem tres noctes cum Alcmena concubuisse referunt: unde Lycophron v. 33. Herculem ex illo concubitu genitum *τριέσπερον* vocat, et Justinus in Paraenesi; *Ternoctem Herculeam* dixit Statius Theb. 12. Seneca in Agamemnone duas noctes refert; quem numerum habet etiam Propertius l. 2. Martianus Capella l. 2. Hieronymus adv. Vigilantium, etc. Arnobius novem noctes numerat, Clementem secutus, 4, 26. "Deus Hercules natus est, qui in rebus hujusmodi patris sui transiret exsuperaretque virtutes: ille noctibus vix novem unam prolem extundere, concinnare," etc. Item Cyrillus adv. Julian. 6. p. 196. *γεγράφθω δὲ καὶ Ἀλκμήνη, μεθ' ἧς τὰς ἐννέα διατετέλεκε νύκτας ὁ καὶ ἐν τοῖς ἄγαν αἰσχροῖς κόρον οὐκ ἔχων.* POTT.

33, 22. *πεντήκοντα*] Conf. Pausanias 9, 27, 6. Athenaeus 13; Arnobius l. c.; Tatian. c. 36; Suidas v. *Θεστιάδες*, etc. POTT.

P. 34, l. 1. *Ὕλα*] Clementinorum auctor homil. 5, 15. de deorum amoribus agens, *ὁ Ζεὺς*, inquit, *Γανυμήδους ἐρᾷ· Ποσειδῶν Πέλοπος. Ἀπόλλων Κινύρου, Ζακύνθου, Ὑακίνθου, Φόρβαντος, Ὕλα, Ἀδμήτου*, etc. Plerique Hylam Herculis amasium faciunt. POTT. Adde Arnob. 4, 26.

34, 2. *ὁ δὲ Πέλοπος*] Julius Firmicus "Pelops in deliciis amatoriis fuit, et diu prostituti pudoris damna sustinuit." Tatianus contra Graec. *καὶ παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται καὶ Ποσειδῶνος ἐρώμενος.* Pindarus Od. 1. Olymp. *Πέλοπος, τοῦ μεγασθενὴς ἐράσσατο Ποσειδῶν.* Aelianus V. H. 13, 5, Chrysippum filium Pelopis rapuisse Laium tradit; et Athenaeus l. 13. "Laius apud Pelopem diversatus, adamavit ejus filium Chrysippum et cum raptum imposuisset currui, aufugit." Praxilla Sicyonia Chrysippum a Jove raptum fuisse inquit. COL. Arnobius 4, 26. aperte Clementem compilavit, "Ille Pelopis desideriis flagrat, hic in Chrysippum suspirat ardentius," etc. POTT.

34, 16. *Ἰάσωνι*] Scribendum *Ἰασίωνι* ut apud Diodorum Siculum 5, 77. *ἐκ Δήμητρος καὶ Ἰασίωνος γενέσθαι παῖδα Πλοῦτον*, et Ovidium Metam. 9.

—— queritur canescere mitem
Iasonia Ceres. SYLB.

*Ἀδώνιδι*] Pro *Ἀδώνιδι* reponendum esse *Ἀϊδωνεῖ* cum aliunde liquet, tum ex p. 5, 35. et Athenaei loco modo citato. SYLB. Perinde apud Justinum M. cujus haec sunt verba Apol. 1, 33. *Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν οἰστρηθείσας*, Sylburg. scribere jussit, *τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Ἀϊδωνέα οἰστρηθεῖσαν.* 'Nam Venus quidem,

inquit, Adonin deperiit; Proserpina vero ab Aidoneo, seu Plutone, rapta fuit.' Id quidem nimis audacter, Justini et Clementis codicibus receptam lectionem unaniniter tuentibus. Quin alii etiam Adonin a Proserpina, idque apud inferos, adamatum fuisse referunt. Theocritus 15, 186:

Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὁ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται.

Ubi scholiastes, τριφίλατος, inquit, ὁ πολυφίλητος, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ, Ἀσπασίη τριφίλητος· ἢ ὅτι ὑπὸ τριῶν ἐφιλήθη, Διός, Ἀφροδίτης, καὶ Περσεφόνης ἐν ᾅδῃ. POTT. Adonidis nomen suo quoque in libro legit Arnobius 4, 27. ubi v. Orellii annotatio vol. 2. p. 243.

34, 18. Φαέθοντα] Th. Canterus Var. lect. 1, 19. in hunc locum Arnobii 4, 27. "Nonne vestris cautum est literis, post Vulcanum, Phaonem, Martem, in Anchisae nuptias Aeneadum matrem arsisse?" "Hoc loco suspicabar, pro *Phaonem*, *Phaeonem* scribendum esse; sed in eo non acquievi; verum, consulens exemplar Romanum, longe aliam lectionem inveni, nimirum hanc "post Vulcanum Phaethontem;" quae lectio prima fronte alienissima visa est: tandem consului Clementem, ubi haec respexi, καὶ Φαέθοντα ἑλόχα· quare hic locus Arnobii non emendationem, sed observationem requirit." Haec ille. Athenaeus tamen 2. p. 69. Κρατῖνος δέ φησι Φάωνος ἐρασθεῖσαν τὴν Ἀφροδίτην, ἐν καλαῖς θριδακίναις αὐτὸν ἀποκρύψαι· Μαρσύας δὲ ἐν χλόῃ κριθῶν. Aelianus Var. hist. 12, 18. "Phaonem omnibus hominibus elegantia formae praestantem Venus in lactucis abscondit." Legendum itaque in utroque videtur *Phaonem*. COL.

P. 35, l. 5. Νεμέασι δὲ ἄλλο] Scholiastes Pindari in praefatione Nemeorum, τὰ Νέμεα φασὶν ἄγεσθαι ἐπὶ Ὀφέλτῃ. Paulo post, ὅφις ἀνεῖλε τὸν παῖδα· Ἀμφιάραος δὲ τούτοις μαντευόμενος, Ἀρχέμορον αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὅτι ἀρχὴ μόρου ἐγένετο ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος. Sed hunc Eupheti et Creusae, non Lycurgi et Eurydices filium dici adverte. COL.

35, 6. ὁ ἐπιτάφιος] ἐπιτάφιον ἀγῶνα intelligit auctor, non funebrem orationem, ut putavit Hervetus. Itaque paulo post: Μυστήρια, inquit, ἦσαν ἄρα οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι.

35, 11. τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια] Meursius Eleusin. cap. 6, his verbis recitatis, ait: Lege, Τὰ μὲν ἐπὶ Ἄγρᾳ μυστήρια. Nam τὰ μικρὰ μυστήρια Agris, ut majora Eleusine, habebantur. Stephanus, Ἄγρα καὶ Ἄγραι χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς· ἔστι δὲ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἀποτελεῖται. Eustathius in Iliad. p. 361, 35. ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾗ κλῆσις Ἄγρα καὶ Ἄγραι· οὗ τὰ μικρὰ ἤγετο, φησὶ, μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις. POTT. Dixit de hoc loco Welckerus Mythol. Gr. vol. 2. p. 651. Meursii emendationis ignarus.

35, 12. τὰ ἐν Ἀλιμοῦντι] *Alimoniae sacra* corrupte apud Arnob. 5, 28.

35, 17. Πρόσυμνος τοῦνομα] P. Leopardus 3, 20. Omnia haec habent Arnobius 5, 28. et Theodoretus in Curatione Graec. affect. Meminerunt etiam Hyginus, Lycophronis scholiastes, et Phavorinus in v. Ἐνόρχης, sed in nomine variant: nam quem Clemens, Arnobius et Gregorius Prosymnum, eumdem Theodoretus et Lycophronis interpres Πολύυμνον vocant, Varinus Πολύσυμνον, Hyginus mendose *Hypolipnum* vel *Hypolymnum*, Pausanias Πόλυμνον. COL. Πολύυμνος est Tzetzae

in Lycophronis v. 212, quo loco nos e codd. mss. Πολύσυμνον posuimus. Wouwerius et Munckerus in Hygini Poet. Astronom. cap. 5. Πολύυπνον scribendum existimant. POTT.

P. 36, l. 1. *καὶ ὕμνεον ᾄσμα*] Scribe et distingue, *καὶ ὕμνεον ᾄσματα αἰδοίοισιν ἀναιδέστατα, εἴργαστο ἄν.* Ne interpretatio quidem nobis satisfacit. Ithyphallica intelligit, quae recte vocat *ᾄσματα ἀναιδέστατα.* Nam nisi illa canerentur in laudem pudendorum, plane actum erat. Hoc volebat Heraclitus. HEINSIUS.

36, 2. *Ἄϊδης καὶ Διόνυσος*] Ἄϊδης dicitur Bacchus, quod apud inferos agens *inconspicuus* fuerit. Nam *ἀΐδης* exp. *ἀφανής.* POTT.

36, 7. *ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν εἱλώτων καλουμένων*] Scribe totum hunc locum, et distingue hoc modo, *ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν εἱλώτων τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις δουλικώτερον.* Deinde *δούλειον ὑπεισῆλθε ζυγὸν Ἀπόλλων.* HEINSIUS.

36, 8. *Ἀπόλλων Ἀδμήτῳ*] De Apollinis servitute prolixe Euripides Alcestide et Plutarchus Erotico. De Herculis servitute apud Omphalen Diodorus Siculus 4, 31. Plutarchus in lib. An seni capienda resp. et Terentius Eunuchi act. 5. sc. 8. H. SYLB. Excerpsit haec Arnobius 4, 25.

36, 11. *καθάπερ ἀχρεῖος οἰκέτης*] Respicit veterem morem, quo fideles utilesque servi post aliquod tempus libertate donabantur. Conf. Archaeologiae Graecae 1, 10. POTT.

P. 37, l. 1. *Ὅμηρος*] Conf. de Venere Iliad. 5, 343; de Plutone v. 395; de Marte v. 855. POTT.

37, 7. *τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν*] *Τὸν Ἠλίου Αὐγέαν, Solis filium Augeam*, N. Utrumque tolerari potest: erat enim Augeas Eleus et Solis filius. Sed cur Augeam inter deos numeret ratio non liquet. Legendum potius *τὰς ἡλίου αὐγάς.* Herculem enim iratum ferunt sagittis suis Solem ipsum percussisse: Apollodorus Bibliothec. 2, 5, 10. *θερμαινόμενος δὲ ὑπὸ Ἡλίου κατὰ τὴν πορείαν τὸ τόξον ἐπὶ τὸν θεὸν ἐνέτεινεν.* Quod ignorans scriptor aliquis in poeticis fabulis minus versatus, *τὸν ἡλίου*, vel *Ἠλεῖον, Αὐγέαν* substituisse videtur. POTT. Heynius ad Apollod. vol. 2. p. 161. *τὸν ἥλιον αὐτόν.* Nihil horum satis certum. Omisit Arnobius, qui plura ex hoc loco excerpsit 4, 25.

37, 20. *παρὰ τῷ Λυκάονι*] Vide Apollod. 3, 8, 1. cum Heynii annot. et Arnob. 4, 24.

P. 38, l. 4. *νῦν δὲ ἤδη*] Conf. Cyprianus De idolorum vanitate; Tatianus Orat. c. 37; Theophilus principio lib. 2. ad Autolyc.; Minucius Felix p. 217, edit. Hackian.; Lactantius 1, 16; Athenagoras Legat. c. 26. POTT.

38, 17. *Καλλίμαχος*] Hymno in Jovem 19. Chrysostomus tamen, commentario in Epistolam ad Titum, et proverbialem illum versum,

*Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,*

et hos Callimachi Epimenidi Cretensi tribuit: sic enim ibi, *Ἐπιμενίδης οὖν ἐστιν ὁ εἰρηκὼς, Κρὴς καὶ αὐτὸς ὤν. ἔχει δὲ οὕτως· Οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τοῦ Διὸς, ἐπιγραφέντα τοῦτο· "ἐνταῦθα Ζὰν κεῖται, ὃν Δία κικλήσκουσι." διὰ ταύτην οὖν τὴν ἐπιγραφὴν ὁ ποιητὴς ψεύστας τοὺς Κρῆτας κωμῳδῶν, προϊὼν, πάλιν ἐπάγει, αὔξων μᾶλλον τὴν κωμῳδίαν·*

*καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο*
*Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.*

Aut memoria igitur Chrysostomum fefellit, aut duo hi poetae idem

scripserunt; quod ab aliis quoque factum docet Clemens infra in Stromateis p. 263, 13. et deinceps. SYLB.

38, 20. *τέθνηκε γὰρ Ζεὺς—*] Conf. Arnob. 4, 26.

38, 24. *οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός*] Versus est Odyss. 79, 163.

*Ἀλλὰ καὶ ὥς μοι εἰπὲ τεὸν γένος, ὁππόθεν ἐσσί.*
*οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου.*

Alia lectio *παλαιφάγου*. Verba sunt Penelopes ad Ulyssem. Reperitur et similis sententia Iliad. 22. estque proverbium, quod magnus ille Chiliasta [Erasmus] chil. 1, c. 8, 17. inde ductum ait, quod antiquitus in cavis quercubus habitarent homines, atque inde nati fingebantur; ideo et creditum est a Deucalione projectis e saxis natum mortalium genus. Alio item loco sibi ipsi non constat, et pejorem rationem reddit, chil. 3. c. 7, 76. At Eustathius, *ὅτε νομάδα βίον εἵλκον οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὀρεινόμουν, καὶ δρυῶν καὶ λίθων κοιλότησιν ἐπίστευον, τὰ νεογνὰ ἐκτιθέμενοι διὰ πενίαν τὰ φίλτατα. ὅθεν καὶ φήμη διεσπάρη ἐκ τῶν εὑρισκόντων τὰ ἔκθετα βρέφη, ὡς ἄρα ἐκ δρυῶν καὶ λίθων γεννῶνται ἄνθρωποι.* Usurpatur proverbium in eos, qui non carent genealogia, vel agrestibus non sunt moribus, ut a Sexto Empirico sub finem operis contra Mathematicos et 438. 40. COL.

38, 26. *Ἀγαμέμνονα*] Agamemnonem Jovem a Spartanis coli refert Athenagoras principio Legat. Apud Lycophron. 1123. Cassandra de Agamemnone,

*ἐμὸς δὲ ἀκοίτης, δμωΐδος νύμφης ἄναξ,*
*Ζεὺς Σπαρτιάταις αἰμύλοις κληθήσεται.*

Conf. ejusdem poematis v. 335. et utroque loco adnotata. Porro Staphyli meminit Athenaeus lib. 2. Plinius H. N. 5, 31; Sextus Empiricus Adv. mathem. lib. 1. c. 2; scholiastes in Apollonii Argon. lib. 1 et 4; Harpocration, Homeri scholiastes, etc. Quae adnotavi propter Hervetum, qui de Staphylo vel Agamemnone Jove se quidquam legisse negat. POTT.

P. 39, l. 2. *Ἀργύννου*] Sunt qui utrobique malint *Ἄργεννος* per *ε*, quo nomine et insula una legitur et tria promontoria. Significat autem *Ἄργεννος*, Aeolica forma, idem quod *ἀργεινός*, *albus*, *candidus*. [Hesychius, *ἀργεννῆσι*, *λαμπραῖς*, *λευκαῖς*. POTT.] *Ἄργυννον*, Agamemnonis amasium; et *Ἀργυννίδα Ἀφροδίτην* agnoscit etiam Stephanus: sed addit, eamdem et *Ἀργεννίδα* dici, ab Aristophane vero *Ἀργειωίδα* per diphthongum. SYLB. in Indice. De Argynno plura Leopardus Emend. 4, 4. SYLB.

39, 4. *προτρέπονται*] Scribe ex N. *προστρέπονται*, ut bis superius *προστροπαίους* pro *προτροπαίους*. Hesychius, *προστρεπόμενοι*, *σέβοντες*, *τιμῶντες*, *προσκυνοῦντες*. Eidem vero *προτρέπεσθαι* est *παρακαλεῖν*. Quorum illud prius huic loco convenit. POTT.

39, 11. *Πυρετῷ δὲ καὶ Φόβῳ*] Lactantius 1, 20. "Pavorem, Palloremque Tullus Hostilius figuravit, et coluit." Paulo post "Mala sua pro diis habent, ut Romani Rubiginem ac Febrem." Minutius Octavio "Pavorem Hostilius atque Pallorem. Mox a nescio quo Febris dedicata." Aelianus V. H. 12, 11. *Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῷ λόφῳ τῷ Παλλαντίῳ Πυρετοῦ καὶ νεὼν καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο.* Conf. Cicero De legib. 2; Plautus Asin. 2, 2, 2; Livius 1, 27; Valerius Maximus, 2, 5; Plinius H. N. 2, 7; Augustinus De civit. Dei pluribus locis, etc. POTT.

39, 14. *βήττειν*] Hesychius, Χελούειν, *βήσσειν· καὶ χελούσσειν ὁμοίως.* POTT.

39, 16. *οἷει πόθεν παραγέγραπται ταῦτά σοι κομίζεσθαι, τὰ ὑφ' ἡμῶν παρατιθέμενα*] *πόθεν οἷει παραγέγραπται ταῦτά σοι; κομίζεται τὰ ὑφ' ὑμῶν* Heinsius.

39, 19. *ἀθέου χλεύης*] Arcerius et Sylburgius, *ἀθέου χλεύης* post *βίον* transponunt, quo opus esse non videtur. POTT.

P. 40, l. 3. *οὐχὶ δὲ Ἀφροδίτῃ περιβασίῃ*] P. Leopardus Emend. 8, 25. Veneris *περιβασίας* meminerunt Clemens Alex. et Hesychius, Περιβασὼ, Ἀφροδίτην. Scholia in Clementem *ἀσχημοποιόν* interpretantur. Haec ille. Ipsum quoque verbum *ἐμβαίνειν* referunt ad turpia viri docti, exponentes illud *ἐμβασικοίτης* uspiam: Περιβασὼ autem decurtatum forte est ex Περιβασίη, ut Περσὼ ex Περσεφόνη, Συρακὼ ex Συράκουσα, Tarentino idiomate. Caeterum spurcum illud Dionysii epithetum, quod paulo post affert, *παρὰ τὸ ψάλλειν, ἢ κόπτειν, ἢ τίλλειν*, deducit Aeschyli scholiastes in Persas sub finem tragoediae. COL. Περιβασίη forsan a promiscua obambulatione, ut *ἡ πάνδημος*. Alioqui et Παραιβασίη legi posset: ut quae connubii leges saepe transiliat. Hervetus Ἐπιβασίη cur maluerit, nescio. Quibusdam Περιβασὼ dicitur *παρὰ τὸ περιβῆναι*, a divaricandis cruribus, hinc divaricatrix. Suidae, Περιβὰς est *ἐποχούμενος*. POTT.

40, 4. *καλλιπύγῳ*] Scriptum erat *καλλιπύργῳ*, sed *καλλιπύγῳ* legendum declarat synonymum epitheton *καλλίγλουτος*. Item *εὐπυγίαν* affectare dicuntur feminae in Alexidis quodam loco infra p. 94, 3. Monuit de eodem errore Brodaeus quoque Miscell. 1, 19. ex Athenaei lib. 12. SYLB.

40, 19. Συηνῖται] Aelianus N. A. 10, 19. *Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φαγροὺς* Συηνῖται *μὲν Αἰγυπτίων ἱεροὺς νομίζουσιν· οἱ δὲ οἰκοῦντες τὴν Ἐλεφαντίνην καλουμένην τοὺς μαιώτας*. Deinde causam addit, quod pisces isti accessum inundantis Nili suo adventu praenuntient. Idem scribit Plutarchus De Iside et Osiride, agens de Oxyrinchitis: *σεβόμενοι γὰρ τὸν ὀξύρυγχον ἰχθὺν, δεδίασι μήποτε τὸ ἄγκιστρον καθαρὸν ἐστιν ὀξυρίγχου περιπεσόντος αὐτῷ,* Συηνῖται *δὲ φάγρου*. Hunc ipsum Strabo *φαγρόριον* appellat et *φάγρον*, unde Phagroriopolis lib. 17. in Arabici sinus recessu. Ibidem meminit et insulae Elephantinae in Nilo; et Plinius H. N. 16, 21. ut circa Memphim Aegypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant folia, ne vitibus quidem. Athenaeus lib. 7, maeotas numerat inter Nili pisces. COL.

40, 23. *τὸν Ἆπιν*] Conf. Strom. 1. p. 383. Herodotus 2. 65 et seq. Diodorus Siculus lib. 2. Auctor Constit. apost. 5, 12. *ὡς παρ' Αἰγυπτίοις τὸν Ἆπιν, καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον*: Recognit. Clementis 5, 20, de Aegyptiis ait "Alii eorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii hircum, alii cattas; nonnulli ibin; quidam serpentem; piscem quoque, etc." Eadem fere habes Clementinorum homil. 10, 16. De hirco Mendesiorum conf. Herodotus 2, 46. POTT.

P. 41, l. 2. *τοὺς Αἰγυπτίους—γελῶντες*] Simili ratione utitur Petrus in Recognit., 5, 21. et Clementin. hom. 10, 17. POTT.

41, 4. Θηβαῖοι *δὲ*] Aelianus N. A. 12, 5. *καὶ* Θηβαῖοι *δὲ σέβουσιν* Ἕλληνες *ὄντες, ὡς ἀκούω, γαλῆν*. quia nimirum nutrix Herculis fuit, aut quod cum Herculem Alcmena parturiret, et parere non posset, ea praetercurrens pariendi vincula dissolvit. Ibidem etiam mures idem

adorari tradit ab iis, qui Troadis Hamaxitum incolunt, unde Apollinem Sminthium appellant; tum vero in aede Sminthii cicures ali mures, σμίνθος enim illis murem significat. Addit deinde fabulam de muribus ab Apolline expulsis, et alteram quam hic innuit Clemens: Cretenses ad coloniam domo missi rogarunt, ut quempiam ad habitandum aptum locum ostenderet. Respondet ille, ubi γηγενεῖς, id est terra geniti, bellum eis inferrent, ibi considendum. Ita eos ad Hamaxitum profectos, castra posuisse: tum incredibilem murium multitudinem erupisse, et clypeorum lora derosisse, et arcuum nervos exedisse; ex quo conjecturam duxerunt, illos esse terrigenas; proinde hunc locum excoluisse, atque Apollini Sminthio templum excitasse. Eandem fabulam narrat Strabo lib. 13. De Eurymedusa; Arnobius 4, 26. "Nunquid a nobis aliquando conscriptus est, modo in aurum versus, modo in Satyrum ludicrum, in draconem, in alitem, et, quod omnia genera contumeliarum transiliat, in formiculam parvulam, ut Clitoris videlicet filiam Myrmidonis redderet apud Thessalos matrem? COL. Conf. Ovid. Metamorph. lib. 9. fab. 10. POTT.

41, 5. τί δὲ, οὐ πάλιν] Hanc lectionem exhibuit primum Heinsius, et post eum reliquae Clementis editiones. Vetus lectio erat, τί δαὶ πάλιν Θετταλοὶ μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν; Nec opus erat ea* verba mutare, modo sic distinguantur, ut fit apud N. τί δαὶ πάλιν οἱ Θετταλοί; μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν, ἐπεὶ τὸν Δία, etc. POTT.

41, 7. τῇ Κλήτορος θυγατρὶ Εὐρυμεδούσῃ] Clitoris filiam dixit Arnobius. At Recognit. 10, 22. refertur Jupiter corrupisse Eurymedusam Achelai, mutatus in formicam; ex qua nascitur Myrmidon. Acheloi filiam dicunt Clementina. POTT.

41, 15. οὐδὲ μὴν Σαμίων ἐκλήσομαι] Aelianus N. A. 12, 40. τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον. Deinde causam addit, quod Samiis furto sublatum aurum ovis invenit. Ideo Maudrobulus Junoni ovem consecravit, ut Aristoteles tradit. Idem, 11, 8. "In Leucade promontorium est excelsum et sacrum, in eo Apollinis Actii fanum; cujus honori dedicatum tempus festum cum instat, in quo saltando etiam certant, bovem muscis mactant: cujus illae sanguine saturatae recedunt, veluti munere ad id faciendum persuasae." COL.

41, 17. οὐδέ γε τῶν τὴν Φοινίκην] Victorius Var. Lect. 12, 15. Tibullus in quadam elegia superstitionis Syrorum meminit, qui columbas consecrabant, timebantque violare, ita canens,

Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palaestino sancta columba Syro?

Alii legunt *suo*. Id quoque memoriae prodidit Xenophon in Exped. Cyri; narrat enim copias illas venisse ad fluvium Chalum, plenum magnorum piscium ac mansuetorum, quos Syri deos putarent, nec sinerent violari; quod etiam tribuebant columbis. Cicero De nat. deorum 3. "Piscem Syri venerantur." Porphyrius l. 4. Περὶ ἀποχῆς Menandri comici versus ponit, quibus exponitur quo humilitatis descendant Syri, ut deum placent, si forte aliquando incontinentia ducti piscem comederint. COL. Conf. Diodorus Sic. lib. 2. POTT.

41, 23. λίχνοι] Tatianus λίχνους καὶ ἀσώτους vocat p. 48. POTT.

P. 42, l. 1. Ἄνιον] Anium Deli et regem fuisse et sacerdotem ex Dionysio Halicarnasseo et Virgilio clarum est; ex ipso etiam Clemente

infra p. 144, 45. SYLB. Aliorum scriptorum loci indicati sunt in Thesauro vol. 1. P. 2. p. 807.

42, 2. *Ἀστράβακον*] De Astrabaco ejusque *ἡρῴῳ* v. Pausan. 3, 16, 5. et 9. POTT.

42, 22. *λοιβῆς*] Clemens eodem allusit p. 15. Solent autem veteres Ecclesiae Patres ethnicis e suis poetis exprobrare, quod eorum dii victimarum nidoribus inhient; quin etiam eorum non pauci daemonas, ut terrenos spiritus, ejusmodi rebus delectari credebant. Tatianus Orat. cap. 20. *οἱ δαίμονες, οὓς ὑμεῖς οὕτω φατὲ, σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ὑπ' αὐτῆς, ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν.* Athenagoras c. 23. *οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες λίχνοι, περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες.* Origenes in Celsum lib. 3. p. 133. *πάντες μὲν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἰσι δαιμόνια λίχνα, καὶ περὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ αἵματα, καὶ τὰς ἀπὸ θυσιῶν ἀποφορὰς καλινδούμενα.* Et lib. 7. p. 334. dicit inde apparere terrenos esse daemones, quod *τοῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμιάμασι, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν αἱμάτων, καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀποφοραῖς τρεφόμενα αὐτῶν τὰ σώματα φιληδονοῦντων.* Scilicet ex eorum sententia daemones tenuia corpora habebant. Qua de re alius forte dicendi locus erit. POTT.

P. 43, l. 7. *Φέρε δὴ οὖν* —] Lactantius hoc argumentum fuse persequitur 1, 21. POTT.

43, 16. *τῷ Ἰθωμήτῃ Διΐ*] Melius, ut Pausanias, [4, 3, 9; 12, 7; 27, 6; 33, 2.] *Ἰθωμάτῃ*, aut *Ἰθωμάτᾳ*, quod Doricum, et plane Messenicum est; ab Ithoma, Messeniae monte, ubi oppidum ejusdem nominis, situ opereque munitissimum. VIGER.

P. 44, l. 2. *Μόνιμος*] De hoc scriptore ejusque *ἀνθρωποθυσίᾳ* nihil legi. Forte in Achillis immaturo fato rapti memoriam Peleo ejus parenti, et Chironi nutritio scelus hoc institutum fuerit. VIGER.

44, 7. *Φωκαεῖς*] *Φώκαια*, urbs Ioniae, cujus cives *Φωκαεῖς*, interdum etiam *Φωκαιεῖς*, ut *Πλαταιεῖς*. Horatius epod. 16. "Phocaeorum velut profugit exsecrata civitas." *Φωκὶς* Achaiae regio: incolae *Φωκεῖς*. Thucydidis scholiastes lib. 1. *Φωκεῖς*, inquit, *οἱ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαιεῖς, οἱ τῆς Ἰωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως.* Pomponius Mela Phocidem Ioniae urbem nominat, librariorum, opinor, vitio; cum Phocaeam, ut Graeci omnes, scribere debuisset. POTT.

44, 10. *Ἐρεχθεὺς*] Plutarchus in Historiis parallelis Graecis et Romanis has duas narrat historias conjunctas, numero 20. Erechtheus cum Eumolpo bellum gerens, cum didicisset victorem futurum se, si filiam immolaret; re cum uxore Praxithea communicata, puellam mactavit: cujus rei Euripides in Erechtheo meminit. Marius cum Cimbris bellum gerens, cum inferior illis esset, in somnio praemonitus est, victoriam se consecuturum, si filiam prius victimam offerret, Calpurniam nomine. Patriae igitur caritati natura postposita, eo facto victoriam reportavit. Cujus rei Dorotheus 4. Rer. Ital. meminit. COL.

44, 12. *Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων,*] Reinesius Var. Lect. p. 3, ait "Demaratus *ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων*, rerum atrocium, grandium, tristium, pugnarum, parricidiorum, conquestionum, horribilium et infelicium eventuum, et quae alia in scenam Tragicam induci solent." Vossius existimat *Τραγῳδουμένων* libros continuisse historiam *μυθικοῦ*, sive *ἡρωϊκοῦ* temporis: ut de bello Trojano, vel Thebano, et similibus: unde, inquit, tragoediarum argumenta ab antiquis peti solent. Porro quod Clemens e primo *Τραγῳδουμένων* libro, id e tertio recitat Stobaeus

adorari tradit ab iis, qui Troadis Hamaxitum incolunt, unde Apollinem Sminthium appellant; tum vero in aede Sminthii cicures ali mures, *σμίνθος* enim illis murem significat. Addit deinde fabulam de muribus ab Apolline expulsis, et alteram quam hic innuit Clemens: Cretenses ad coloniam domo missi rogarunt, ut quempiam ad habitandum aptum locum ostenderet. Respondet ille, ubi *γηγενεῖς*, id est terra geniti, bellum eis inferrent, ibi considendum. Ita eos ad Hamaxitum profectos, castra posuisse: tum incredibilem murium multitudinem erupisse, et clypeorum lora derosisse, et arcuum nervos exedisse; ex quo conjecturam duxerunt, illos esse terrigenas; proinde hunc locum excoluisse, atque Apollini Sminthio templum excitasse. Eandem fabulam narrat Strabo lib. 13. De Eurymedusa; Arnobius 4, 26. "Nunquid a nobis aliquando conscriptus est, modo in aurum versus, modo in Satyrum ludicrum, in draconem, in alitem, et, quod omnia genera contumeliarum transiliat, in formiculam parvulam, ut Clitoris videlicet filiam Myrmidonis redderet apud Thessalos matrem? COL. Conf. Ovid. Metamorph. lib. 9. fab. 10. POTT.

41, 5. *τί δὲ, οὐ πάλιν*] Hanc lectionem exhibuit primum Heinsius, et post eum reliquae Clementis editiones. Vetus lectio erat, *τί δαὶ πάλιν Θετταλοὶ μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν*; Nec opus erat ea[a] verba mutare, modo sic distinguantur, ut fit apud N. *τί δαὶ πάλιν οἱ Θετταλοί; μύρμηκας ἱστοροῦνται σέβειν, ἐπεὶ τὸν Δία*, etc. POTT.

41, 7. *τῇ Κλήτορος θυγατρὶ Εὐρυμεδούσῃ*] Clitoris filiam dixit Arnobius. At Recognit. 10, 22. refertur Jupiter corrupisse Eurymedusam Achelai, mutatus in formicam; ex qua nascitur Myrmidon. Acheloi filiam dicunt Clementina. POTT.

41, 15. *οὐδὲ μὴν Σαμίων ἐκλήσομαι*] Aelianus N. A. 12, 40. *τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον.* Deinde causam addit, quod Samiis furto sublatum aurum ovis invenit. Ideo Mandrobulus Junoni ovem consecravit, ut Aristoteles tradit. Idem, 11, 8. "In Leucade promontorium est excelsum et sacrum, in eo Apollinis Actii fanum; cujus honori dedicatum tempus festum cum instat, in quo saltando etiam certant, bovem muscis mactant: cujus illae sanguine saturatae recedunt, veluti munere ad id faciendum persuasae." COL.

41, 17. *οὐδέ γε τῶν τὴν Φοινίκην*] Victorius Var. Lect. 12, 15. Tibullus in quadam elegia superstitionis Syrorum meminit, qui columbas consecrabant, timebantque violare, ita canens,

Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palaestino sancta columba Syro?

Alii legunt *suo*. Id quoque memoriae prodidit Xenophon in Exped. Cyri; narrat enim copias illas venisse ad fluvium Chalum, plenum magnorum piscium ac mansuetorum, quos Syri deos putarent, nec sinerent violari; quod etiam tribuebant columbis. Cicero De nat. deorum 3. "Piscem Syri venerantur." Porphyrius l. 4. *Περὶ ἀποχῆς* Menandri comici versus ponit, quibus exponitur quo humilitatis descendant Syri, ut deum placent, si forte aliquando incontinentia ducti piscem comederint. COL. Conf. Diodorus Sic. lib. 2. POTT.

41, 23. *λίχνοι*] Tatianus *λίχνους καὶ ἀσώτους* vocat p. 48. POTT.

P. 42, l. 1. *Ἄνιον*] Anium Deli et regem fuisse et sacerdotem ex Dionysio Halicarnasseo et Virgilio clarum est; ex ipso etiam Clemente

infra p. 144, 45. SYLB. Aliorum scriptorum loci indicati sunt in Thesauro vol. 1. P. 2. p. 807.

42, 2. Ἀστράβακον] De Astrabaco ejusque ἡρῴῳ v. Pausan. 3, 16, 5. et 9. POTT.

42, 22. λοιβῆς] Clemens eodem allusit p. 15. Solent autem veteres Ecclesiae Patres ethnicis e suis poetis exprobrare, quod eorum dii victimarum nidoribus inhient; quin etiam eorum non pauci daemonas, ut terrenos spiritus, ejusmodi rebus delectari credebant. Tatianus Orat. cap. 20. *οἱ δαίμονες, οὓς ὑμεῖς οὕτω φατὲ, σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ὑπ' αὐτῆς, ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν.* Athenagoras c. 23. *οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες λίχνοι, περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες.* Origenes in Celsum lib. 3. p. 133. *πάντες μὲν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἰσι δαιμόνια λίχνα, καὶ περὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ αἵματα, καὶ τὰς ἀπὸ θυσιῶν ἀποφορὰς καλινδούμενα.* Et lib. 7. p. 334. dicit inde apparere terrenos esse daemones, quod *τοῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν ἀναθυμιάμασι, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν αἱμάτων, καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἀποφοραῖς τρεφόμενα αὐτῶν τὰ σώματα φιληδονούντων.* Scilicet ex eorum sententia daemones tenuia corpora habebant. Qua de re alius forte dicendi locus erit. POTT.

P. 43, l. 7. *Φέρε δὴ οὖν* —] Lactantius hoc argumentum fuse persequitur 1, 21. POTT.

43, 16. *τῷ Ἰθωμήτῃ Διΐ*] Melius, ut Pausanias, [4, 3, 9; 12, 7; 27, 6; 33, 2.] *Ἰθωμάτῃ*, aut *Ἰθωμάτᾳ*, quod Doricum, et plane Messenicum est; ab Ithoma, Messeniae monte, ubi oppidum ejusdem nominis, situ opereque munitissimum. VIGER.

P. 44, l. 2. *Μόνιμος*] De hoc scriptore ejusque *ἀνθρωποθυσίᾳ* nihil legi. Forte in Achillis immaturo fato rapti memoriam Peleo ejus parenti, et Chironi nutritio scelus hoc institutum fuerit. VIGER.

44, 7. *Φωκαεῖς*] *Φώκαια*, urbs Ioniae, cujus cives *Φωκαεῖς*, interdum etiam *Φωκαιεῖς*, ut *Πλαταιεῖς*. Horatius epod. 16. "Phocaeorum velut profugit exsecrata civitas." *Φωκὶς* Achaiae regio: incolae *Φωκεῖς*. Thucydidis scholiastes lib. 1. *Φωκεῖς*, inquit, *οἱ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαιεῖς, οἱ τῆς Ἰωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως.* Pomponius Mela Phocidem Ioniae urbem nominat, librariorum, opinor, vitio; cum Phocaeam, ut Graeci omnes, scribere debuisset. POTT.

44, 10. *Ἐρεχθεὺς*] Plutarchus in Historiis parallelis Graecis et Romanis has duas narrat historias conjunctas, numero 20. Erechtheus cum Eumolpo bellum gerens, cum didicisset victorem futurum se, si filiam immolaret; re cum uxore Praxithea communicata, puellam mactavit: cujus rei Euripides in Erechtheo meminit. Marius cum Cimbris bellum gerens, cum inferior illis esset, in somnio praemonitus est, victoriam se consecuturum, si filiam prius victimam offerret, Calpurniam nomine. Patriae igitur caritati natura postposita, eo facto victoriam reportavit. Cujus rei Dorotheus 4. Rer. Ital. meminit. COL.

44, 12. *Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων*,] Reinesius Var. Lect. p. 3, ait "Demaratus *ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων*, rerum atrocium, grandium, tristium, pugnarum, parricidiorum, conquestionum, horribilium et infelicium eventuum, et quae alia in scenam Tragicam induci solent." Vossius existimat *Τραγῳδουμένων* libros continuisse historiam *μυθικοῦ*, sive *ἡρωϊκοῦ* temporis: ut de bello Trojano, vel Thebano, et similibus: unde, inquit, tragoediarum argumenta ab antiquis peti solent. Porro quod Clemens e primo *Τραγῳδουμένων* libro, id e tertio recitat Stobaeus

serm. 37. quo loco Demarati verba de Erechtheo jussu Pythici oraculi filiam Proserpinae sacrificante integra exstant. POTT.

44, 13. ὁ Μάριος] Fallor, ni glossema est istud ὁ Μάριος. Nec vero ante dixit, ὁ μὲν Φερσεφάττῃ ὁ Ἐρεχθεύς. Quid? quod barbara est haec loquendi ratio. Quid? quod face opus non erat, ut posteriorem hunc Marium esse videremus, qui Dorotheum in Rerum Italicarum libris citari audiremus. VIGER. Fallitur.

44, 15. πῶς δὲ οὐχ ὅσιοι ἀναλόγως] Eusebius habet πῶς δὲ οὐκ ἀνόσιοι ἀλόγως. [Libri optimi ἀναλόγως.] Forte, πῶς δὲ οὐκ ἂν ὅσιοι ἀναλόγως. Utraque interrogatio ironica est. Et bene ἀναλόγως, videtur enim quaedam ἀναλογία daemones inter et δεισιδαίμονας intercedere; cui ut quoquo modo servirem, δεισιδαίμονας hoc loco daemonum mancipia, quam superstitiosos, vertere malui. VIGER.

P. 45, l. 6. τὸν ἄνθρωπον—] Lowthius legi vult, τὸν ἄνθρωπον, ἱερεῖον ἐπιφημίσας, ἱερόν ἐστιν, ἀλλὰ φόνος καὶ ἀνδροκτ. Forte vox ἱερεῖον ad marginem adnotata, in textum irrepsit. Nam eo sublato nihil est quod de sensu auctoris, aut ejus verborum constructione laboremus. POTT.

45, 17. οὐκ ἐκτρέπεσθε] Melius quam quod apud Eusebium est, οὐκ ἐντρέπεσθε· nam et praecessit τὸ ἐκτρεπόμεθα, et sequitur, οὐδὲ ἀποστρέφεσθε. Quid quod minus erga daemones convenit illa pudoris verecundiaeque significatio? VIGER.

P. 46, l. 2. οὕτω φιλόδοξος ἦν] *Adeo gloriae cupidus erat:* nam φιλοδοξία Clementi semper est *gloriae cupiditas*, p. 253. 279. 280. 299. 307. 319, etc. Verum haec significatio hujus loci non est, nisi Clemens Apollinem ironice φιλόδοξον dixerit, quia famae suae tam male consuluit. Videtur tamen φιλόδοξος esse, qui se amicum simulat, cum non sit: quo sensu dicendum potius erat δοξόφιλος, vel δοκησίφιλος, quemadmodum a Clemente aliisque dici solent δοξόσοφος, et δοκησίσοφοι, qui sapientiam prae se ferunt, quam non habent; sed cum φίλου, et φιλοδώρου, et φιλανθρώπου mentio praecesserat, simili forma φιλόδοξον dicere maluit. Porro historiam de Croeso memorant Herod. lib. 1. et Plut. in Solone. POTT.

46, 4. εἰς τὸ πῦρ] Alludit ad πῦρ τῆς γεέννης. POTT.

46, 11. ὦ Σόλων, ὅρα πάλιν τέλος] Notum est, Solonem Croeso consuluisse, ut finem respiceret. Sed illa verba, ὦ Σόλων, redundare videntur: nec ea agnoscit N. Itaque verisimile est in textum irrepsisse, postquam aliquis juxta ἄνθρωπος, in seq. linea, Solonis nomen adnotasset. POTT.

46, 12. τοῦτο εὖ θήσεις. ἀληθῆ μόνον] Guil. Cant. in Emend. Syntagm. p. 52. conjuncte legit, τοῦτον εὑρήσεις ἀληθῆ μόνον. SYLB.

46, 18. Φορωνεὺς] Tatianus, μετὰ δὲ Ἶναχον ὑπὸ Φορωνέως μόλις τοῦ θηριώδους βίου καὶ νομάδος περιγραφὴ γέγονε, καὶ μετεκοσμήθησαν οἱ ἄνθρωποι. Eum Argivis leges tulisse refert Clemens hujus libri p. 67, et Eusebius in Chronico. Conf. Arnobius l. 6. quo loco Clementem compilavit, ut ei mos erat. POTT.

Μέροψ] Josephus Scaliger ait, manifesto legendum esse Κέκροψ, in not. ad prooemium Chron. can. Eusebii, qui eo loco de Cecrope dicit: "Hic primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia unquam visis." Interea receptam lectionem mutare non ausim, cum eam Arnobius tueatur lib. 6. Merops quidam erat Arisbae, Priami uxoris,

pater, vir superstitioni addictus; de quo Apollodorus Biblioth. 3, 5. Meropem Coi insulae regem, a quo homines dicti Meropes, memorat Hyginus, Poet. astron. c. 16. POTT.

46, 23. Χάρμον] Χαρῖνον dictat Scaliger loco superius dicto. POTT.

P. 47, l. 3.] Φιλιππίδην] Sic eum vocat Pausanias 1, 28, 4. 8, 54, 6. Herodotus aliique Φειδιππίδην appellant. Conf. ejus 6, 105. POTT.

Εἰκότως] Quae sequuntur usque ad Homeri versum recitat Eusebius Pr. Ev. 2, 6. p. 71. Maximam eorum partem laudavit Cyrill. adv. Julian. 10. p. 342. Eadem Arnobius pro more suo in libro Adv. gentes 6, 6. transcripsit. Idem porro argumentum tractat Athenagoras Legat. p. 113 seq. POTT.

47, 15. ἐν τῇ ἀκροπόλει] Ἐν omittit Cyrill., quod ei ex Clemente restitui debet. Arnob. "In templo rursus ejusdem (Minervae) quod in arce Larissae est, conditus scribitur atque indicatur Acrisius." POTT.

47, 16. τῶν Ἱστοριῶν] τῆς ἱστορίας Eusebii cod. Joann. POTT.

47, 18. Ἴμμαρος] Ἴσμαρος Euseb. [sed codex optimus ἴμμαρος] Ἴσμαρος etiam habet Joan. Ἰμμάραδος Cyrill., quam lectionem secutus est Arnob. "Dairas," inquit, "et Immaradus [libri *Immaranchus* vel *Immarnachus*] fratres." [Arnobius Δαείρας, genitivum nominis feminini, pro nominativo masculino habuit.] Pausanias eumdem Immaradum vocat. Mox Cyrill. Δαίρας pro Δαείρας habet. POTT.

P. 48, l. 2. τὰς Ὑπερβορέων] Has esse feminas ex Hyperboreorum finibus advectas, ait Arnobius paulo ante. COL.

48, 5. Λεάνδριος] Λεάνδρειος Cyrill. Κλέανδρος Joan. [sed plerique Eusebii codices Λέανδρος.] Diogenes Laertius in Thalete 1, 41. Λέανδρον vocat. [Sed ibidem 28. libri variant inter Λεανδρίου, Λεανδρείου, Λεάνδρου.] Solet autem hic scriptor Λέανδρος et Λεάνδριος promiscue dici. Clemens noster Strom. 1. p. 352. Λέανδρον vocat: Strom. 6. p. 752, iterum Λεάνδριον. Erat porro Milesius, et de Mileto ac Milesiis commentarium reliquit. POTT.

48, 7. Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ] Fuit is grammaticus ex Myndo, urbe Cariae pervetusta. Stephanus in voce Μύνδος, ait, Ἀπολλώνιος καὶ Ζήνων, Μύνδιοι γραμματικοί. VIGER.

P. 49, l. 4. ἐπιόντι μοι—ἐμοὶ] Notandum pronomen propter verba interposita repetitum.

49, 15. τὸν ἀκινάκην] Brodaeus Miscell. 5, 5. Tametsi ἀκινάκης vocabulum sit Persicum, ensem significans, ut tradit Herodotus 7, 54. καὶ τὸ Περσικὸν ξίφος ἀκινάκην καλέουσι, Graeci tamen etiam pro gladio Scythico usurpare solent, quem sicut deum quemdam gens illa observaret et coleret: Clemens, Σκυθῶν οἱ Σαυρομάται ἀκινάκην σέβουσιν. Ammianus Marcell. lib. 31. 'Nec templum apud eos visitur, aut delubrum, ne tugurium quidem culmo tectum; sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem, regionum, quas circumeunt, praesulem, verecundius colunt.' Lucian. in Jove Tragoedo c. 42. Σκύθαι μὲν ἀκινάκῃ θύοντες καὶ Θρᾷκες Ζαμόλξιδι. COL.

49, 16. τὸν λίθον] *Informem lapidem* dixit Arnobius 6, 11. ubi vid. Orelli annotatio vol. 2. p. 367.

οἱ Πέρσαι] Herodotus 1, 138. de Persis dicit, ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὔτε χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλο τι οὐδὲν ποιοῦσι, ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς τῶν πάντων μάλιστα. POTT.

49, 18. *ξύλα*] Latius hoc refert ac probat Clemens Strom. 1. p. 418. 419. Tertullian. Ad Nation. 1, 12. "Pallas Attica, et Ceres Pharia, quae sine forma, rudi palo et solo staticulo ligni informis repraesentatur." Eadem dicit Apolog. c. 16. POTT.

49, 19. *ξόανα*] Hesychius, Ξόανα; *ἀγάλματα. κυρίως τὰ ἐκ ξύλων ἐξεσμένα, ἢ λίθων.* POTT.

*ἀπάξεσθαι τῆς ὕλης*] Pro corrupto *ἀπάξεσθαι* legendum puto *ἀπεξέσθαι*, vel praesenti tempore *ἀποξεῖσθαι*: ut *ξόανα* sic dicta sint *παρὰ τὸ ξέεσθαι*, sicut delubra proprie quidam dicta volunt, quae ex delibratis stipitibus facta essent simulacra. SYLB.

49, 22. *τῆς Σαμίας Ἥρας*] Theod. Canterus 2, 25. ex hoc loco illum Arnobii 6. 11. corrigit, *Puteum Samios pro Junone* legitque *pluteum*. Eusebius Pr. Ev. 3, 3. p. 99. *Ἥρας δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον εἶδος, ὥς φησι Καλλίμαχος "οὔπω σκέλμιον* [Σκέλμιος vel Κέλμιος Bentleius: sed recte Valckenar. Diatr. Eurip. p. 215. *Σμίλιδος ἔργον.*] *ἔργον ἐῦξοον.*" Tertullianus adv. Gentes "Sed et qui crucis religiosos nos putat, consecraneus erit noster, cum lignum aliquod propitiatur. Et tamen, quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica, et Ceres Pharia, quae sine effigie, rudi palo et informi ligno, prostat?" Lucanus lib. 3:

—— Simulacraque moesta deorum
arte carent, caecisque exstant informia truncis.

Athenaeus lib. 14. "Parmeniscus Metapontius risit Latonæ imaginem ligneam in Delo insula, cum eam statuam putaret esse." Et apud Arnobium legendum non Ethedius, sed [cum Cantero] Aethlius. Citatur ab Athenaeo 14. p. 650. *Αἴθλιος*. COL.

P. 50, l. 2. *βρέτη*] Hesychius, *βρέτας: ξόανον, εἴδωλον, ὁμοίωμά τι, παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι, ὅπερ φασὶν οἱ νεώτεροι τὸ δείκηλον.* Quod etymon Grammatici fere omnes tradunt. POTT.

50, 3. *ἐν Ῥώμῃ*] Scaliger in Varronem videtur non longe ab his quae ex Varrone affert Clemens, quod apud Nonium citatur ex lib. De vita populi Rom. 'Quid inter hos Joves intersit, et eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere, et horum temporum divitias, et illorum paupertates. Ovid.

Juppiter angusta vix totus stabat in aede.'

Paulo post *imagines in Neapecha*. P. Leopardus corrigit ex Graeco *ἀγάλματα ἐννεαπήχη*, Emend. 2, 11. COL.

50, 12. *τὸν μὲν οὖν*] Hoc argumentum tractat Athenagoras Legat. p. 61. POTT.

50, 16. *Ὀλύμπιχος*] Nomen historici aliunde non cognitum. De aliis Olympichis dixit Mueller. Fragm. Hist. vol. 4. p. 466.

50, 18. *λυχνέως λίθου*] Usitata forma est *λυχνίτου*, qua in hac ipsa narratione utitur scholiasta Aeschinis p. 38, 21. ed. meae Oxon. Sed *λυχνέως λίθου* etiam apud Athen. 5. p. 205. ex Callixeno.

P. 51, l. 2. *ἃ Φειδίας πάλιν ἐκεῖνα τὰ ἀγάλματα*] Lowthius *ἃ* delendum judicat, ut etiam *ἐκεῖνα τὰ ἀγάλματα*. Mihi potius videtur, quod et Herveto olim visum est, *ἃ* mutandum esse in *εἰ*. POTT. *ἐκεῖνα τὰ ἀγάλματα* etsi post *ἃ* explicandi caussa Clemens intulisse videri potest, ut supra p. 37. *ὁ Μάγιος* post *ὁ δὲ, ὁ Νικαγόρας* post *Νικαγόρου* p. 48, tamen multo probabilius *ἃ* ante *Φειδίας* positum librario deberi. Quamobrem delevi.

51, 9. *ἐν Τίρυνθι τῆς Ἥρας*] Euseb. Pr. Ev. 3, 8. p. 99. ex Plutarcho, *Λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας ἱερὸν εἱσάμενος, τὴν ἑαυτοῦ θυγα-*

τέρα Καλλίθυιαν ἱέρειαν καταστήσας, ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄγχνην τεμὼν, Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. Corrigendus autem est Euseb. in Chronicis ad ann. mundi 3560. "In Argis primus sacerdotio functus est Callithyas, filius Pyrantis." Manuscriptus Christianiss. Reg. matris. "In Argis prima sacerdotio functa est Callitias, filia Spirantis." Meminit et Clemens lib. 1. Str. p. 418. Callithoes, sacerdotis Junonis Argivae. COL.

51, 12. διοπετὲς] Epicurei, cum plurimum tribuerent Epicuri libro Περὶ κριτηρίου, non humano ingenio, sed divino confectum, atque de coelo delapsum ostendere ipsum volentes, διοπετῆ appellabant, ut refert Plutarchus contra Coloten p. 1118.: quod verbum Cicero expressit lib. De finibus bonor., dicens delapsum de coelo. Lucas Act. 19, 35. διοπετὲς appellat Dianae simulacrum, quod ipsum Numa Romanis persuasit de ancili, de quo Ovid. l. 3. Fast. de Palladio lib. 6. Gilbertus Cognatus Proverb. 2, 172. Locum Suidae adscribere ex ms. non pigebit, quod auctior sit et emendatior: Διοπετὲς, ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενον· ὅτι οἱ παρ' Ἕλλησι τὰ ξόανα κατασκευάζοντες, φόβον ἐμποιῆσαι βουλόμενοι (Ald. φόρον) τοῖς ὁρῶσιν, ἔφασκον, ὅτι τὸ ἄγαλμα ἐξ οὐρανοῦ παρὰ τοῦ Διὸς ἐπέμφθη, καὶ κατέπτη, κρεῖττον ὑπάρχον πάσης ἀνθρωπίνης χειρὸς καὶ ἀνάλωτον· ὅθεν καὶ Διοπετὲς αὐτὸ καὶ οὐράνιον βρέτας ἐκάλουν παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. Idem antea Clemens hoc ipso in libro. Addit Suidas addenda impresso, Ὅπερ χ' οὕτως ἦν· ἡ περὶ τῶν ἀγαλμάτων ματαία καὶ πεπλανημένη δόξα, ἀλλὰ τοὺς ἀγαλματοποιοὺς ἢ ἀποκτείνοντες, etc. In extremo est, ἄξιον μισθὸν τῆς κακουργίας κομισάμενοι. Exemplum affert simulacri Alexandriae; Ptolemaeus enim artifices, eo contecto, et ingenti fossa excavata, ac tabulatis impositis, dolo occultato, jussit, ut in eis epularentur; tum in medio convivio subsidente pavimento conciderunt, atque ita oppressi sunt. Arnobius 4, 25. "Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit?" Julius Firmicus De errore prof. relig. [p. 434. ed. Gron.] "Palladii etiam quid sit numen, audite. Simulacrum est ex ossibus Pelopis factum. Hoc avarus Scytha fecisse perhibetur; jam quale sit, considerate, quod barbarus Scytha consecravit." COL. Quo pertinere Cassandrae verba apud Lycophronem 53. Meursius existimat,

λεύσσω σε, τλῆμον, δεύτερον πυρουμένην,
ταῖς τ' Αἰακείοις χερσὶ, τοῖς τε Ταντάλου
Λαίτριναν οἰκουροῦσι λειψάνοις πυρὸς
παιδὸς καταβροχθέντος αἰθάλῳ δέμας.

51, 16. Ἰνδικοῦ θηρίου] Id est elephantis: nam eburneum erat Olympii Jovis simulacrum. POTT.

Διονύσιον] Clemens intelligit Dionysium Milesium, quem Suidas testatur scripsisse praeter alia, Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ἑπτά. POTT. Dixit de eo Valcken. ad schol. Eurip. Phoen. 1116. vol. 3. p. 294. ed. meae.

P. 52, l. 2. Σίμωνος] Σίκωνος prius legebatur, sed rectius Σίμωνος. Ex Pausania, 5, 27, 1. SYLB. Ejusdem meminit Laertius in Simone 2, 123. POTT.

52, 4. Σκύλλις] Scyllidis sane ac Dipoeni fratrum mentio apud Pausaniam duobus in locis, itemque apud Plinium: qua de re Commelinus quoque monuit. SYLB.

52, 12. τὸν Αἰγύπτιον Σάραπιν] De accito Serapidis simulacro e Ponto per Ptolemaeum Philadelphum, ut Clemens, vel Soterem, ut alii, conf. Tacitus paulo ante finem Histor. lib. 4. Pausanias 1, 18, 4. Eusebius

Chron. an. 1730. Plutarchus lib. De Iside et Osiride, et in fine lib. De solertia animal. Eustathius in Dionysii *Περιήγησιν*, aliique plures. POTT.

52, 16. *μεταπεμψάμενος*] Rectius *μεταπεμψαμένους*. Sequens commation *ὁ Πτολεμαῖος* A. redundare putat. Sed admodum familiares Clementi sunt ejusmodi pleonasmi, ut item Pausaniae. Simile exemplum supra p. 12, 39. et infra p. 15, 23. 30, 33. 57, 48. 86, 23. 87, 34. 106, 49. 118, 24. et alibi. SYLB. Conf. ad p. 51, 2.

P. 53, l. 9. *ἀρχαΐζειν τὸν Σάραπιν βουληθεὶς*] Sic p. 397. *καὶ Τέρπανδρον ἀρχαΐζουσί τινες.*

53, 24. *Ὀσίριδος καὶ τοῦ Ἄπιος*] Sic etiam Lactantius 1, 21. At Serapin quasi *Σορόαπιν* dictum vult Clemens Strom. 1. p. 383. a *σορός*, tumulus, et Apis, propter rationem ibi redditam. Quod etymon Augustin. De civit. Dei 18, 5. ex Varrone, aliique plurimi tradunt. Verisimilius est, quod refert Plutarchus lib. De Iside et Osiride, hunc deum Sinopenses, a quibus ad Aegyptios profectus est, pro Plutone coluisse: ac proinde Aegyptios eo nomine illum appellasse, quo ipsi Plutonem vocabant. POTT.

P. 54, l. 4. *ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων*] Adrianus, ut in Dionis epitome tradit Xiphilinus, et Chrysostomus in 2 Cor. 12. p. 81. H. SYLB. De Antinoo mentio est apud Justinum M. Apol. 1. p. 59; Tatianum p. 40, 41; Athenagor. Legat. p. 121; Theophilum ad Autolycum 3. p. 122; Tertullian. Apol. cap. 13; Euseb. H. Eccl. 4, 8; Origenem in Cels. 3. p. 133; Pausaniam 8, 9, 7; Spartianum in Adriano, aliosque plurimos. Porro Clementis de Antinoo verborum partem primam et postremam recitat Eusebius Pr. Ev. 2, 6. p. 72. POTT.

54, 12. *ὕβρει μεμαραμμένον*] Haud scio an aptius legerimus *μεμολυμμένον*, aut *μεμιαμμένον*? SYLB. Nihil mutanduns.

P. 55, l. 21. *Καὶ ἀγάλμασι*] Origenes contra Cels. p. 6. *ἐκτίθεται Ἡρακλείτου λέξιν, τὴν λέγουσαν, Ὅμοια, ὡς εἴτις τοῖς δόμοις λεσχηνεύοιτο, ποιεῖν τοὺς προσιόντας ὡς θεοῖς τοῖς ἀψύχοις.* Plenius hanc sententiam recitat 7. p. 373. *καὶ μὴν καὶ Ἡράκλειτος ὧδέ πως ἀναφαίνεται· "καὶ τοῖς ἀγάλμασι τοιούτοισιν εὔχονται, ὁποῖον εἴτις τοῖς δόμοισι λεσχηνεύοιτο."* Quibus testimoniis constat, perperam a nonnullis substitui *δοκοῖσι*, *stipitibus*, pro *δόμοισι*. POTT.

P. 57, 10. *ἡμῖν δὲ*] Vetus lectio est, *ἡμῖν δὲ, οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν· νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν, οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα.* Ubi e margine in contextum irrepsisse videntur ista verba, *νοητὸν, οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα·* uti ex iis expunctis legendum sit, *ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν, ὁ θεός.* SYLB. Recte irrepsisse aliquid notat Sylburgius. Veram lectionem pete ex interpretatione. Nempe, *ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμα· νοητὸν οὐκ αἰσθητόν ἐστιν ὁ θεὸς*, etc. Caetera repetuntur, et sensum turbant: quare ejiciantur. HEINSIUS. P. Faber cap. 2 Dodecameni haec habet "Verum Deum esse aut solum, vel unum Deum esse dicitur, idolorum daemonumque falso Dei nomen usurpantium habita ratione, ut scilicet ea nequaquam pro diis habenda esse doceatur; eoque pertinet, quod apud Clementem scriptum est, *τὸν ὄντα ὄντως μὴ γνωρίζοντες θεόν.* Item quod aliquanto post, ubi nullum sensile simulacrum, quale gentibus, esse Christianis, sed verum Deum ipsa mente atque cognitione comprehendi docet. His enim verbis exprimit, *ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν, νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν νοητὸν,*

οὐκ αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα· ὁ θεὸς μόνος ὄντως θεός. Sed haec obscura et mendosa ita, meo quidem animo, correxeris, si pro priore νοητόν legeris νοητοῦ, et posterius illud αἰσθητόν ἐστι τὸ ἄγαλμα, tanquam superfluum, et a librario, vel a scholiaste quodam, repetitum, expunxeris: neque enim dubito, quin ita prorsus Clemens exararit: ἡμῖν δὲ οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν, νοητοῦ δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστι νοητὸν ὁ θεὸς ὁ μόνος ὄντως θεός. Atque ut antiquitus Judaei, Romana etiam vigente republica, Deum ineffabilem et invisibilem existimantes, nullo simulacro adhibito coluere, sic hodie Christianis nullum intelligibilis Dei simulacrum esse scripsit, sed intelligibile duntaxat, eum scilicet (ut equidem sentio, nam hoc a Clemente non explicatur) qui revera ipse Deus est, Filium Dei unigenitum." COL.

57, 19. Διονύσιον] De Dionysio quae referuntur ex Cicerone et aliis illustrantur a Petro Victorio Var. Lect. 21, 10. SYLB. V. Orell. ad Arnob. 6, 21. vol. 2. p. 385.

57, 24. Ἀντίοχος] Arnobius 6, 21. contra Gentes: "Antiochum Cyzicenum ferunt quindecim cubitorum (sic enim in Romana editione correctum est) Jovem ex delubro aureum sustulisse, et ex aere bracteolis substituisse fucatum." Fuit hic Antiochus Syriae rex, Sidetis filius, regnavitque annos 18. Josephus Antiq. 13, 19. Eusebius et Justinus. Paulo post Arnob. secutus est Clementem, qui ante tribuit juniori Dionysio quod alii seniori. Deinde, ut notat P. Victorius 21, 10. Cicero De N. D. 3, 34. id factum in Peloponneso ait, Clemens in Sicilia: sed vereor, inquit, ne hoc M. Tullio imposuerit, quod legens hoc factum in fano Jovis Olympii, ob dignitatem Peloponnesii fani putarit id in Peloponneso commissum. Sed in Sicilia quoque Jovis Olympii fanum fuisse T. Livius auctor est l. 24: et Diodorus Siculus. "Liberalis Dionysii" vertit Hervetus paulo post Graec. Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως. Arnobius 6, 23. "Ubi Liber Eleutherius cum Athenis?" Ab Eleutheris, urbe Boeotiae, cujus civis Ἐλευθερεύς. COL.

P. 58, l. 3. αἱ δὲ χελιδόνες] Tertullian. Apol. c. 12. "Igitur si statuas, et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas, non adoramus, quas milvi, et mures, et araneae intelligunt, nonne laudem magis quam poenam merebatur repudium agniti erroris?" Minutius Octavio "Quanto verius de diis vestris animalia muta naturaliter judicant? mures, hirundines, milvi, non sentire eos sciunt, rodunt, inculcant, insident, ac nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant," etc. Conf. Arnobius 6, 16; Lactantius 2, 4; Augustinus in psalm. 113. Simile est illud Horatii sat. 1, 8, 37. de Priapo:

Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
Corvorum. POTT.

58, 4. κατεξερῶσιν] *Alvum exonerant* in simulacra. Sic Aristoph. in Ranis 366. κατατιλᾷ τῶν Ἑκαταίων. POTT.

58, 10. Καμβύσης] Herodotus 3, 29. refert, quomodo Cambyses Apin Aegyptium occiderit. Quin etiam satis notum est Persas, cum Graeciam oppugnabant, obvia quaeque templa combussisse. Cicero De legibus l. 2. "Nec sequor," inquit, "magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera." POTT.

58, 18. σεισμοὶ κερδαλέοι] Lowthius mavult σεισμοὶ σμερδαλέοι. Verum

σεισμοὺς κερδαλέους dixit, quemadmodum paulo post πῦρ σωφρονοῦν. POTT.

58, 24. σὺν καὶ τῇ ἱερείᾳ κατέφλεξεν Χρυσίδι] Paulus Leopard. 6, 11. "Adv. Jovinianum. lib. 1, apud Hieron. recte legitur, nec est Chryseis legendum, ut quidam arbitrantur, tametsi apud Pausaniam legatur τὴν ἱερείαν Χρυσηΐδα· auctores habeo Thucydiden in 2. et 4. 'Templum Junonis apud Argos deflagravit Chryside sacerdote, cum lucernam ardentem coronis apposuisset, illic ita soporata, ut incensa omnia non sentiret: propter quod Argivos verita, protinus in Phliuntem nocte confugit.' Clementem item Alexandr. et Arnobium 6, 23. 'Ubi Juno regina, cum inclytum ejus fanum sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammae Argiva in civitate deleret? Ubi Serapis Aegyptius, cum consimili casu jacuit, solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Iside?'" COL.

58, 25. Χρυσίδι] Arnobius et Thucydides Chrysidem vocant; Pausanias vero 2, 17, 7. Χρυσηΐδα, quo loco refert eam non quidem, ut ait Clemens, cum templo conflagrasse, sed in Arcadiam ad Tegeatas confugisse, ibique in templo Minervae Aleae religione loci se tutatam esse adversus Argivos, qui eam ad poenas exposcebant, quod ejus somnolentia templum Junonis conflagrasset. POTT.

P. 59, l 4. πῦρ σωφρονοῦν] Tertullianus Scorpiaco "Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, sugillans illic cor habentes, ubi et thesaurum. Minutius Felix Octavio: "Illic sapiens ignis membra urit et reficit, carpit et nutrit, sicut ignes fulmine corpora tangunt, nec absumunt." COL.

59, 7. ὁ μὲν Ἀθηναῖος] Arnobius 6, 93. "Inter significes ille memoratus Phidias et primus, cum Olympiam formam Jovis molimine operis extulisset immensi, super Dei digito *Pantauches* (leg. *Pantarces*) inscripsit, *Pulcher:* nomen autem fuerit amati ab se pueri, atque obscena cupiditate dilecti." Idem iterum: "Quis Praxitelen nescit, Posidippum si relegat, ad formam Gratinae meretricis, quam infelix perdite diligebat, os Veneris Gnidiae solertiarum coegisse certamine? Sed sola est haec Venus, cui de scorti vultu translatitium decus auctum est? Phryne illa Thespiaca (sicut illi referunt, qui negotia Thespiaca scriptitarunt) cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis, et floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, quae in opinione sunt, Venerum, sive per urbes Graias, sive istic quo fluxit amor talium cupiditasque signorum," etc. Ibidem rursus "Quis est enim qui ignoret Athenienses illos Hermas Alcibiadis ad corporis similitudinem fabricatos?" Haec scilicet Arnobius pro more suo ex Clemente in suum opus transtulit. POTT.

59, 24. Κῆϋξ μὲν Αἰόλου] Apollodorus Bibliothec. 1, 2. Halcyonen inter Aeoli filias numerat; Ceyca, Luciferi filium, Aeoli autem generum, ducta Halcyone, facit, cap. 3. Ἀλκυόνην δὲ Κῆϋξ ἔγημεν, Ἑωσφόρου παῖς. οὗτοι δὲ δι' ὑπερηφανίαν ἀπώλοντο· ὁ μὲν γὰρ τὴν γυναῖκα ἔλεγεν Ἥραν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα Δία. Ζεὺς δὲ αὐτοὺς ἀπωρνέωσε· καὶ τὴν μὲν ἀλκυόνην ἐποίησε, τὸν δὲ κήϋκα. POTT.

59, 26. Πτολεμαῖος] P. Victorius 7, 4. locum ex oratione pro Flacco indicat, *et Mithridatem, deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Dionysium Bacchum Liberum nominabant.* Athenaeus lib. 5. "Obviam processisse artifices Bacchi, et libationes factas, cum Athenio regis Mithridatis praetextu per Atticam circumferretur."



Vide eundem Victorium cap. 7, 19. Ptolemaeo, Auletae filio, Cleopatrae fratri, cognomen Dionysii tribuunt Eusebius in Chronico, et alii passim. COL.

P. 60, l. 7. *τί με δεῖ*] Athenaeus 3. p. 98. meminit Alexarchi cujusdam, Cassandri Macedoniae regis fratris, qui dicebatur Uranopolidis conditor, et loquendi peculiares formas invexerat, itaque ad Cassandri duces scripserat "Alexarchus bellator primipilos Solis filios salvere jubet." Idem lib. 7. p. 289. Menecratis meminit ejusque epistolam ad Philippum affert, cujus hoc initium est "Tu quidem in Macedonia regnas, at ego in Medicina." Recitat et versus cujusdam, qui ait Nicostratum se Herculem dixisse, et alium quemdam se Mercurium autumasse chlamyde ornatum, caduceo, et alis, Nicagoram scilicet Zeliten, qui patriae tyrannidem occupavit. COL.

P. 61, l. 2. *ὑπερηφάνει*] Hoc verbum Clemens accusativo alias etiam connectit. Strom. 2. p. 439. *ὑπερηφάνησεν ... διδόμενα αὐτῷ*. Ignatius ad Smyrnaeos c. 10. *ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπαισχύνθητε*. Suidas, *Ὑπερηφανῶ αἰτιατικῇ*. Origines adv. Cels. 8. p. 412. *ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τινα ἐπιφάνειαν γεγονέναι, τὰ μὲν τῆς ἀνθρωπίνης τέχνης ὑπερηφάνεισαν, ἀναβαίνειν δὲ πειραθεῖσι τῷ λογισμῷ ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐπὶ πᾶσι θεόν*. Quo loco in margine annotatum est *ὑπερφρονήσασιν*; sed legendum facili litterarum permutatione, *ὑπερηφανήσασιν*. POTT.

61, 10. *θεοῖσιν ἶσον ἐποίησεν*] Herodianus 4, 1; Suetonius in Claudio c. 45; Cornelius Tacitus Annal. 15. extremo; Eutropius in Joviano. R. SYLB.

61, 17. *φιλεῖ γάρ*] Sententiam illam de praesentium neglectu tractat etiam Maximus Tyrius p. 172 et 197. ac Plutarchus item *Περὶ εὐθυμίας*. H. SYLB.

P. 62, l. 6. *πῶς οὖν ἔτι θεοὶ*] Scribe, *πῶς οὖν ἔτι θεοὶ τὰ εἴδωλα, καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ δαίμονες, βδελυρὰ ὄντως καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα*; HEINSIUS. Nihil nutandum.

62, 7. *περὶ ἃ δὴ*—] Platonis locus, quem Clemens haec verba scribens imitatus est, exstat Phaedon. p. 81, ubi de pravorum hominum animabus agens, *ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ φίλε*, inquit, *τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι, καὶ βαρύ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ Ἅιδου, ὥσπερ λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη· περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἅττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι· διὸ καὶ ὁρῶνται*. Eundem locum respicit Origenes contra Cels. 7. p. 334. *ἡ δὲ φαύλη, καὶ ὑπὸ τῶν ἁμαρτάδων καθελκομένη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ μηδ' ἀναπνεῦσαι* (forte l. *ἀνανεῦσαι*) *δυναμένη, τῇδε φέρεται καὶ καλινδεῖται, ἡ μέν τις ἐπὶ τὰ μνήματα, ἔνθα καὶ ὤφθη σκιοειδῶν ψυχῶν φαντάσματα, ἡ δέ τις ἁπαξαπλῶς περὶ τὴν γῆν· ποδαπὰ χρὴ νομίζειν εἶναι πνεύματα τὰ ὅλους, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, αἰῶνας προσδεθέντα, ὥσπερ εἴτε μαγγανείαις τισὶν, εἴτε καὶ διὰ τὴν σφετέραν κακίαν, οἰκοδομαῖς καὶ τόποις*; Putabant scilicet animas atque etiam reliquos spiritus seu materia concretos esse, seu materiali vehiculo inclusos. Conf. quae adnotata sunt ad p. 35. extr. ed. meae. POTT.

62, 14. *Βίωνα*] Intelligit Bionem Borysthenitem, philosophum e schola Theodori, deorum contemtoris. POTT.

P. 63, l. 6. *προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα*] Deus nulla re indiget; idola arte indigent et certa figura. Utrumque enim illis

additur, ut fiant id quod sunt, hoc est dii, ex opinione miserorum gentilium. Scribe, προσῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα. Nisi quod interpres legisse videatur προσβέβληται· quod optime convenit cum altero: προσῆλθεν, προσβέβληται· utrumque enim notat accessisse aliquid; idque τῷ ἀνενδεεῖ, qui est Deus. HEINSIUS. Legendum iisdem verbis manentibus, sola interpunctione mutata, προῆλθεν ἡ τέχνη, περιβέβληται τὸ σχῆμα ἡ ὕλη· καὶ τ. Sic paulo post, τὸ ἄγαλμα . . . γῆ ἐστιν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα. POTT.

63, 25. ὁ Κύπριος] Arnobius 6, 22. "Philostephanus in Cypriacis auctor est, Pygmalionem, regem Cypri, simulacrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios et religionis habebatur antiquae, adamasse, ut feminam, mente, anima, lumine rationis judiciique caecatis: solitumque dementem, tanquam si uxoria res esset, sublevato in lectulum numine copularier et amplexibus atque ore; resque alias agere libidinis vacuae imaginatione frustrabiles. Consimili ratione Posidippus, in eo libro quem scripserat super Gnido, superque rebus ejus adolescentem haud ignobilem memorat, sed vocabulum ejus obscurat, correptum amoribus Veneris, propter quam Gnidus in nomine est, amatorias et ipsum miscuisse lascivias, cum ejusdem numinis signo genialibus fusum toris, et voluptatum consequentium finibus." Pygmalionem alii non regem, sed statuarium fuisse, et a se factae statuae amore arsisse referunt. Conf. Ovid. Metam. 10, 245. Pygmalionis statuarii meminit Philostratus in Vita Apollon. 5, 5. De Veneris Cnidiae amoribus conf. Plin. H. N. 36, 4. et 5. Valer. Maxim. 8, 11. Philostratus De Vita Apollonii 6, 40. Similium amorum alia quaedam exempla memorat Aelianus, V. H. 9, 39. POTT.

P. 64, l. 2. μίγνυται τῇ λίθῳ] Τῇ λίθῳ si scripsit auctor, sexus exprimendi gratia usus est eo genere: q. d. τῇ λιθίνῃ Ἀφροδίτῃ. SYLB.

64, 9. ἵπποις] Aelianus V. H. 2, 3. meminit τοῦ ἵππου χρεμετίσαντος πρὸς τὸν ἵππον τὸν ἐν τῇ εἰκόνι, equi adhinnientis equo picto ab Apelle. Valer. Maxim. l. c. cum de amore Cnidiae Veneris egisset, addit, "Quo excusabilior est error equi qui, visa pictura equae, hinnitum edere coactus est: et canum latratus, aspectu picti canis incitatus; taurusque ad amorem et concubitum aeneae vaccae Syracusis nimiae similitudinis irritamento compulsus." POTT.

64, 22. γυναικὸς] Pasiphaës. De Tauro autem seu Minotauro, Philo quoque p. 536. Greg. Naz. Carm. κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων v. 165. Diodorus Siculus 3, 60. et Plutarchus γαμικῶν παραγγελμάτων initio. H. SYLB.

P. 65, l. 19. Respicit Homeri Il. 1, 599.

ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα. POTT.

65, 21. σκηνὴν πεποιήκατε] Julius Firmicus De err. prof. relig. "O infelicis imitationis cruenta meditatio! Scenam de coelo fecistis, et errantes animas per abrupta praecipitia crudeli calamitate duxistis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de deorum monstratur exemplis." POTT.

P. 66, l. 6. εἰκόνα τοῦ θεοῦ] De Dei in nobis imagine conf. p. 78, et quae ad eam annotabuntur. POTT.

66, 26. γραφὴν ἀποτυποῦσι] De insignibus annulorum, etc., conf. Paed. 3, 11. p. 289. POTT.

P. 67, l. 9. *τὰ Φιλαινίδος σχήματα*] Athenaeus 8. p. 335. *καὶ βιβλία τά τε Φιλαινίδος, καὶ τὴν τοῦ Ἀρχεστράτου γαστρονομίαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς θεραπαίνας ἐμπείρους τοιῶνδε κινήσεών τε καὶ σχημάτων.* Et paulo ante turpissimum ait de rebus venereis opus illi ascriptum, sed falso honestissimae feminae per calumniam id tribuisse Polycratem, ut testatur Aeschrion Samius. Meminit ejusdem lib. 10. Vide H. Junium proverb. *Philaenidis commentarii.* COL. Justinus M. Apol. 2. extrema, *Σωταδείοις, καὶ τοῖς Φιλαινιδείοις, καὶ ὀρχηστικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν.* Meminit etiam Tatianus p. 122. *Φιλαινίδος καὶ Ἐλεφαντίδος τῶν ἀρρήτων ἐπινοιῶν.* Ea qualia fuerint explicat Suidas, *Ἀστυάνασσα, Ἑλένης τῆς Μενελάου θεράπαινα· ἥτις πρώτη τὰς ἐν τῇ συνουσίᾳ κατακλίσεις εὗρεν καὶ ἔγραψε περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν· ἣν ὕστερον παρεζήλωσαν Φιλαινὶς καὶ Ἐλεφαντίνη, αἱ τὰ τοιαῦτα ἐξορχησάμεναι ἀσελγήματα.* Ejusdem mentio fit apud eundem v. *Δημοχάρης.* Conf. Anthologia Epigr. 3, 10. [Anth. Pal. 7, 345.] POTT.

P. 68, l. 5. *ἀπηγόρευται ὑμῖν*] Nonnullis visum est Clementem his verbis pingendi artem, et reliquas ei similes, ut illicitas penitus damnare: quemadmodum etiam Strom. 6. p. 816. *ὁ τὰ θεῖα τῶν ἔργων σφετεριζόμενος διὰ τέχνης, ἤτοι πλαστικῆς ἢ γραφικῆς, καὶ λέγων ἑαυτὸν ποιητὴν εἶναι τῶν ζώων καὶ φυτῶν.* Dicitur quodammodo praeceptum violare, quo furtum prohibetur. Et Paedag. 3, 2. p. 258. peccare dicit mulieres, quae faciem suam in speculis contemplantur, quia Moses prohibuit *facere imaginem ἀντίτεχνον τῷ θεῷ, Deo similem.* Quin etiam Tertullianus Adv. Marcion. 4, 22. ait apostolos Mosen et Heliam apparentes non cognovisse nisi in spiritu. Nec enim imagines eorum, vel statuas populus habuisset, et similitudines, lege prohibente. Idem lib. De idololatr. c. 4. et seq. videtur dicere Mosen vetasse fieri quamvis cujusvis rei similitudinem. Et lib. De spectaculis c. 23. "Jam vero," inquit, "ipsum opus personarum, quaero an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suae?" Origen. etiam adv. Cels. 4. p. 181, 182. dicit inter Judaeos nullum fuisse *ζωγράφον οὔτ' ἀγαλματοποιόν*, ne qua occasio idololatriae praeberetur hominibus crassis. Id praeterea Chrysost. affirmat, alios ut praeteream. Verumtamen, quemadmodum Judaeis signa et imagines in templo Solomonis erant, ita nec praedicti Patres ea illicita esse judicabant extra divinum cultum, et idololatriae periculum. Proinde Tertullianus memorat picturas calicum sacrorum, in quibus Christus pastoris habitu una cum ove insculpi solebat, lib. De pudicit. c. 7. et 10. Et Clemens figuris variis annulos Christianorum inscribi permittit Paedag. 3, 11. p. 288, 289. Qua vero p̄atientia hi Patres ejusmodi figuris divinum cultum tribuentes eos conspexissent, qui se Christianos profitentur? POTT.

68, 10. *Ἀπελλικὰς*] Adjectivum ab *Ἀπελλῆς* formatum, alibi non repertum.

68, 17. *τῶν ἐθνῶν*] De ethnicorum diis Psalmus 95. H. SYLB.

*δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα*] *δαιμόνια* Psal. Mox *καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ* additum a Clemente. POTT.

P. 69, l. 6. *τὸ βούλημα, κοσμοποιία*] Sane quod Clemens Alexandr. sola Dei voluntate mundum, et a solo Deo conditum, quando et solus Deus est, memorat, mihi non est dubium quin partim excludendis daemoniis ac idolis exaraverit; partim etiam, imo vero potissimum, confutandis vetustis haereticis, quorum Simon quidem Magus, veluti

signifer quidam, dein Menander ejus discipulus, sed et Saturninus et Carpocrates, et ex Gnosticis nonnulli mundum, et quae in eo sunt, factum ab angelis emissis ab Ennoea seu Selene multo inferioribus ingenito Patre asserebant; Cerinthus autem et Nicolaitae non a primo Deo, sed a virtute valde separata, et distante ab ea principalitate, quae est super omnia. Trismegistus Poemand. cap. 1. *καὶ πάντα ποιήσαντος καὶ ἑνὸς μόνου, τῇ δὲ αὐτοῦ θελήσει δημιουργήσαντος τὰ ὄντα.* Vide Irenaei 1, 25. et 3, 11. Haec P. Faber cap. 2. Dodecameni. COL. Solo volendi actu mundum creatum a Deo dicit, ut ejus infinitam potentiam ostendat, per quam sine labore et conatu omnia produxit. Infra Paedag. 1, 6. p. 113. *ἔπεται τῷ χαρίσασθαι μόνον βουληθῆναι αὐτὸν, πεπληρῶσθαι τὴν χάριν.* Constitut. apost. 5, 7. *ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ γινώσκομεν ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ, ἃ προσετάγη Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε.* Clementinor. hom. 3, 33. *αὐτὸς μόνος δήμους ἀγγέλων καὶ πνευμάτων βουλῆς νεύματι δημιουργήσας ἔπλησε τοὺς οὐρανούς.* POTT.

69, 10. *οὐρανοῦ θέαν*] Hinc Anaxagorae responsum, Hominem nasci ac vivere *εἰς θεωρίαν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ.* Laertius 2, 10. Jamblichus Protrept. c. 6. Tritum est illud Ovidii Metamorph. 1. 85.

Os homini sublime dedit, coelumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

69, 13. *εἰ γὰρ*] Tatianus principio cap. 8. his similia habet. POTT.

69, 23. *Ἐπιδράμωμεν*] Hoc argumentum modo plane simili tractat Justin. M. Paraenes. p. 49, 50, 51. edit. Oxon. Quin etiam philosophorum de principiis sententias collegerunt Plutarchus, Tertull., Hermias philosophus, Eusebius, Nemesius, Porphyrius, Joannes Philoponus in prooemio ad lib. 1. Aristotelis De anima; auctor Recognit. Clementis 8, 15; Cicero De N. D. aliique plures; ac proinde singulorum sententias inter se conferre supervacaneum esset. Mox pro *εἰ καὶ δαιμ.* Lowthius mavult *ἢ καὶ δαιμ.* POTT.

P. 70, l. 4. *Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος*] Consentit Theodoret. Aff. Gr. p. 22, 38. 58, 4. Sylb. de Hippaso Metapontino et Heraclito Ephesio. Item Plutarchus De placitis philos. 1, 3. *Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ πῦρ· ἐκ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾶν λέγουσι.* At Justinus M. Paraenes. p. 50, nulla Hippasi mentione facta dicit, *Ἡράκλειτος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν πάντων τὸ πῦρ εἶναι λέγει· ἐκ τοῦ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὰ πάντα τελευτᾶν.* Quo loco scribendum cum Plutarcho, *Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος.* Sylburgius legendum monuit, *Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος, καθάπερ καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος.* Sed Plutarchum sequi tutius est, cum manifestum sit horum auctorum unum alterius, aut utrumque alicujus tertii verba recitare. POTT.

70, 7. *ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι*] Idem affirmat Clemens Strom. 1. p. 347. *Στοιχεῖα δὲ σέβουσι Διογένης μὲν τὸν ἀέρα, Θάλης δὲ τὸ ὕδωρ, Ἵππασος δὲ τὸ πῦρ· καὶ οἱ τὰς ἀτόμους ἀρχὰς ὑποτιθέμενοι, φιλοσοφίας ὄνομα ὑποδυόμενοι, ἄθεοί τινες ἀνθρωπίσκοι καὶ φιλήδονοι.* Idem Strom. 2. p. 435. refert, nec Thaletem, nec reliquos physicos ante Anaxagoram, Deum agnovisse. Verumtamen ex auctoribus superius laudatis certum est, philosophos, quos enumerat hoc loco Clemens, non fuisse omnes atheos. De Thalete, reliquos ut praeteream, Minut. Octavio: "Milesius Thales," inquit, "rerum initium aquam dixit; deum autem eam mentem, quae ex aqua

cuncta formaverit." Quae fere κατὰ λέξιν descripta sunt e Ciceron. De N. D. 1, 10. Eadem dicit Lactantius 1, 5. Quin etiam Diogen. Laertius 1, 35. inter Thaletis ἀποφθέγματα haec refert, Πρεσβύτατον τῶν ὄντων θεός· ἀγένητον γάρ. κάλλιστον κόσμος· ποίημα γὰρ θεοῦ. Conf. Plutarch. in Convivio septem Sapient. Aliud Thaletis responsum quo pietatem suam testatus est, memorat 1, 36. Diogen. Laertius et Valer. Maxim. 7, 2. "Mirifice etiam Thales; nam interrogatus an facta hominum deos fallerent, Nec cogitata, inquit." Verum Clemens ideo philosophos omnes ante Anaxagoram atheos dicit fuisse, quod ille πρῶτος ἐπέστησε νοῦν τοῖς πράγμασι, primus rebus mentem praefecit, ut refert cum aliis pluribus Strom. 2. loco superius dicto: unde ei Νοῦς cognominis loco inditus fuit, teste Laertio in Anaxagorae principio, et Plutarcho in Pericle. Verum licet forte Anaxagoras νοός vocabulo primus sit usus, et in Ionica schola sententiam de Deo mundi opifice renovaverit, tamen eandem Thales antea defenderat, licet Anaximander, Anaximenes, aliique Thaletis successores in constituendis principiis Dei nullam mentionem fecerint. POTT.

70, 16. ἔστι δὲ Σκυθῶν] De Scytharum cultu in eamdem sententiam Brodaeus Miscell. 5, 5. cum alia citat, tum Ammiani Marcellini locum hunc, "Nec templum apud eos visitur, aut delubrum: nec tugurium quidem culmo tectum cerni usquam potest; sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus: eumque ut Martem, regionum quas colunt praesidem, verecundius colunt." SYLB. Solinus Polyhist. principio c. 25, de nonnullis Scythiae populis, "Populis," inquit "istis Deus Mars est. Pro simulacris enses statuunt." Pomponius Mela 2, 1. paulo ante finem, de Scythis: "Mars omnium," inquit, "deus. Ei pro simulacris enses et tentoria dedicant." Conf. Herodotus lib. 4; Lucianus Jove Tragoedo, Arnobius lib. 5; Clemens superius p. 40. POTT.

70, 22. Περσῶν] Herodot. 1, 131. refert Persas sacra facere ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι. Sidonius Carmine 2. de Magis,

juratur ab illis
Ignis et unda deus.

Conf. Strabo lib. 15; Diogen. Laertius prooemio; Chrysost. 4. Ἀνδριάντων; Arnob. lib. 6. Auctor Recognitionum Clementis 4, 29. de Zoroastre agens: "Busti cineres," inquit, "tanquam fulminei ignis reliquias colligentes hi, qui primitus erant decepti, deferunt ad Persas, ut ab eis, tanquam divinus e coelo lapsus ignis, perpetuis conservaretur excubiis, atque ut coelestis deus coleretur." Conf. ad eum locum auctores a Cotelerio notati. POTT.

70, 25. καταλέγειν] καταλέγειν δεῖ A. SYLB. Ignoravit Arcerius usitatum Clementi aliisque τί μοι cum infinitivo constructum.

P. 71, l. 2. θύειν] Herodotus 1, 131. "Simulacra quidem et templa, et altaria lex eos vetat statuere, et statuentes stultitiae accusant: eo quod, ut mihi quidem videtur, non, perinde ut Graeci, deos humana forma praeditos esse existiment." Conf. auctores superius memorati. POTT.

ὁ Δίνων] Dinonis Persica citat aliquoties Athenaeus in Dipnosoph. A. et H. SYLB.

71, 4. εἰ γὰρ καὶ] Horatius Artis poet. 31.

In vitium ducit culpae fuga, si caret arte. POTT.

71, 13. Ἀφροδίτης Ταναΐδος] Strabo quidem Uxiorum meminit, apud quos Ἀφροδίτη Ἀναΐτις colebatur, et apud Persas sacra fuisse celebrata prodit Anaitidis et Omani, *ταῦτα ἐν τοῖς Ἀναΐτιδος καὶ τοῦ Ὁμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται.* Videndum ergo num haec sit dea, quam Clemens hoc loco indicat. Vide Strabonem lib. 15. ubi Persas Venerem et Solem colere tradit, et lib. 11. COL. Bochartus Geographiae sacrae p. 277. ait "Circa Arbela et Gaugamela Strabo describit naphthae fontem, et ignis scatebras; *καὶ τὸ τῆς Ἀναΐας ἱερὸν*, et Anaeae templum, id est Anaitidis, de qua idem Strabo alibi passim, et Agathias lib. 2. et Pausanias Laconicis, et Plutarchus Artaxerxe: ex quibus corrigendus Clementis locus in Protrept. de eodem Artaxerxe, *ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ταναΐδος τὸ ἄγαλ.* Lege Ἀναΐτιδος, in qua emendatione non debuit haesitare vir doctus. Nam praeter Persicam illam Anaitidem, de qua praeter Strabonem Agathias lib. 2. etiam Ecbatanis Anaitidem fuisse cultam ex Plutarcho scimus, et Susis, et in Lydia, ubi Sardes, ex Pausania. Et in illius cultum Artaxerxes quam fuerit propensus, inde colligas, quod celebrem illam Aspasiam, Cyri olim concubinam, cujus formam et reliquas dotes tam multis praedicat Aelianus in Variis initio lib. 12. creavit sacerdotem, ut praeficeret templo Anaitidis Ecbatanenae. Nec quemquam movere debet, quod Anaitidem alii Venerem, alii Dianam explicant. Nam raro ibi constant prisci scriptores, cum peregrina numina Graecis nominibus efferunt. Anaitidem multi Dianam esse voluerunt, quia communi fano cum Deo חמן, Omano, id est Sole, colebatur, ut testatur Strabo 15. Vicissim alii Venerem esse maluerunt, quia infami ritu virgines in illius templo prostabant, ut idem in fine lib. 11." POTT.

71, 26. Ἀναξίμανδρος] Conf. Diogen. Laertius in Anaximandro, Plutarch. De placitis philos.; Euseb. Pr. Ev. 1, 8. 14, 14.; Simplicius in Aristotelis Physic. lib. 1. c. 2. POTT.

71, 27. Ἀναξαγόρας] Hunc Clemens Strom. 2. p. 435. refert *πρῶτον ἐπιστῆναι νοῦν τοῖς πράγμασιν.* Cicero De N. D. 1, 11. "Anaxagoras," inquit, "qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitæ vi ac ratione designari et confici voluit." Idem refert Laertius principio Anaxagorae, aliique plures. Quod quo modo intelligi debeat paulo superius explicatum est. Porro Anaxagorae comitem dat Archelaum, quod hic illius discipulus fuerit. POTT.

P. 72, l. 2. Λεύκιππος] Plutarch. lib. 1. De placit. philos. *Λεύκιππος, Δημόκριτος, Δημήτριος, Μητρόδωρος, Ἐπίκουρος τὰ μὲν ἄτομα ἄπειρα τῷ πλήθει, τὸ δὲ κενὸν ἄπειρον τῷ μεγέθει.* Vult nempe hos principia statuisse immensum spatium et infinitos atomos, et ex atomis in se incidentibus in isto spatio omnia fieri. Conf. Laertius in Leucippo. POTT.

72, 5. εἴδωλα] Primus Democritus teste Irenaeo 2, 19. dixit, "multas et varias ab universitate figuras expressas descendisse in hunc mundum." Minut. p. 152. "Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam, quae imagines fundat, et intelligentiam, Deum loquitur?" His imaginibus omnia fieri statuit. *Ὁρᾶν δὲ ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις*, videre nos, ac proinde alios sensus exercere, incidentibus in nos rerum imaginibus, dixisse Democritum refert Diogenes Laertius 9, 44. Item *ὀνείρους γίνεσθαι κατὰ τὰς τῶν εἰδώλων παραστάσεις* putavit, teste Plutarcho De plac. philos. 5, 1. Inde

factum ut Deum esse negaret. Cicero De N. D. 2, 30. "Primum igitur aut negandum est deos esse, quod et Democritus simulacra, et Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat; aut qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque praeclarum." Verumtamen Clemens ex hoc dogmate sequi quod Deus sit affirmat Strom. 5. p. 698. "Democritus," inquit, "velit nolit, per dogmatum consequentiam Deum confitebitur; fecit enim easdem imagines in homines incurrentes, et in animantes rationis expertes, *ἀπὸ τῆς θείας οὐσίας*, a divina essentia." Sed tamen ille per divinam essentiam nil aliud quam naturam intellexit. Cicero De N. D. 1, 12. "Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus, in deorum numero refert; tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat; tum scientiam, intelligentiamque nostram: nonne in maximo errore versatur?" POTT.

72, 6. *Ἀλκμαίων*] Cicero De N. D. 1, 11. "Crotoniates autem Alcmaeo, qui soli et lunae, reliquisque sideribus, animoque praeterea divinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatem dare." POTT.

72, 8. *Ξενοκράτης Καρχηδόνιος*] Clemens, Strom. 5. p. 698. rursus hunc philosophum *Καρχηδόνιον* vocavit. Idem cum *Χαλκηδόνιον* appellat Strom. 2. p. 500. et 5. p. 718. idque recte. Nam Xenocrates Chalcedonius fuisse dicitur a Strabone, Aeliano, Athenaeo, Diogene Laertio ac Suida. Sed facilis ac frequens est error scriptorum voces *Χαλκηδόνιος* et *Καρχηδόνιος* inter se permutantium. Proinde Eusebius verba Strom. 5. recitans perperam habet *Καρχηδόνιος*· idque in nonnullos Laertii codices irrepsit: quemadmodum etiam apud Philostratum De Vit. Soph. 1, 14. in editis et mss. codd. Thrasymachus dicitur *Καρχηδόνιος*, quem tamen omnes sciunt Chalcedone natum fuisse: itaque Olearius reposuit *Χαλκηδόνιος*. POTT.

72, 10. *τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς*] Stoicorum sententiam similiter describunt Tatianus p. 18; Athenagoras p. 28, 29; ipse Clemens Strom. 1. p. 346. et 5. p. 699, quibus locis conf. quae annotata sunt. Putabant illi Deum esse materiale quoddam *πνεῦμα* aut animam mundi, quae omnia pervadit. POTT.

72, 17. *ψυχὴν*] De hac sententia Aristotelis conf. Athenagorae Legat. p. 28. Plutarchus De placit. philosoph. 1, 7. Quod idem philosophus Dei providentiam intra lunae orbem terminaverit, refert Clemens Str. 5. p. 699. ad quem locum vide adnotata. POTT.

P. 73, l. 23. *Πλάτων*] Platonis locus est in Timaeo p. 28. Nec dissimile illud Hermae Trismegisti, *θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δ' ἀδύνατον*, de quo quae sit Gregorii Nazianz. epicrisis, declarat oratio 2. *Περὶ θεολογίας* p. 198. Vide et Theodoretum Therap. l. 2. H. SYLB. Platonis locus sic se habet, *Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν*, Eorum priorem partem iterum recitavit Strom. 5. p. 701. Porro dictum hoc Socrati tribuit Justinus M. Apol. 2. p. 27. memoriae lapsu: non enim Socratis, sed Timaei effatum est apud Platonem. Id recitant praeterea Athenagoras Legat. p. 25; Tertullianus Apol. cap. 46; Cyrillus contra Julian. 1. p. 31; auctor Recognit. Clementis 8, 20. p. 564; Minutius Octavio p. 155. POTT.

P. 74, l. 8. *νῶτα τοῦ οὐρανοῦ*] Imitatur Homeri Il. 2, 159. *νῶτα θαλάσσης*. POTT.

74, 16. *οὐδὲ λόγους*] A. et H. cum G. Cantero pro *οὐδὲ λόγος* legunt

ἀλλ' ὁ λόγος, ego ὁ δὲ λόγος malo. Sic enim et minor fit mutatio, et recte constat sensus. SYLB.

74, 21. *καλέομεν οἱ Ἕλληνες πάντα διαμυθεῖσθαι*] Locus depravatus, sed cui facilis est medicina. Scribe et distingue, *ὅθεν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες. Πάντα Δία μυθεῖσθαι.* Emendationem nostram ipse Clemens libro quinto confirmat, ubi idem adducitur Democriti locus, et quidem ex ipso, non ut hic verbis aliquantum immutatis, quemadmodum ex Ionismo apparet, quem infregit hoc loco, [p. 709.] *Ἤδη δέ, ὡς εἰπεῖν, ὑπ' αὐγὰς ὁ Δημόκριτος εἶναί τινας ὀλίγους γράφει τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείνοντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες· πάντα Ζεὺς μυθεῖται, καὶ πάνθ' οὗτος οἶδε, καὶ διδοῖ, καὶ ἀφαιρέεται.* Sed Democritus procul dubio scripserat *τὰς εὐχὰς ποιέουσι.* Nam pendent posteriora. Et Clemens, quod est usitatum, *διὰ μνήμης* eum adduxit et instituto accommodavit. Ne legamus *ἀνατείνουσι·* quod minus placet, cum utrobique participium servarit Clemens. Et locus miram habebit venustatem: *Οἱ δὲ ἀνατείνοντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἀέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, ποιέουσι τὰς εὐχάς.* HEINSIUS. Porro Heinsianam emendationem maxima ex parte firmat Eusebius Pr. Ev. p. 675. POTT.

P. 75, l. 2. *Πλάτων*] Platonis locus exstat in secunda epistola ad Dionysium p. 312. Eum rursus laudavit Clemens Strom. 5. p. 710. quem locum videsis. POTT.

75, 10. *μικρὸν*] In Bibliis Graecis haec pericope sic se habet: *Καὶ οὐκ ἔσται ἐν τῷ μαρσίππῳ σου στάθμιον καὶ στάθμιον, μέγα ἢ μικρόν· οὐκ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον καὶ μέτρον, μέγα καὶ μικρόν· στάθμιον ἀληθινόν.* POTT.

75, 17. *μετρεῖται*] Respicit Esai. 40, 14: "Quis mensus est pugillo aquas, et coelos palma ponderavit?" POTT.

75, 19. *ὁ μὲν δὴ θεὸς*] Hic locus Platonis exstat De leg. 4. p. 715. laudatur infra Strom. 2. p. 499. et a Justino M. Cohort. ad Graec. p. 98. POTT.

75, 26. *σοφώτερα*] Loca Platonis infra laudata reperies Strom. 1. p. 355. POTT.

P. 76, l. 1. *γεωμετρίαν*] Tatianus non procul ab initio Orat. *Ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι... γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι* docuerunt. Conf. quae Clemens scripsit de rerum inventoribus Strom. 1. p. 361. POTT.

76, 3. *ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς*] Mira venustate Clemens vocavit *ὑγιεῖς ἐπῳδάς* quae conferre sanitati possunt. Intelligit autem illam, quam tantopere in Charmide commendat Socrates, quam a Thrace quodam in castris didicisse se ait. Nimirum, partem sine toto sanari non posse. Oculum non posse sine toto capite, caput sine toto corpore, corpus non posse sine anima. *Τοιοῦτον τοίνυν ἐστὶν, ὦ Χαρμίδη, καὶ τὸ ταύτης τῆς ἐπῳδῆς. ἔμαθον δ' αὐτὴν ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀθανατίζειν.* Vide quae ad Maximum Tyrium pluribus *ταύτης τῆς ἐπῳδῆς πέρι* notavimus. Nam et ipse meminit, et *Θρᾴκιον ἐπῳδὴν* vocat. *Οὐκ αὐτὸ ἐκεῖνο, ἡ Θρᾴκιος ἐπῳδή,* inquit, HEINSIUS.

76, 12. *εὐνῆς αἰεὶ, χρόα ἀγνίζοντες*] A. transposita distinctione, *ἀεὶ χρόα ἀγνίζοντες ὕδασι·* quod Joan. 2. confirmant sex hydriae positae *κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων.* SYLB.

76, 14. *ἀθάνατον*] Potest etiam *ἀθανάτων* legi, ut apud Homerum passim. SYLB.

76, 21. *Ξενοφῶν*] Xenophontis locum infra Strom. 5. p. 714. laudavit Clemens ex eoque Eusebius Pr. Ev. 13. p. 678. Cyrillus contra Julian. 1. p. 32. Eundem prae oculis habuit Minutius p. 154. "Nam Socraticus Xenophon formam Dei veri negat videri posse, et ideo quaeri non oportere." Cicero N. D. 1, 12. "Xenophon, inquit, in iis quae a Socrate dicta retulit, facit Socratem disputantem, formam Dei quaeri non oportere." Ea porro quae recitant Clemens ac reliqui apud Xenophontem reperire nondum potui. Admodum similia occurrunt Memor. 4, 3, 13. *ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων—αὗτος τὰ μέγιστα μὲν πράττων ὁρᾶται, τάδε δὲ οἰκονομῶν ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν· ἐννόει δὲ ὅτι ὁ πᾶσι φανερῶς δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται.* Forte cum Clemens haec e memoria ac proinde imperfecte recitaret, alii eum secuti sunt. POTT.

P. 77, l. 5. *προφήτιδος τῆς Ἑβραίων*] Id est Sibyllae, quam Clemens existimavit e Judaeorum libris oracula sua consarcinasse. Gregor. Nazianz. Carmine ad Nemesium ait, Trismegistum et Sibyllam, quae de Deo dixerunt, non divino afflatu, sed ex sacris Hebraeorum libris protulisse :

Οὐ θεόθεν, βίβλων δὲ παραβλέψαντες ἐμεῖο. POTT.

77, 7. *τίς γὰρ σὰρξ*] Hos etiam versus recitant iidem auctores, qui Xenophontis verba laudarunt, et praeterea Theophilus Antiochenus sub finem lib. 2. ad Autolycum. POTT.

77, 11. *Πισαδεὺς*] Nescio an auctor scripserit *Πηδασεύς* apud Diogenem Laertium Cleanthes patria seu ortu dicitur *Ἄσσιος*. SYLB. Cleanthem ex Asso, Lyciae urbe, oriundum refert praeter Laertium Diogenem in Cleanthe, Aelianus De N. A. 6, 50. Strabo Geogr. lib. 13. Stephanus v. *Ἄσσος*, etc. Proinde Menagius existimat apud Clementem *Ἀσσεὺς* substitui debere pro *Πισαδεύς*. POTT.

77, 15. *τἀγαθὸν*—] Hos etiam versus recitavit Clemens loco superius memorato, et ex eo Eusebius. Verum quod mirum videri possit, Eusebio ac Clementi in Protreptico magis inter se convenit quam in lib. 5. Strom., licet Eusebius Strom. locum recitet, non vero Protreptici : proinde verisimile est Strom. librum ex Protreptico emendandum esse. POTT.

P. 78, l. 6. *τοὺς ἀμφὶ τὸν Πυθαγόραν*] Pythagorae haec verba tribuunt Justinus M. Cohort. ad Graec. p. 84, 85. et Cyrillus contra Julian. p. 30. Minutius Octavio p. 151. "Pythagorae Deus est animus, per universam rerum naturam commeans et intentus : ex quo etiam animalium omnium vita capitur." Salvianus De gubernat. Dei 1. p. 4 : "Pythagoras philosophus ... de Deo et beneficiis Dei disserens, sic locutus est : Animus per omnes mundi partes commeans atque diffusus, ex quo omnia, quae nascuntur, animalia vitam capiunt." Quae verba Salvianus e Lactantii 1, 5. sumsit. POTT.

78, 8. *ἀλλ' ἐν αὐτῇ*] *Ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ* Justin., *ἀλλ' ἐν αὐτῷ* Cyrill. uterque ex Clemente, ut videtur, corrigendi. Vult enim Deum habitare in mundo a se facto : quemadmodum Pythagoras alias dixit in versibus, quos ex eo recitavit Justinus M. De monarch. p. 159. verum Deum

non tantum fecisse mundum, sed etiam . . . *κατοικεῖν αὐτὰς ἐν ᾧ πεποίηκε.* POTT.

78, 9. *κρᾶσις τῶν ὅλων· ἀεὶ ὤν, καὶ*] Κρᾶσις (*κρῆσις* al.) *ἐὼν τῶν ὅλων αἰώνων καί*, Justin. ; *ἐπίκρασις ὢν ὅλων αἰώνων, καὶ* Cyrill. Dein., *καὶ φῶς* pro *καὶ ἐργάτας* Cyrill. POTT.

78, 10. *ἔργων ἁπάντων, ἐν οὐρανῷ φωστὴρ*] *Ἔργων ἀρχὰ πάντων, ἐν ἐν οὐρανῷ φ.* Justin. ; *ἔργων ἀρχὰ πάντων, ἐν οὐρανῷ φ.* Cyrillus. POTT.

78, 11. *ψύχωσις τῷ ὅλῳ κύκλῳ, πάντων κίνασις*] *Ψύχωσις τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνασις* Justin. ; *ψύχωσις τῶν ὅλων κύκλων, πάντων κίνασις,* Cyrill. POTT.

78, 17. *μόνον*] Post hanc vocem N. addit *παρερχέσθω* : quod forte in margine cujusdam libri adnotatum juxta *ἴτω* ab imperito scriptore in textum, loco tamen alieno receptum est. POTT.

P. 79, l. 5. *ὄφρ' ἔμπεδα*] Aratus hoc hemistichium refert ad ea quae apud eum praecedunt, non ad ea quae hic sequuntur. POTT.

79, 9. *κοίρανός ἐστιν*] Haud scio an germana lectio sit, *κοίρανός ἐστιν ἀθανάτων· θεῷ δ' οὔτις ἐρήρισται κράτος ἄλλος.* SYLB.

79, 13. *Εὐριπίδης*] Verba superius recitavit p. 21. item Strom. 5. p. 717. Eosdem, una cum duobus primis e Sophoclis versibus, qui mox hic sequuntur, laudavit etiam Athenagoras Legat. p. 23, 24. Sophoclis versus recitant praeterea Justinus M. Cohort. ad Graec. p. 83. lib. De monarch. p. 155 ; Clemens Strom. 5. p. 717 ; Eusebius Pr. Ev. 13. 680 ; Cyrillus contra Julian. lib. 1 ; Theodoretus De curat. Graec. affect. serm. 7. p. 109, 34. Sylb. POTT.

79, 16. *τ' ἔτευξε*] *τ' ἔτυχε* Justini quidam codex in Monarch. *τέτευχε* idem in Cohort. Euseb. [cui *τ' ἔτευξε* ex codd. restitutum.] *ἔτευξε* Cyrill. POTT.

P. 80, l. 5. *Ὀρφεύς*] Simili cum praefatione Justinus Orphei versus introduxit lib. De monarch. p. 156. et Cyrillus lib. 1. contra Julianum. Eundem Orphei locum, vel istius partem aliquam recitant Justinus Cohort. p. 77 ; Tatianus p. 34 ; Clemens Str. 5. p. 693. 723. et seqq. Eusebius Pr. Ev. 13, 12. ex Aristobulo Peripatetico, ejusdem libri c. 13. p. 664. ex Clementis Strom. ; Theodoretus serm. 1. De curand. Graec. affect. p. 475. et 483. iterumque serm. 2. p. 491. Quod olim annotavi ad Justini lib. De monarchia. POTT.

P. 140, l. 2. νηπίου] Hesychius tamen, Νηπύτιον, νήπιον, ἄφωνον. At Eustathius in Iliad 5, 932. p. 932, 44. Νηπύτιος, ὁ μὴ φρονῶν, ἀλλ' ἐστερημένος τοῦ πεπύσθαι καὶ πιυτότητος, ἤγουν φρονήσεως. Sed et νήπιον addit posse deduci inde cum significat insipientem, quasi dicatur per contractionem quandam pro νηπύτιος. Suidas vero etymologiam sinceram tradit: Νήπια τὰ βρέφη, παρὰ τὸ νὴ στερητικὸν καὶ τὸ ἔπος, a privativa νὴ et nomine ἔπος, quod nondum fari possint, ut infantes Latine; alii deducunt quasi valde benignum νὴ ἥπιον, vel etiam quasi νήβιον, vel etiam quasi νέον πῖον. Sed, ut diximus alibi, haec etymologias quaerendi ratio lubrica est, et saepe argumento, et τῇ ὑποθέσει in ea servimus, non grammatico veriloquio. COL. Etymologici auctor: Νήπιος παρὰ τὸ ἥπιος, πλεονασμῷ τοῦ ν, ὁ πρᾶος καὶ προσηνής. Mox, ἢ ἥπιον, πρᾶον,

καὶ μὴ ἔχον ὀργήν. Suidas deducit a νὴ ἐπιτατικὸν καὶ τὸ ἥπιον· ut νήπιον sit τὸ παρὰ δέον ἥπιον, *id quod mansuetius est quam oportet.* Mox scribendum, ὡς νήπιος ὁ ἀπαλόφρων. POTT.

140, 7. ἐγεννήθημεν] ἀλλ' ἐγεννήθημεν Thess. POTT.

ἥπιοι] Νήπιοι B. R. Quam lectionem sensus exigere videtur; nam e Pauli verbis colligit Clemens νήπιον esse eum, qui ἥπιος, mansuetis moribus est. Νήπιοι habent alii praeterea plures, quos memorat Millius. POTT.

140, 9. ἀταλὸς] Hesychius, Ἀταλὰ, νήπια, ἁπαλά. Ἀταλοῖς, νηπίοις, ἁπαλοῖς, ἁπλοῖς. Ἀταλόφρονα, νήπια, ἁπαλόφρονα. POTT,

140, 12. πρᾶον] Ταπεινόν Bib. Graec. POTT.

140, 13. ἀταλὴν νύμφην] Ἁπαλὴν νύμφην Flor. Sed ἀταλὴν νύμφην scribendum potius videtur, ut mox παῖδα ἀταλόφρονα· aut ut ἁπαλὴν νύμφην in priore, sic in posteriore item παῖδα ἁπαλόφρονα legendum. Editio Florentina ἁπαλάφρονα, Pal. ms. ἀταλάφρονα habet, utrobique *a* in tertia syllaba posito pro *o*, sicut et Iliad. 6, 400.

Παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ' ἀταλάφρονα, νήπιον αὖτως·

contra compositionis normam usitatam, per allusionem ad adverbium, quo idem Homerus soluta compositione utitur, Il. 18. ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες· et Hesiod. παῖδ' ἀταλὰ φρονέοντα· quae sententia ut Eustathio placuit, ita Hesychius maluit regulare ἀταλόφρονα. Est autem ἀταλὸς poeticum, ἁπαλὸς magis in prosa usitatum: et illud quidem derivatum ab ἀτάλλειν, hoc vero compositi formam gerit quasi οὐ παλαίων, absque obluctatione obsequentem ac morigerum se praebens. SYLB.

140, 17. γενεὰ] Judaei dicuntur γενεὰ σκολιά et σκληροκάρδιος Act. 2, 40; Philip. 2, 15; Matth. 19, 8; Marc. 8, 38. Christiani, novus populus, 2 Cor. 5, 17. et alias saepe καινὴ κτίσις, καινὸς ἄνθρωπος, καινὴ διαθήκη, POTT.

P. 142, l. 1. τοῦ θυμικοῦ ἱσταμένου] Paulo melius, τοῦ θυμικοῦ ἱσταμένου τῷ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν, seu εἰς βοήθειαν. Hervetus vertit, *animosa animi parte ei, quod est tantillum, auxilium ferenti.* SYLB. Nullo modo satisfaciunt in loci hujus emendatione viri eruditi. Nam quid sibi volunt illa, quae hic afferunt? Ostendit Clemens, omne illud, quod est imbecille per aetatem, omnibus jucundum esse et gratum: iram quoque nostram, cum in tales intuemur, in auxilium converti, καὶ βοήθειαν. Scribe, τὸ μὲν τοίνυν καὶ ἀσθενὲς καὶ ἁπαλὸν ἅπαν, ἅτε δι' ἀσθένειαν, ᾗ βοηθείας δεόμενον, κεχαρισμένον τέ ἐστι, καὶ ἡδύ, καὶ τερπνόν· τοῦ θυμικοῦ, vel καὶ τοῦ θυμικοῦ, μεθισταμένου τῷ τηλικῷδε εἰς βοήθειαν. Quod planum est et expeditum. HEINSIUS. In margine B. R. aliquis haec verba sic emendavit, τοῦ θεοῦ μὴ περισταμένου τῷ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν, *Deo huic tantulo auxilium non detrectante.* Scribi etiam possit, τοῦ θεοῦ περισταμένου τῷ τηλικῷδε τὴν βοήθειαν, *Deo quidem hunc tantulum auxilio circumdante.* Tum optime sequetur, quod sicut in omni animalium genere parentes liberos amore complectuntur. οὕτω καὶ τῶν ὅλων ὁ πατὴρ τοὺς εἰς αὐτὸν καταπεφευγότας προσίεται, sic universorum Pater eos recipit, qui ad ipsum confugiunt. Et quidem θῦ μέν, quo modo θεοῦ μέν in mss. codd. scribi solet, per librariorum negligentiam in θυμικοῦ facile transire potuit. POTT.

142, 5. εἰς αὐτὸν] A. mavult Attice ὡς αὐτόν, *ad ipsum.* Mox haud scio an νηπίους οἶδε verius sit quam ἡπίους οἶδε. SYLB.

142, 8. ἐγὼ] De Isaaci etymologia etiam Philo p. 256. Joseph. p. 18. et Amos c. 7. Rebeccae quoque etymon tradit idem Philo

p. 161. H. SYLB. Haec Clemens sumpsit e fine libri Philonis Judaei De plantatione Noe p. 238. *Κατὰ γοῦν τὸν ἱερώτατον Μωϋσῆν τέλος ἐστὶ σοφίας παιδιὰ καὶ γέλως, ἀλλ' οὐχ ἃ τοῖς νηπίοις ἄνευ φρονήσεως καὶ παισὶ μελετᾶται, ἀλλὰ τοῖς ἤδη πολιοῖς, οὐ χρόνῳ, ἀλλὰ καὶ βουλαῖς ἀγαθαῖς γεγονόσιν. οὐχ ὁρᾷς ὅτι τὸν αὐτηκόου, καὶ αὐτομαθοῦς, καὶ αὐτουργοῦ τῆς ἐπιστήμης ἀρυσάμενον, οὐ μετέχοντα γέλωτος, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι γέλωτά φησιν; οὗτός ἐστιν Ἰσαὰκ, ὃς ἑρμηνεύεται γέλως, ὃν παίζειν μετὰ τῆς ὑπομονῆς, ἣν Ῥεβέκκαν Ἑβραῖοι καλοῦσιν, ἁρμόττει. τὴν δὲ θείαν παιδιὰν τῆς ψυχῆς ἰδιώτῃ μὲν οὐ θέμις ἰδεῖν, βασιλεῖ δὲ ἔξεστιν, ᾧ πάμπολυν χρόνον παρῴκησεν, εἰ καὶ μὴ πάντ' ἐνῴκησεν τὸν αἰῶνα, σοφία. προσαγορεύεται οὗτος Ἀβιμέλεχ· ὃς διακύψας τῇ θυρίδι, τῷ διοιχθέντι καὶ φωσφόρῳ τῆς διανοίας ὄμματι, τὸν Ἰσαὰκ εἶδε παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. τί γὰρ ἄλλο ἐμπρέπει ἔργον σοφῷ ἢ τὸ παίζειν, καὶ γανοῦσθαι, καὶ συνευφραίνεσθαι τῇ τῶν καλῶν ὑπομονῇ;* Hinc praeterea clarum est, per hanc totam periochen Clementis, *παιδιᾶς, lusus*, vocem semper substitui debere pro *παιδείᾳ, doctrina*. POTT.

142, 9. *τοῦτον ἑώρακε παίζοντα*] Alludit ad locum Geneseos 26, 8. *Καὶ παρακύψας Ἀβιμέλεχ ὁ βασιλεὺς Γεράρων διὰ τῆς θυρίδος εἶδε τὸν Ἰσαὰκ παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.* Unde facile apparet, in sequentibus ubique legendum esse *παιδιᾶς* et *παιδιὰ*, non autem *παιδείας*. Quanquam autem Clemens lusum istum patriarchae cum uxore, *εἰς τὸ μυστικόν τι*, suo more, *καὶ τὸν ἀναγωγικὸν* trahit sensum, recte scholiastes Graecus notat *εὐσχημόνως* esse dictum. Neque enim, sicut recte quoque notat divus Augustinus, simplicem fuisse oportet lusum, sed qui aliquid a carne traheret, e quo rex cognosceret uxorem ejus esse, quod dissimularat patriarcha. "Quid enim (inquit ille contra Faustum) absurdum, imo quid non convenienter futurorum praenunciationi accommodatum, si propheta Dei carnale aliquid lusit, ut eum caperet affectus uxoris, cum ipsum Verbum Dei caro factum sit, ut habitaret in nobis?" Memento igitur scribendum quoque esse in sequentibus, *καὶ αὕτη ἡ θεία παιδιά· τοιαύτην τινὰ παίζειν παιδιὰν τὸν ἑαυτοῦ Δία, Ἡράκλειτος λέγει.* HEINSIUS.

142, 13. *Ῥεβέκκαν*] Conf. Str. 1. p. 334. et quae ibi annotata sunt. POTT.

P. 143, l. 1. *θανάτου λελυμένος*] Mortem intelligit, quam Rebeccae gratia Isaac sibi ab Abimelecho timebat, Gen. 26, 7. etc.: proinde Rebecca ei erat *εἰς σωτηρίαν βοηθός*, quod de Ecclesia dicit auctor, cujus typum gessisse Rebeccam putat. POTT.

143, 10. *διακύψας*] *Παρακύψας* A. SYLB.

143, 18. *τύπος ὃς ἐστι*] Typum hunc iterum declarat Str. 2. p. 439. POTT.

143, 20. *ἀλλ' οὐ κεκάρπωται*] *Sed non est oblatus.* Hesychius: *Κάρπωμα, κέρδος, προσφορὰ, θυσία.* Suidas, *Ἀγιάσαι, καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως.* Ita Levitici 4. *τὸ θυσιαστήριον τῆς καρπώσεως*, altare holocausti, ver. 10. et ver. 34: *τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ὁλοκαρπώσεως*. Verte igitur hic: *sed non immolatus est*, vel *mactatus, ut Dominus*. COL.

143, 24. *οὐκ ἔπαθεν*] Sensus est, Isaac in omnibus Dominum repraesentasse praeter solam passionem, in qua ipse Christus primas habere debebat. At Lowthius ait, "Lege, *οὐκ ἔπαθεν δὲ εἰκότως ἄρα ὁ Ἰσαὰκ, οὐ μόνον τὰ πρωτεῖα τοῦ πάθους.*" POTT.

P. 144, l. 1. *μὴ παθὼν*] *Non passus*, sc. quoad *τὴν θεότητα*, de qua loquitur Clemens. POTT.

144, 5. *ἰδοὺ*] Ὅτι Bibl. Graec. Dein, *ἀρχὴ ἐγεννήθη ἐπὶ τοῦ* ibid. Mox *καλεῖται τὸ ὄνομα*, ibid. POTT.

144, 9. *διὰ τοῦ αὐτοῦ*] Δι' *αὐτοῦ τοῦ* Evang. POTT.

144, 10. *θαυμαστὸς σύμβουλος*] Apud Hieronymum in Esaiam redditur ex Hebraeo "admirabilis consiliarius," quod efferunt LXX "magni consilii nuncius." In Antverpiensi editione utrumque habetur in textu Graeco LXX, at in editione Procopii in Esaiam, interprete J. Curterio, LXX. viris tribuitur lectio *μεγάλης βουλῆς ἄγγελος*, altera autem *θαυμαστὸς σύμβουλος* Aquilae, ut Theodotioni *θαυμαστὸς βουλεύων*, hic apud Clementem utrumque vides: reliqua autem partim Symmacho, partim Theodotioni, cujus est etiam illud, *τῷ πληθύνειν τὴν παιδείαν*, *quod multiplicet disciplinam*; sic enim vertendum est potius quam *quod ludum multiplicet*, usque ad illud *καὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ οὐκ ἔσται πέρας*, quod est Theodotionis et Symmachi. LXX. *οὐκ ἔσται ὅριον*, vel apud alios *τέλος*. COL.

144, 12. *ὃ τοῦ μεγάλου*] Locus insignis adversus Arianos. POTT.

144, 19. *ἰδοὺ*] Ἴδε Evang. POTT.

P. 145, l. 7. *οἱ εἰς γνῶσιν*] Respicit 1 Cor. 8, 1. *ἡ γνῶσις φυσιοῖ*. POTT.

145, 11. *λάβησθε*] Sunt qui putarint *λωβῆσθε* legendum; sed *λάβησθε* in corripiendi et reprehendendi significatione hic retinere, non video quid vetet. SYLB.

145, 12. *ἐλεύθερος*] Respicere videtur Joan. 8, 35, 36. POTT.

145, 14. *υἱός μου*] Hic Clemens memoriae lapsu varia S. Scripturae loca miscet et confundit, *Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα*, Luc. 3, 22; Matth. 3, 17; Marc. 1, 11. ubi de Christi baptismo agunt. *υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*, Psal. 2, 17; Act. 3, 33; Hebr. 1, 5. 5, 5. POTT.

145, 18. *θεὸν ὄντα*] Locus insignis de perfecta Christi divinitate. POTT.

P. 146, l. 7. *καλεῖται*] De variis baptismi nominibus etiam Gregorius Nazianz., Oratione in S. baptisma p. 238. H. SYLB.

146, 19. *προσλαμβάνεται*] *Assumitur, acquiritur.* Sed Lowthius mavult *προλαμβάνεται, anticipatur*; quam lectionem agnoscit interpres. Quod vero solo volendi actu Deus omnia fecerit superius dixit, Protrept. p. 55. ubi conf. not. POTT.

*ἡ τῶν κακῶν*] Liberationem a malis salutis esse initium tradit et Philo p. 104. et Basil. p. 56, 94, et 580. H. SYLB.

146, 23. *ὁ γὰρ γέγονεν*] Sic distinguendum, *ὁ γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ, ζωή ἐστιν*· nam quod est in ipso, vita est. Quod sensum auctoris optime exprimere videtur. Iterum Paedag. l. 2, 9. p. 218. *Ἐγρήγορεν ἄρα πρὸς τὸν θεὸν ὁ πεφωτισμένος· ὁ δὲ τοιοῦτος ζῇ· ὃ γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν.* At in vulg. Novi Testamenti editionibus hodie legitur, *Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*, Joan. 1, 3, 4. Clementis lectionem tuentur Cyrillus, Gregor. Nyssen. lib. 1. adv. Eunomium. Hilarius, Augustinus, Gregor. Nazianz., Stephani codex quidam ms., teste Millio in not. ad hunc locum: item haeretici, qui S. Spiritus *θεότητα* negabant, ut refert Joannes Chrysostomus in Comment. Hos fuisse Macedonianos tradit Theophylactus p. 560. edit. Paris. *Ἐν αὐτῷ ζωή*, etc. "Pneumatomachi, qui Spiritum negant esse Deum, hanc particulam sic legunt, 'Et sine ipso factum est nihil,' Deinde, hoc loco facto puncto, legunt quasi ab altero principio, 'Quod factum est in ipso, vita erat,' et interpretantur locum juxta suam mentem, dicentes quod hoc loco de Spiritu sancto evangelista disserat, dicens: 'Quod

factum est in ipso,' hoc est Spiritus sanctus, 'vita erat.' Haec autem dicunt Macedoniani, conantes ostendere Spiritum sanctum esse creaturam, et annumerare eum his, quae facta sunt. Nos autem non sic, sed puncto facto postquam dixit: 'Quod factum est,' a novo principio legimus, 'Εν αὐτῷ ζωὴ ἦν.'' POTT.

146, 24. ὁ τῶν] Ὅτι ὁ τῶν Evang. POTT.

P. 147, l. 14. τὸ ὑπόχυμα τῶν ὀφθαλμῶν] C. Plinius De re medica 15. *Suffusiones et albugines.* Celsus 6, 6. "Suffusio, quam Graeci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiae, qua cernit, se opponit; sanguinem ex fronte, vel naribus mittere, in temporibus venas adurere expedit." Definitur ab Aegineta 6, 21. Ἀργοῦ ὑγροῦ σύστασις ἐπὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα κατὰ τὴν κόρην, ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾶν, ἢ τὸ τρανῶς ὁρᾶν. COL.

147, 23. τὸ ὅμοιον] Homer. Od. 17, 218. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. POTT.

147, 28. καὶ τὸ σκότος] Respicit Joan. 1, 5: Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε. POTT.

P. 148, l. 4. προωμολογημένης ἐπαγγελίας] *Prius professae promissionis;* in baptismate scilicet, ut explicat Langbainius in epist. ad Usserium, inter Usserianas num. 216. LOWTH.

148, 11. τὴν ἰσότητα] Quid? an eodem gradu omnes beati futuri sunt? Non id dicit, sed tantum, fideles omnes aeque salvos fieri; quod negabant haeretici quidam, se solos γνωστικοὺς et πνευματικοὺς, caeteros vero omnes ψυχικοὺς appellantes. Quo pertinet, quod paulo inferius dicit p. 116. οὐκ ἄρα οἱ μὲν γνωστικοὶ, οἱ δὲ ψυχικοὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ· ἀλλ' οἱ πάντες ἀποθέμενοι τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας ἴσοι καὶ πνευματικοὶ παρὰ τῷ κυρίῳ. Hi porro Valentiniani erant, quos Irenaeus 1, 11, 14, refert homines in tria genera distribuisse. 1. Horum primum erat ὑλικόν seu χοϊκόν, *materiale* ac *terrenum*, cui salutem penitus impossibilem esse dicebant. 2. ψυχικόν, *animale;* in quo sunt οἱ δι' ἔργων καὶ πίστεως ψιλῆς βεβαιούμενοι, καὶ μὴ τὴν τελείαν γνῶσιν ἔχοντες· εἶναι δὲ τούτους ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἡμᾶς λέγουσι. 3. Πνευματικόν, spirituale, quod iis constat, qui τελείαν γνῶσιν, perfectam cognitionem, habent: unde se Gnosticos appellabant; et se non fide vel operibus quibusvis, sed natura salvos fieri, et praeterea majori gloria quam reliqui homines consequi possent, dignandos fore jactabant. Proinde adversus hos Clemens asserit, salutem ad omnes, qui vera fide praediti sunt, aequaliter pertinere. POTT.

148, 13. τοῦ πατρός μου] Τοῦ πέμψαντός με, Evang. Mox, εἰς αὐτὸν pro ἐπ' αὐτὸν, ibid. Dein, αὐτὸν ἐγὼ τῇ pro αὐτὸν ἐν τῇ. ibid. POTT.

148, 16. Καθόσον] Sensus est: "Igitur quatenus fieri potest in hoc mundo, quem novissimum diem ideo vocavit, quod certo tempore, ad quod servatur, periturus sit, nos esse perfectos credimus." Τηρεῖσθαι hoc modo non semel usurpatum a Petro, 2 Epist. 2, 4, 9; 3, 7. POTT.

148, 25. ἀναμένει] *Exspectare facit, differt, dilationem interponit.* Sed an haec vox alibi isto sensu sumatur nescio. LOWTH.

ἀδιακρίτως] Ignatius in principio Epist. ad Romanos, Πεπληρωμένοις χάριτος θεοῦ ἀδιακρίτως, *indivisim.* POTT.

148, 26. ἐκεῖνο] Sic scribe et distingue: Ἐκεῖνο δὲ διὰ τὸ πιστεῦσαι ἤδη προειληφότες ἐσόμενον, μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Vel, Ἐκεῖνο δὲ τῷ πιστεῦσαι, ut vult Lowthius. Vel, Ἐκεῖνο δὲ πιστεῦσαι. Sensus est, Futurum autem illud, quod fide jam praecepimus, post resurrectionem praesens referemus. POTT.

P. 149, l. 11. *ἀποκάλυψις*] Non minus apte legerimus *ἀπόληψις*. Sic vero et Gregorius Nyssen. *ἡ τοῦ κακοῦ παῦσις ἀρχὴ τῆς κατ' ἀρετὴν ἑστιν ὁρμῆς*. H. SYLB.

149, 12. *συνέδησε*] Esa. 58, 6: *Λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας*. POTT.

149, 21. *καὶ εὐθέως ἀκούομεν*] Haec sic scribi posse videntur, *καὶ εὐθέως ἀκούομεν μαθηταὶ οἱ ἀμαθεῖς, πρότερόν ποτε τῆς μαθήσεως ἐκείνης προσγενομένης· οὐ γὰρ ἂν ἔχοις*— Scilicet *πότερον* mutato in *πρότερον*, et (quod consequens est) sublata interrogationis nota. Ut sensus sit: Statim etiam discipuli audimus, qui doctrinae expertes fuimus, illa doctrina prius aliquando accedente; nam certum tempus definiri haud potest. POTT.

P. 150, l. 1. *συγκλειόμενοι*] *Συγκεκλεισμένοι* Galat. POTT.

150, 9. *υἱοί ἐστε*] *Υἱοὶ θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ* Galat. Mox *οὐδὲ* bis occurrit pro *οὔτε*, POTT.

150, 13. *οὐκ ἄρα*] Conf. quae superius annotata sunt ad p. 115. POTT.

150, 17. *ἑνὶ*] *ἐν ἑνὶ* apud Paulum.

150, 21. *διυλισμὸν*] Valentiniani dicebant animam ac spiritum quodammodo defaecari et percolari, id est a vitiis ex *ὕλῃ*, materia, secundum eorum placita, ortis, purgari. Irenaeus 1, 11. *Ἐν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη εἰς διυλισμὸν αὐτῆς. Πνεύματα ἀκάθαρτα συμπεπλεγμένα τῇ ψυχῇ διυλίζεσθαι*, dicuntur in Clementis Epit. Theod. p.. 801. col. 1. POTT.

P. 151, l. 7. *ὁ θεὸς*] *Κύριε* Luc. item Matth. 11, 25. POTT.

151, 11. *σοφοὺς*] Rom. 1, 22. *φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν*. POTT.

151, 12. *τετύφωνται*] Aliqui scribunt *τετύφλωνται*, excaecati sunt. POTT.

151, 14. *εὐδοκία ἐγένετο*] *Ἐγένετο εὐδοκία* Luc., Matth. POTT.

151, 17. *παλαιὸν*] Diversa S. Scripturae loca, ut saepe alias, sic hoc etiam loco, in unum confudit. Ephes. 4, 22. *ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον*. Jud. 23: *Μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα*. 2 Cor. 5, 4. *ἐφ' ᾧ οὐ θέλωμεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς*. 1 Cor. 15, 53. *δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν*. Ephes. 4, 24. *Καὶ ἐνδύσασθαι καινὸν ἄνθρωπον*. POTT.

151, 19. *Χριστοῦ*] Interpres legit *θεοῦ*. SYLB.

151, 27. *ἐφρόνουν*] *Ὡς νήπιος ἐλάλουν, ὡς νήπιος ἐφρόνουν*, apud Paulum. POTT.

P. 152, l. 4. *ἐπειδὴ*] *Ὅτε δὲ* apud Paulum. POTT.

152, 20. *οὕτως*] *Οὕτω* Galat. POTT.

152, 25. *δι' αὐτοῦ*] Additum a Clemente. POTT.

P. 153, l. 2. *οὐκ ἔτι γὰρ*] *Ὥστε οὐκ ἔτι* Galat. POTT.

153, 3. *κληρονόμος διὰ θεοῦ*] *κληρονόμος θεοῦ διὰ Χριστοῦ* Galat. POTT.

153, 10. *ἡ δὲ ἐν Χριστῷ*] Sic distingui debet, *Ἡ δὲ ἐν Χριστῷ νηπιότης τελείωσίς ἐστιν, ὡς πρὸς τὸν νόμον. ἐνταῦθα γενομένοις* etc. POTT. Aberat interpunctio post *νόμον*.

153, 14. *ὡς νηπίους ἐν Χριστῷ*] Clementis additamentum. Mox *οὔτε* pro *οὐδὲ* apud Paulum. POTT.

P. 154, l. 8. *ἀναπαύσει*] Id est Chanaanitide terra, quae dicebatur esse *γῆ ῥέουσα γάλα*, et coelestis requiei typus erat. POTT.

154, 12. Ὅμηρος] Il. 13, 6.
Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. POTT.

154, 15. κἀγὼ] Καὶ ἐγὼ apud Paulum. POTT.

154, 20. κεκαθαρμένους] Sc. aqua baptismi. POTT.

154, 23. ἔρις] Καὶ διχοστασίαι addunt vulg. Novi T. codd. POTT.

P. 155, l. 1. ἀληθὴς] Ἀληθῶς Evang. POTT.

155, 6. βλέπομεν] Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου, ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρ., apud Paulum. POTT.

155, 10. ἐπιθυμοῦντες] Respicit Gal. 5, 19, 20, 21. ubi opera carnis enumerat Apostolus. POTT.

155, 12. σὺν αὐτῇ] Haec eorum ratio est, qui ἐν σαρκὶ ἡμᾶς εἶναι ὑπειλήφασι, cui Clemens mox occurrit. POTT.

155, 16. οἶδεν] Recte Reitius εἶδεν 1 Cor. 2, 9. ubi etiam mox ἐπὶ καρδίαν pro ἐπὶ νοῦν. Atque adeo ita est etiam infra Stromateon 2. p. 157, 30. [436. Pott.] SYLB.

155, 25. ἡμεῖς] Respicit 1 Thess. 4, 9: Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοι. POTT.

155, 27. ποιμένες] Hinc patet Clementem, non solum aetate, ut quibusdam visum est, sed etiam officio πρεσβύτερον fuisse. POTT.

155, 28. ἀγαθοῦ ποιμένος] Hoc est Christi, qui dixit: Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, Joan. 10, 11, 14. POTT.

P. 156, l. 2. κύριον] Nempe is, cujus corpus et sanguinem pastores ovibus, hoc est presbyteri Christiano populo, in cibum dispensant, κατ' ἀκολουθίαν, et allegorice lac dici potest. POTT.

156, 7. συνεστραμμένος] Contortus, a συστρέφω. Forte συνεσταμένος, compactus, a συνίσταμαι. Sed συνεστηκὼς plerumque dicitur. POTT.

156, 13. σωματοποιουμένη] Haec vox de nutritione dici solet, qua alimentum in corporis nutriti substantiam convertitur. POTT.

156, 14. τὴν τοιάνδε τροφήν] Quidam haec referunt ad ea, quae sequuntur. POTT.

156, 16. τὰς σάρκας] A. ex vulg. Bibl. mavult τὴν σάρκα, singul. numero. SYLB.

156, 28. σφᾶς αὐτοὺς—] Agit auctor de haereticis, qui, vana scientiae suae opinione inflati, Gnosticos sese vocabant. POTT.

P. 157, l. 2. p. 133, 24. πρωτόγονον—πεφανέρωται ὡς γάλα] Haec laudat Arsenius Violeti p. 153. ed. Walz. KLOTZ.

157, 3. οὐσίαν εἰπεῖν ψυχῆς] Perantiqua opinio erat sanguinem esse animam. Proinde non pauci e veteribus hominum prudentiam sanguini inesse, et pro diverso illius statu mutari fingebant. Stobaeus Eclog. physic. 1. p. 131. Τειρεσίας δὲ ἔχει μὲν λογισμὸν τῶν ἀνθρωπίνων, μαντεύεται δὲ οὐδ' αὐτὸς περὶ τῶν εἱμαρμένων τοῖς ζῶσιν πρὶν πιεῖν τοῦ αἵματος. Οἴεται γὰρ καὶ Ὅμηρος, καθὰ καὶ πλεῖστοι τῶν μετ' αὐτὸν ὑπέλαβον, ἐν τῷ αἵματι εἶναι ἀνθρώποις τὴν περὶ τὰ θνητὰ φρόνησιν· ἐπεὶ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πολλοὶ τούτων πιστοῦνται, δεικνύντες, ὅπερ καὶ ὑποθερμανθὲν ὑπὸ πυρετοῦ καὶ χολῆς, ἀφραίνειν ποιεῖν, καὶ ἀνοητέειν. Ἐμπεδοκλῆς τε οὕτω φαίνεται ὡς ὀργάνου προσύνεσιν (leg. πρὸς σύνεσιν) τοῦ αἵματος, οὕτως λέγων

Αἵματος ἐν πλάγεσιν τετραμμένου ἀντιδρῶντος,
τῇ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται ἀνθρώποισιν·
αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα. POTT.

157, 16. ἐπὰν οὖν] De foetus nutrimento et lactis generatione confer Clementem cum Plutarcho Περὶ φιλοστοργίας p. 495. SYLB. Ex quo

loco Plutarchi pleraque quae hic dicit Clemens sumta sunt verbis mutatis.

157, 24. *τῶν μαστῶν σήραγγας*] Locos similes ubi *μαστοὶ σηραγγώδεις, ὄρχεις σηραγγώδεις* et alia dicuntur, comparavit Dochnerus Quaest. Plut. 3. p. 59.

P. 158, l. 6. *ἀποπτύειν*] Il. 4, 423, 426.

*Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχεῖ κῦμα θαλάσσης*
*ὄρνυτ' ἐπασσύτερον Ζεφύρου ὑποκινήσαντος,*
*κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἀχνην.* POTT.

158, 8. *ἀφρὸν μορμύρουσιν*] *Ἀφρῷ μορμύροντα* dixit Homerus Il. 5, 597.

*Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀπάλαμνος ἰὼν πολέος πεδίοιο,*
*στῆῃ ἐπ' ὠκυρόῳ ποταμῷ ἅλαδε προρέοντι,*
*ἀφρῷ μορμύροντα ἰδών.* POTT.

158, 10. *τίς οὖν ἡ ἀποκλήρωσις*] Hoc est, si verba respiciantur, Quaenam igitur distributio? Sed hanc explicationem contextus non patitur. Interpres vertit, *Quam est ergo absurdum?* quem sensum verba non ferunt. Videtur legi posse, *Τίς οὖν ἀπολήρησις;* vel, si ea vox in usu esset, *ἀπολήρωσις· quaenam igitur deliratio?* vel *quam delirum est?* POTT.

158, 20. *οἱ μαστοὶ οἱ τέως*] Legi possit, *οἱ μαστοὶ οἱ τέως κατὰ τὸν ἄνδρα περιβλεπόμενοι ὀρθοί· Ubera, quae usque ad hoc tempus, more virorum, erecta conspiciuntur.* Cui emendationi favet scholium, quod in margine B. R. [et F.] adnotatum est: *Ἀντὶ τοῦ, οἱ κατ' ἄνδρα ἐπανεστηκότες, οἱ ὥσπερ ἀνδρὸς ὄρθιοι ἐμπεφυκότες.* Sed nihil muto. POTT.

P. 159, l. 4. *τῶν γεννωμένων*] Utrosque dixit, *generatos* et *regeneratos*, quia lac utrisque cibus est eo, qui jam explicatus est, modo. POTT.

159, 6. *τῶν ἀγγέλων*] Psal. 78, 25. de manna dicitur: *Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος.* Inde Solomonis Sap. 15, 20: Angelorum esca nutristi populum tuum. Et 4 Esdrae 1, 19: Dedi vobis manna in escam. Panem angelorum manducastis. Haec e sanctis Patribus non unus proprie accipienda putavit. Justinus, angelos manna vere comedere, licet non dentibus, eo, quo homines, modo, dixit, Dialog. cum Tryphone p. 279. *Εἰ δὲ τοὺς τρεῖς ἀκούσαιμεν λελέχθαι βεβρωκέναι, καὶ μὴ τοὺς δύο μόνους, οἵτινες ἄγγελοι τῷ ὄντι ἦσαν, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δῆλόν ἐστιν ἡμῖν, τρεφόμενοι, κἂν μὴ ὁμοίαν τροφὴν, ἥπερ οἱ ἄνθρωποι χρώμεθα, τρέφονται· περὶ γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ μάννα, ἣν ἐτράφησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἡ γραφὴ οὕτω λέγει, ὅτι ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγον· εἴποιμ' ἄν, ὅτι ὁ λόγος ὁ λέγων βεβρωκέναι οὕτως ἂν λέγοι, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ εἴποιμεν ἐπὶ πυρὸς, ὅτι πάντα κατέφαγεν· ἀλλὰ μὴ πάντως τοῦτο ἐξακούειν, ὅτι ὀδοῦσι καὶ γνάθοις μασώμενοι βεβρώκασιν.* Tertullianus Adv. Judaeos cap. 3. de populo Israelis ait: "Nec humanis passionibus contaminatus, aut seculi hujus cibis pastus, sed angelorum panibus manna cibatus. Idem De carne Christi cap. 6. de angelis humana specie apparentibus. Sed et, inquit, si de materia necesse fuit angelos sumsisse carnem, credibilius utique est de terrena materia, quam de ullo genere coelestium substantiarum, cum adeo terrenae qualitatis exstiterit, ut terrenis pabulis pasta sit. Fuerit nunc quoque siderea, eodem modo terrenis pabulis pasta est, quando terrena non esset, quo terrena coelestibus pasta est, quando coelestis non esset. Legimus enim manna esui populi fuisse: Panem, inquit, angelorum edit homo." Conf. quae superius adnotavimus ad Protrept. p. 35. POTT.

159, 11. *οὐκ ἐμακάρισεν*] Respicit Luc. 11, 27, 28. ubi cum mulier quaedam Christo dixerat, *Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας*, respondit ille, *Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν*. POTT.

159, 15. *εἷς μὲν*] Bullus Defens. fidei Nicaenae sect. 2. cap. 6. art. 3. haec annotavit: 'Animadverte: unicuique personae sacrae *Τριάδος* vim divinam tribuit, quae rerum universitatem pervadat, ita ut prima sit Pater universorum, altera *Λόγος* itidem universorum, ac denique tertia ubique et in universis adsit.' POTT.

159, 23. *παιδίον τοῦτο*] Post has voces Hervetus distinguit, et mox nominativo casu legit *ὑποτροφοῦσα*. SYLB. Vel potius legendum *ὑποτροφῆσαν*, neutro genere; quod Latine redditum est. POTT.

P. 160, l. 11. *τὸν σωτῆρα ἐνστερνίσασθαι*] Servatorem in pectore condere. Eodem verbo usus est Constit. apost. auctor lib. 1. principio, *Ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ· timorem ejus* (Dei) *toto pectore amplexi*, ut exp. Turrianus. Vel passive, *circumdati ac pectus muniti timore Dei*, ut ait Cotelerius. Priori sensui favet Zonaras, qui *ἐνστερνιζόμεθα* Canone 1. concilii generalis 7. exp. *ἀγαπητικῶς δεχόμεθα, καὶ κατασπαζόμεθα*. Sed Constit. apost. 5, 14. Joannes apostolus Christum *ἐνστερνίσασθαι* dicitur, cum in ejus pectus inter coenandum incubuit. POTT.

160, 24. *λαθικηδέα μαζὸν*] Phrasis Homerica ex Il. 22, 83. quo Hecuba ad Hectorem filium haec dicit,

*Ἕκτορ, ἐμὸν τέκνον, τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον*
*αὐτὴν, εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον.* POTT.

160, 29. *καὶ τὴν ὑπόκρισιν*] Haec apud Petrum sic scripta sunt, *Καὶ ὑποκρίσεις, καὶ φθόνους, καὶ πάσας καταλαλιὰς, ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα*, etc. Sed Clemens, pro more suo, *διὰ μνήμης* recitat. Mox, *εἰς σωτηρίαν* a Clemente additum. Dein, *εἴπερ ἐγεύσασθε* habent vulgata Biblia. POTT.

P. 161, l. 3. *Χριστὸς*] A. itemque H. *Χρηστὸς* ex Psalmo 33. et Basil. p. 92. Contra, Christum vulgo Chrestum fuisse appellatum declarat Suetonius in Claudio c. 25. Lactantius Institut. 4, 7. Tertullianus Apolog. c. 3. et 16. Euseb. H. Eccl. 1, 4. ex Psalmo 44. R. SYLB. *Χρηστὸς* habet S. Scriptura. Conf. quae annotata sunt ad Protrept. p. 72. POTT. *Χριστὸς* Victorius intulit pro *Χρηστὸς*, quod est in codice.

161, 4. *ἄλλο*] Scribendum videtur, transposita *παρά* praepositione, *ἄλλο τι εἶναι παρὰ τὸ βρῶμα τὸ γάλα· lac esse aliud aliquid praeter cibum.* Nam iis quae sequuntur probat Clemens lac e sanguine constare, eo quod ex alimento fit. POTT.

161, 7. *πάροδον*] Non minus apte, transposita distinctione atque articulo, legerimus, *πάροδον οὐ διδόντος, τῷ ἐντὸς κατακλειομένῳ θερμῷ ἑψομένη*. SYLB.

161, 13. *κατὰ μεταβολὴν*] Scribendum videtur, *κατὰ μεταβολὴν τὴν οὐ κατ' οὐσίαν· per mutationem, quae fit sine substantiae conversione.* Vel plenius, *κατὰ μεταβολὴν τὴν κατὰ ποιότητα οὐ κατ' οὐσίαν· per mutationem quoad qualitatem, non quoad essentiam.* Sic enim superius eo loco, quem hic respicit, p. 122: *Πάσχει δὲ τὴν μεταβολὴν κατὰ ποιότητα, οὐ κατ' οὐσίαν*. POTT.

161, 15. *ἀραιότερον*] Medice loquitur Clemens; nam Galenus Therapeut. lib. 9. *εἰδιαφόρητοι δ' εἰσὶν*, inquit, *οἱ ὑγροὶ τὴν φύσιν ἅπαντες, καὶ*

μᾶλλον ἅμα θερμότατοι, καὶ οἱ ἀραιοὶ τὴν ἕξιν. Et quod ἀραιότης sequatur τὸ θερμόν sciunt medicorum filii. POTT.

161, 17. μήτε τὸ αἷμα] Post haec verba subaudiendum e praecedenti membro verbum πλεονάζει, nec enim assentior Arcerio, qui legendum putat, ἐπεὶ μήτε τὸ αἷμα, μήτε πᾶσα κατέχεται ἡ τροφή. SYLB.

161, 25. ἐν ᾗ] Sc. in Jerusalem, seu terra Judaeorum; quae τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ typus erat. Gal. 4, 26; Hebr. 12, 22; Apoc. 3, 12; 21, 2, 10. POTT.

P. 162, l. 4. πηγὴ ζωῆς] Conf. Apoc. 21, 6; 22, 1; Joan. 7, 38; Jac. 3, 11. POTT.

162, 16. ποιήσω] Ποιῶ Joan. POTT.

162, 28. ἔδωκεν] Δέδωκεν Joan. Mox ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ibid. POTT.

P. 163, l. 8. διὰ πυρὸς] Fortasse legendum δίκην πυροῦ, *more tritici* seu *frumenti*; ut sequens indicat commation. SYLB. Sed recepta lectio explicari commode potest de igne, quo consummandus est mundus. Strom. 5. p. 649. Οἶδεν γὰρ καὶ οὗτος τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν τῶν κακῶς βεβιωκότων, ἣν ὕστερον ἐκπύρωσιν ἐκάλεσαν οἱ Στωϊκοί· καθ' ὃν καὶ τὸν ἰδίως ποιὸν ἀναστήσεσθαι δογματίζουσι· τοῦτ' ἐκεῖνο, τὴν ἀνάστασιν, περιέποντες. Conf. quae ad hunc locum annotabuntur. POTT.

163, 17. εἰς ἀφθαρσίαν ἐκτρέφων] Antiqui Patres saepe dicunt corpora nostra per Eucharistiae sacramentum ad immortalitatem nutriri. Clemens postea Paed. 2, 2. principio, dicit εἰς ἀφθαρσίαν ὁδηγεῖν Πνεῦμα, quod Christi corpore repraesentatur. Irenaeus 4, 34. p. 327. edit. Oxon. dicit τὰ σώματα ἡμῶν μεταλαμβάνοντα τῆς εὐχαριστίας, μηκέτι εἶναι φθαρτὰ, τὴν ἐλπίδα τῆς εἰς αἰῶνας ἀναστάσεως ἔχοντα. Similia habet 5, 2. p. 399, 400. POTT.

163, 23. ὁ πλύνων] Πλυνεῖ Bibl. Graec. Tertullianus Adversus Marcion. 5, 40. "Multo manifestius Genesis in benedictione Judae, ex cujus tribu carnis census Christi processurus, jam tunc Christum in Juda delineabat. 'Lavabit, inquit, in vino stolam suam, et in sanguine uvae amictum suum:' stolam et amictum, carnem demonstrans, et vinum sanguinem. Ita et nunc sanguinem suum in vino consecravit, qui tunc vinum in sanguine figuravit." POTT. In marg. F. lemma est τί τὸ πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ.

P. 164, l. 1. ἄν ποτε προήσεται] ἂν vitiose cum indicativo futuri.

164, 22. τὰ ἀφροδίσια] Plato in Cratylo Hesiodi esse dicit, Περὶ δὲ Ἀφροδίτης οὐκ ἄξιον Ἡσιόδῳ ἀντιλέγειν, ἀλλὰ συγχωρεῖν ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν Ἀφροδίτη ἐκλήθη. Hesiodus, οὔνεκ' ἐν ἀφρῷ θρέφθη. Apud Aristotelem Rhet. 2, 25. Euripides Hecuba, ἀφροσύνης θεά, quod sit amentiae dea. At De generat. anim. 2, 2. ἔοικε δὲ οὐδὲ τοὺς ἀρχαίους λανθάνειν ἀφρώδης ἡ τοῦ σπέρματος οὖσα φύσις· τὴν γοῦν κυρίαν θεὰν τῆς μίξεως ἀπὸ τῆς δυνάμεως ταύτης προσηγόρευσαν. COL. Conf. Protrept. p. 13. POTT.

P. 165, l. 15. προσφκειώμεθα] Alia scriptura est προσοικειούμεθα. SYLB.

P. 166, l. 1. πατρὸς] Diomedes ait, apud Homer. Il. 14, 113.

Πατρὸς δ' ἐξ ἀγαθοῦ καὶ ἐγὼ γένος εὔχομαι εἶναι. POTT.

166, 3. οὐ μὴν ἀλλὰ—] Conf. Arsenii Violetum p. 154. ed. Walz.

166, 21. ἐπικάθαρσιν] Procul dubio divise legendum ἐπὶ κάθαρσιν, ut mox ἐπὶ καθάρσει. SYLB.

166, 24. *μέλιτι*] Respicit veterum Christianorum morem, qui recens baptizatis mel, et lac ei mistum, gustandum porrigebant. Eodem paulo superius allusisse videtur p. 125. *Εὐθὺς δὲ ἀναγεννηθέντες τετιμήμεθα τῆς ἀναπαύσεως τὴν ἐλπίδα, τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, εὐαγγελιζόμενοι· ἐν ᾗ μέλι καὶ γάλα ὀμβρεῖν ἀναγέγραπται.* Tertullianus ejusdem ritus meminit De Coron. cap. 3. "Inde (e baptismo) suscepti, lactis et mellis concordiam praegustamus." Idem, adv. Marcion. 1, 14. dicit Marcionem nec aquam reprobare Creatoris, qua suos abluit; nec oleum, quo suos ungit, nec mellis societatem, qua suos infantat. Nam infantes olim melle et lacte nutriebant. Barnabas cap. 6. *τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται.* Callimachus hymno in Jovem v. 48.

*σὺ δ' ἐθήλαο πίονα μαζὸν*
*αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἕβρως.*

Proinde cum baptismus esset secunda nativitas, baptizatis, post lavacrum, velut tenellis infantibus, dabant mel cum lacte degustandum. Conf. Hieronymus Contra Lucifer. cap. 4; concilium Carthaginense 3. can. 24. POTT.

P. 167, l. 1. *μέλιτος*] Homerus Il. 1, 249. de Nestore. POTT.

167, 4. *γάλα καὶ οἴνῳ*] Hieronymus ad Esa. 55, 1. annotat Occidentis Ecclesias recens baptizatis vinum et lac tribuisse. POTT.

167, 12. *τὸ πολυέλαιον*] *Multo oleo perfusum* notat haec vox. Sed Hervetus legit *πολυέλεον*. POTT.

167, 21. *βούτυρον*] Βούτυρον *καὶ μέλι φάγεται*, Bibl. Graec. POTT.

167, 23. *γνωστικοὺς*] De his Irenaeus 3, 2. "Adversantur traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam apostolis exsistentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem." POTT.

P. 168, l. 1. *ὑπὸ Χριστοῦ*] Ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ apud Paulum. Dein *οὐ λογίζομ.* POTT,

168, 4. *εἰς*] Ἐπί apud Paulum. Mox *κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ* ibid. POTT.

168, 8. *φρονοῦμεν*] *Φρονῶμεν* apud Paulum. POTT.

168, 17. *ἐν αὐτῷ*] Patris *τελείου* mentionem haec sequuntur, quia sub finem cap. 5. et principio cap. 6. dixerat filium esse *τέλειον*. *Ὦ τοῦ τελείου παιδίου. υἱὸς ἐν πατρὶ, καὶ πατὴρ ἐν υἱῷ*, etc. Respicit autem Christi verba Joan. 17, 21. *σὺ, πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί.* POTT.

168, 25. *καὶ γενήσονται*] Καὶ *γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν*, apud Joan. POTT.

P. 169, l. 2. *εἰμί*] Omittunt Bibl. Graec. POTT.

169, 10. *αἰωνίῳ διαμονῇ*] *Perpetua perseverantia.* Sic superius *ἀΐδιος ὄρεξις* p. 95. ubi conf. not. POTT.

169, 28. *κτῆμα*] Thucydides 1, 22. de suo opere dicit, *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν σύγκειται.* POTT.

P. 170, l. 2. *Λεωνίδην*] Plutarchus in Alexandro p. 667. edit. Paris. *πολλοὶ μὲν οὖν περὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὡς εἰκὸς, ἦσαν αὐτοῦ, τροφῆς παιδαγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι λεγόμενοι· πᾶσιν δὲ ἐφειστήκει Λεωνίδας.* Deinceps memorat qua dignitate quibusque moribus erat Leonidas. POTT.

170, 3. *γυναικομανὴς*] Id de se longa oratione refert Phoenix Il. 9, 434. Conf. Apollodori Biblioth. lib. 3. Lycophronis Cassandrae v. 421. et quae ad eum locum annotavit Tzetzes. POTT.

*φυγὰς ὁ Ἄδραστος*] Adrastus, Midae Phrygis filius, eo quod fratrem

interemisset, a patre pulsus in exilium, ad Croesum confugit; a quo benigne receptus, et Atyi filio custos datus, cum eum per imprudentiam occidisset, tandem super ejus bustum sese transfodit, ut refert Herodot. 1, 35. POTT.

170, 5. *τὸν ἐκ Πέλλης*] Nempe Philippum, Alexandri patrem. Nam, ut ait Strabo lib. 16. notum est, *τὴν Πέλλην ὥσπερ μητρόπολιν γεγονέναι τῶν Μακεδόνων, τὴν Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου πατρίδα.* Lucanus 10.

Illic Pellaei proles vesana Philippi.

Juvenalis Sat. 10. de Alexandro

Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis. POTT.

170, 7. *ἀνδράποδον ὁ Ζώπυρος*] Plato Alcibiade p. 122 B. *σοὶ δ', ὦ Ἀλκιβιάδη, Περικλῆς ἐπέστησε παιδαγωγὸν τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως, Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα.* Idem refert Plutarchus principio Alcibiadis et in Lycurgo p. 49, 50. POTT.

170, 9. *σικιννίζειν εὑρηκέναι*] Lucianus lib. de saltat. tradit *τοὺς Διονύσου θεράποντας, τοὺς σατύρους*, Sicinnidem instituisse. Eustathius ad Iliad. Π. ex Arriano refert nomen ei inditum fuisse a Sicinnide, Cybeles pedissequa; Phrygas autem primos ea usos, idque celebrantes Bacchum Sabazium. Alii ducunt *ἀπὸ τοῦ σείεσθαι καὶ κινεῖσθαι.* Conf. Hesychius et Etymologicon v. *Σικιννίς.* Hoc etiam auctore constat alios eam deducere a Sicinno, rege Atheniensium. Alii memorant Sicinnum *βάρβαρον, ἢ Κρῆτα·* inter quos sunt Athenaeus lib. 1. et 14; Eustathius ad Odyss. Ψ. Alii denique Sicinno eam tribuunt, liberorum Themistoclis praeceptori. Etymologicon loco superius dicto, *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ παιδαγωγοῦ τῶν Θεμιστοκλέους παίδων Σικίννου.* Ejus meminit etiam Plutarchus in Themistocle, *Ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκιννος αἰχμάλωτος, εὔνους δὲ τῷ Θεμιστοκλεῖ, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ παιδαγωγός.* POTT.

170, 13. *τοξεύειν*] Herodotus addit *ἱππεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι* 1, 136. *Παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταετοῦς ἀρξάμενοι μέχρι εἰκοσιέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν καὶ τοξεύειν καὶ ἀληθίζεσθαι.* Eadem fere verba habet Strabo sub finem lib. 15. Conf. Xenophon. 1. De institutione Cyri. POTT.

170, 14. *ἀδελφαῖς*] Philo Judaeus De Decalogo p. 778. *μητέρας οἱ ἐν τέλει Περσῶν τὰς αὐτῶν ἄγονται, καὶ τοὺς φύντας ἐκ τούτων εὐγενεστάτους νομίζουσιν.* Tertullianus Ad Nation. 1, 15. itemque in Apologia: "Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert." Conf. Str. 3. p. 515. et quae ibi annotata sunt. POTT.

170, 15. *ἀναρίθμοις*] Strabo sub finem lib. 15. de Persis ait, *γαμοῦσι δὲ πολλὰς, καὶ ἅμα παλλακὰς τρέφουσι πλείους, πολυτεκνίας χάριν. τιθέασι δὲ οἱ βασιλεῖς ἆθλα πολυτεκνίας κατ' ἔτος.* POTT.

170, 16. *καθάπερ οἱ κάπροι*] P. Leopardus Emend. 2, 10: "Quidam magni nominis interpretes *κάπρον* pro capro accipiunt. Clemens Alex. Paedag. 1, 7. *καθάπερ οἱ κάπροι εἰς συνουσίαν ἠσκημένοι· ἐσσυμένοι* forte. Idem 2, 10. *κάπρῳ, ἢ συὶ τὸ ἑταιρικόν.* Et 3, 3. *κάπροι δὲ καὶ αὐτοί.* Omnibus his locis interpres *caprum* vertit pro *apro.* Hinc *καπρᾶν* et *καπριᾶν, subare.*" Haec ille. Caeterum locus lib. 2. reperitur p. 228, 10; libri autem 3. p. 257, 50. in hac secunda editione ab Herveto emendatus. Athenaeus lib. 13. sic habet ex aliquo, *πώλους Κύπριδος ἐξησκημένης.* COL. Hesychius, *Ἀφροδισία ἄγρα· Σοφοκλῆς Δανάῃ "Γόνον τε μήλων, κ' ἀφροδισίαν ἄγραν."—λέγει τὴν τῶν συῶν· διὰ τὸ καταφερὲς εἶναι τὸ ζῶον*

*πρὸς συνουσίαν. καπρᾶν γέ τοι καὶ καπραίνειν ἀπὸ τούτου. δύναται δὲ καὶ τὴν τῶν αἰγῶν γονὴν δηλοῦν.* Apud Suidam *κάπρος* est *αἰδοῖον*. POTT.

*εἰς συνουσίαν ἠσκημένοι*] Pro *εἰς* Pal. habet *οἱ*, structura elliptica quidem illa, sed tamen usitata. Pro *ἠσκημένοι* P. Leopardus Emend. 2, 10. dubitat an reponendum sit *ἐσσυμένοι*, *ruentes*. SYLB.

170, 21. *δίψει*] Δίψῃ Bibl. Graec. Mox *ἐν γῇ ἀνύδρῳ* 15. Bibl. Graec. Dein *διεφύλαξεν αὐτὸν ὡς κόρην* ibid. POTT.

170, 23. *σκεπάσαι*] Cum *σκεπάσαι* subaudienda potentialis *ἄν*· plena enim structura est, *ὡς ἂν ἀετὸς σκεπάσειε τὴν νοσσιὰν αὐτοῦ*. SYLB. Mox *νοσσοῖς* pro *νεοσσοῖς* Bibl. Graec. POTT.

P. 171, l. 2. *ἐγὼ*] Ἐγώ *εἰμι* Bibl. Graec. Mox *ὅστις ἐξήγαγον* pro *ἐξαγαγὼν* ibid. POTT.

171, 6. *μου*] Ἐμοῦ Bibl. Graec. POTT.

171, 8. *θήσω*] Θήσομαι Bibl. Graec. POTT.

171, 9. *καὶ τοῦ σπέρματός σου*] Haec verba Clemens e commate 7. huc transtulit: nam ibi dicitur, Καὶ *στήσω τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον σου καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου*. Hoc autem commate seminis nulla mentio fit. POTT.

171, 12. *ἐγὼ*] Ἐγώ *εἰμι* Bibl. Graec. POTT.

171, 14. *ὅσα*] Πάντα *ὅσα* Bibl. Graec. POTT.

171, 16. *μετ' αὐτοῦ ἄνθρωπος*] Ἄνθρωπος *μετ' αὐτοῦ* Bibl. Graec. POTT.

171, 19. *ἀσκητὴν*] Athletam vel pugilem. Sic quoque Chrysostomus homil. 58. in Genesin, *ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν συντυχίαν ποιήσασθαι, ἵνα μάθῃ διὰ τῶν πραγμάτων ὅτι οὐδὲν ἀηδὲς ὑποστήσεται, ἐν σχήματι ἀνθρώπου παλαίειν μετὰ τοῦ δικαίου καταδέχεται, ἵνα τὴν δειλίαν ἐξέλῃ τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς*. CGL.

171, 20. *ἀλείπτης*] De hac voce vid. Strom. 7. p. 840. et quae ibi annotata sunt. Caeterum Philo De nominum mutatione p. 1058. dicit *ἄγγελον, ὑπηρέτην τοῦ θεοῦ Λόγον*, Jacobi nomen mutasse. Idem ostendit Justinus M. dialogo adv. Tryph.; Novatianus lib. De Trinitate; Theodoretus Quaest. in Genes. 91. aliique plurimi. POTT.

171, 21. *ἠρώτησε*] Ἠρώτησε *δὲ Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν, Ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄν*. Bibl. Graec. Mox *ἐρωτᾷς σὺ τὸ ὄν*. ibid. POTT.

171, 24. *ἀνωνόμαστος*] Clemens Strom. 5. p. 695. dicit Deum esse *ἀσχημάτιστον καὶ ἀνωνόμαστον*· figurae et nominis expertem. Quem locum, et quae ibi annotata sunt, videsis. Observandum porro Clementem Christo, ut Deo, tribuere, quod uni summo Deo peculiare est, ut nullo nomine indigeat. POTT.

171, 25. *γεγενημένος*] A. mavult *γεγεννημένος*· potest tamen et retineri *γεγενημένος*, sicut Joan. 1. *ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*. SYLB.

P. 172, l. 1. *πρόσωπον*] Paria dicit Strom. 5. p. 665. *πρόσωπον εἴρηται τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, . . . σαρκοφόρος γενόμενος ὁ Λόγος, ὁ τοῦ πατρῴου μηνυτὴς ἰδιώματος*. Id uberius explicat Strom. 7. p. 866. et Clementis Epitom. Theodot. p. 970. et 971. Fortasse huic sententiae ansam dedere Christi verba apud Joan. 14, 9. *ὁ ἑωρακώς με ἑώρακε τὸν πατέρα*, etc. POTT.

172, 4. *ὅτε εἶδε τὸν θεόν*] Respicit etymon vocis Israel, quae secundum Clementem significat *τὸν ὁρῶντα τὸν θεόν*. Conf. Strom. 1. p. 334. 2, p. 439. Novatianus lib. De Trinitate cap. 27. "Hic homo, qui cum Jacob luctatus est, 'Non, inquit, vocabitur etiam nunc nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum.' Ac si Israel est homo videns

Deum, eleganter ostendebat Dominus, quod non tantum homo esset, qui conluctabatur tunc cum Jacob, sed et Deus. Mox: Jacob intelligens jam vim sacramenti, et pervidens auctoritatem ejus cum quo luctatus fuisset, nomen loci illius, in quo conluctatus est, vocavit Visionem Dei ... Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea." POTT.

172, 8. *πτερνίζειν*] Alludit ad originem vocis Jacob, quam refert Moses Gen. 25, 26; 27, 36. Eam saepius respicit Philo, quem Clemens sequi solet: ut lib. De mutat. nom. p. 1057. *ὁ μὲν Ἰακὼβ πτερνιστής· πτερνιστοῦ μὲν οὖν ἔργον ἀσκοῦντος ἀρετήν.* Lib. De migratione Abrahami p. 419. *παλαίοντος γὰρ, καὶ κονιωμένου, καὶ πτερνίζοντος Ἰακώβ ἐστιν ὄνομα.* Lib. De temulentia p. 251. *ὁ ἀσκητὴς Ἰακὼβ, καὶ τοὺς ἀρετῆς ἆθλους διαθλῶν.* Unde Clemens eum *ἀσκητὴν* appellat. Quae vox postea de iis, qui severiorem vitam exercebant, peculiariter dici coepit. POTT.

172, 10. *ἐξαλείφω*] *Ἐξαλείψω* Bibl. Graec. Mox, *βάδιζε, κατάβηθι, καὶ ὁδήγησον* ibid. Dein *εἶπά σοι* ibid. POTT.

172, 13. *καὶ γὰρ ἦν*] Paria sunt, quae Justinus in Apologia dixit: *Λόγος γὰρ ἦν, καὶ ἔστιν, ὁ ἐν παντὶ ὢν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν προεἰπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα.* POTT.

172, 15. *αὐτοῦ*] Scribendum *αὑτοῦ*, ut saepe alias. POTT.

172, 17. *προπορεύεταί σου*] *Προπορεύσεται πρὸ προσώπου σου* Bibl. Graec. POTT.

*εὐαγγέλιον*] Sic paulo post cap. 8. p. 140: *Τὴν εὐαγγέλιον τοῦ κυρίου παραθεμένῳ φωνήν.* Ludere videtur in vocibus *ἄγγελος* et *εὐαγγέλιον*. POTT.

P. 173, l. 4. *καὶ τῇ*] *Καὶ ἐν τῇ* Bibl. Graec. POTT.

173, 9. *μετὰ φόβου*] Respicit Rom. 8, 15. *οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον· ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ πατήρ.* POTT.

173, 11. *μυστικὸς ἐκεῖνος ἄγγελος*] Christum vocat mysticum angelum, quia tunc temporis divinam suam majestatem sub angeli specie occultabat. De Christo sub angeli forma apparente conf. Bulli Defensionis Fidei Nicaenae sect. 1. cap. 1. POTT.

173, 15. *παύσασθε*] Haec diversis Scripturae sententiis constant. Esa. 1, 16: *Παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν* quod Clemens sic extulit: *Παύσασθε ἀπὸ τῶν ἔργων ὑμῶν* nam alibi *ὑμέτερα ἔργα* prophetae peccata vocant; unde Clemens adjecit, interpretamenti gratia, *τῶν παλαιῶν ἁμαρτιῶν.* Dein Esa. 1, 17. *μάθετε καλὸν ποιεῖν.* Psal. 30, 14. *ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.* Psal. 45, 7. *ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν.* POTT.

173, 24. *πρὸ καταβολῆς*] Conf. Eph. 1, 4; 1 Pet. 1, 20. POTT.

P. 174, l. 14. *προφήτην*] *Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ, ἀναστήσει σοι κύριος ὁ θεός σου.* Deuteron. Sed Lucas pro *σοῦ* et *σοὶ* posuit etiam *ὑμῶν* et *ὑμῖν* Act. 3, 22; 7, 37. Eodem modo Tertullianus Adv. Marcion. 4, 22: "Hunc igitur audite, quem ab initio edixerat audiendum in nomine prophetae, quoniam et prophetes existimari habebat a populo. 'Prophetam, inquit Moses, suscitabit vobis Deus ex filiis vestris;' secundum carnalem scilicet censum; 'tanquam me audieritis illum.'" POTT.

174, 15. τὸν Ἰησοῦν] *Jesum filium Nave innuens, propter Jesum Dei Filium.* Quippe, quod ille hujus typus esset. Veteres εἰς vel πρός hoc sensu usurpant. Sic Plato, αἰνίττομαι τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα· per hoc aerem significo. Item Aeschines, αἰνιττόμενος εἰς ἐμέ. Porro Justinus M. in Dialogo cum Tryph. Josuae nomine Jesum praesignificatum saepenumero affirmat: ut p. 340. edit. Paris. Ἰησοῦν, ὡς προέφην, πολλάκις, Αὐσῆν καλούμενον, ἐκεῖνον τὸν μετὰ τοῦ Χαλὲβ κατάσκοπον εἰς τὴν Χαναὰν ἐπὶ τὴν γῆν ἀποσταλέντα, Ἰησοῦν Μωσῆς ἐκάλεσε. τοῦτο σὺ οὐ ζητεῖς δι' ἣν αἰτίαν ἐποίησεν; οὐκ ἀπορεῖς, οὐδὲ φιλοπευστεῖς; τοιγαροῦν λέληθέ σε ὁ Χριστός· καὶ ἀναγινώσκων οὐ συνίης· οὐδὲ νῦν ἀκούων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἡμῶν, συλλογίζῃ οὐκ ἀργῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἐκείνῳ τεθεῖσθαι τοὔνομα. Conf. ejusdem libri p. 338. 341. 361. 362. POTT.

174, 19. ὃς ἄν] Ὃς ἐὰν μὴ ἀκούσῃ ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐκεῖνος, Deuteron. Πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, Act. 3, 23. POTT.

P. 175, 4. ἁμαρτωλοὺς] Ταπεινοὺς Bibl. Graec. Mox, παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος, inverso verborum ordine, Bibl. Graec. ut mox etiam, ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ibid. POTT.

175, 12. ῥάβδον δυνάμεως] Chrysostomus homil. in psal. 109. Ἡ ῥάβδος κολαστική ἐστιν, καὶ εὐεργετικὴ, καὶ παρακλητική, καὶ βασιλείας σύμβολον. Τὴν μὲν δύναμιν ἐνταῦθα ῥάβδον ἐκάλεσεν, μεθ' ἧς οἱ μαθηταὶ τὴν οἰκουμένην περιέτρεχον ἤδη διορθοῦντες, καὶ ἐξ ἀλόγου τινὸς κακίας ἐπὶ λογικὴν ἄγοντες τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν. COL.

κύριος] Σοὶ κύριος Bibl. Graec. Mox βακτηρία σου, αὐταί με παρεκάλεσαν ibid. POTT.

δι' ἄλλου προφήτου] Imo διὰ τοῦ αὐτοῦ προφήτου, nempe Psalmorum auctorem; cujus etiam est quod Clemens ἑτέρῳ memoriae lapsu mox tribuit. POTT.

175, 19. τινες] Nempe Marcionis discipuli, Οἱ δὲ ἕτερον Θεὸν φάσκοντες παρὰ τὸν δημιουργὸν, δίκαιον μὲν αὐτὸν θέλουσι, καὶ οὐκ ἀγαθὸν, σφόδρα ἰδιωτικῶς ἅμα καὶ ἀσεβῶς ἐνεχθέντες, ἐν τῷ χωρίζειν δικαιοσύνην ἀγαθότητος, καὶ ἀγαθότητα δίχα δικαιοσύνης· ut refert Origenes Comment. in Exod. tom. 1. p. 17. Tertullianus, contra Marcion. lib. 1. cap. 6. illum ait, "dispares deos constituere; alterum judicem ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, et tantummodo bonum atque optimum." POTT.

175, 22. καὶ ὁ φοβούμενος] Καὶ ὁ φοβούμενος τὸν θεὸν ἐν καρδίᾳ Bib. vulg. καὶ ὁ φοβούμενος κύριον ἐπιστρέψει ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ MS. Alex. POTT.

175, 26. μνήσθητι ἡμῶν] Μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν, Bibl. vulg.; ἐμνήσθη ὅτι χοῦς MS. Alex. POTT.

P. 176, l. 6. οὐδὲ μὴν] Ignatius Epist. ad Magnesios c. 10: Ἂν γὰρ ἡμᾶς μιμήσεται, (Deus sc. malo malum compensans) ... οὐκ ἔτι ἐσμέν. Clemens Strom. 7. p. 873. Οὐδενὶ μὲν ἀντικεῖσθαι λέγομεν τὸν θεὸν, οὐδὲ ἐχθρὸν εἶναί τινος· πάντων γὰρ κτίστης, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὑποστάντων, ὃ μὴ θέλει. POTT.

176, 11. ἐν ἀρχῇ] Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, Joann. POTT.

176, 21. τὸ δὲ ἀγαθὸν] Stoicorum more loquitur. Sextus Empiricus lib. 10. adv. Mathematicos p. 442. Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ ... ὁρίζονται τἀγαθὸν τρόπῳ τῷδε· Ἀγαθόν ἐστιν ὠφέλεια ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας. Conf. idem Hypotyposeon 3, 20; Diogenes Laertius 7, 94. POTT.

P. 177, l. 2. *τὸ δὲ ἀγαθὸν εἶναι*] *εἶναι* supervacanea est vox, et fortasse e sequentibus periochis irrepsit, in quibus bis *τῷ ἀγαθὸν* postposita est. Sensus est: 'Bonum autem non dicitur esse bonum, eo quod virtutem habeat: quemadmodum etiam justitia non dicitur esse bonum, quod habeat virtutem, cum sit ipsa virtus; sed quod ipsa ex se et per se bona sit.' POTT.

177, 7. *πάντα*] Post *πάντα* Hervetus interpres subaudit *ἐστίν*: *quae quidam omnia est justitia.* SYLB.

177, 15. *πῶς οὖν*] Marcionitarum quaestio. Irenaeus 3, 42. "Rursus ut increpativum auferrent a Patre, et judiciale, indignum id Deo putantes, et sine iracundia et bonum arbitrantes se adinvenisse Deum, alterum quidem judicare, et alterum quidem salvare dixerunt, nescientes utrorumque auferentes sensum et justitiam." Conf. Tertullianus adv. Marcionem 2, 11. et sq. POTT.

177, 22. *χειρουργία*] Tertullianus adv. Marcionem 2, 16. "Non poterunt judici exprobrari, quae judici accedunt, carentia et ipsa culpa, sicut et judex. Quid enim si medicum dicas esse debere, ferramenta vero ejus accuses, quod secent, et inurant, et amputent, et constrictent? quando sine instrumento artis medicus esse non possit." POTT.

177, 23. *ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας*] *Ἀπόστασις* idem est quod *ἀπόστημα, suppuratio, abcessus* humorum, quos chirurgi a corpore *τομῇ διαιρεῖν, sectione abstrahere,* solent. Hinc *τὰ πάθη,* quae resecare oportet, *τῇ ἀποστάσει* comparat. Sylburgius ait "*Ἀληθείας πάθη,* si vera est scriptura, dici videntur quae a corrupta veritate proficiscuntur vitia: *ἀπειθείας* ad praecedens *ψυχὴ* minus quadrat." Lowthius dicit, "Quid si legatur *ἀτιμίας,* e Rom. 1, 26. Stanleius Comment. in Aeschyli Sept. 599: 'Legendum, inquit, *τὰ βάθη,* ad exemplum Joannis in Apocalypsi, qui *τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ* nominat. Pindarus Nem. 4. *φρένα βαθεῖαν* vocat: et *βαθύφρονα* sapientem.' Porro, ut meam tandem sententiam exponam, vulgata lectio satis commode retineri posse videtur si *ἀληθείας* non ad *τὰ πάθη,* quod faciunt eruditi viri jam memorati, sed ad *ἀπόστασις* referamus: *Ἀπόστασις δὲ τὰ πάθη τῆς ἀληθείας, sunt autem perturbationes abcessus veritatis.*" POTT.

P. 178, l. 15. *καὶ ἐγκωμιαστικὸν*] Commation hoc omisit Hervetus interpres, et certe superfluum est: aut pro *ἐγκωμιαστικὸν* reponendum *ἐπιτωθαστικὸν,* vel simile quid. SYLB. Forte *ἐγκωμιαστικὸν* in margine annotatum, postea in textum irrepsit: dein *καί* connexionis gratia additum est. POTT.

178, 27. *καθάπερ νεκροὺς*] Haec verba, si ad ea quae sequuntur referantur, hunc sensum dabunt, "Et quos reprehensio non provocavit ad salutem, eos tanquam mortuos, convitia excitant ad veritatem." POTT.

P. 179, l. 1. *καὶ διδάσκων*] *Ὁ διδάσκων* Ecclesiast. POTT.

179, 6. *οὕς*] Sic A., corruptum fortassis ex abbreviato *ὁ κς,* id est *ὁ κύριος.* Mox *εἶπεν* congruentius quam *εἰπών.* SYLB.

179, 10. *καρποφοροῦν καθαίρει*] *Καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτό, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ,* Evang. POTT.

179, 15. *μεθαρμοζομένου*] A. *μεθαρμοσαμένου* mavult, forma media. SYLB.

179, 18. *θαρρεῖτε, ἕνεκεν*] *Θαρσεῖτε, ἕνεκεν γὰρ τοῦ πειράσαι* Exod. Mox *παρεγεννήθη ὁ θεὸς παρ' ὑμᾶς ὅπως.* SYLB.

187, 22. *ἐχρεμέτιζεν*] *Ἐχρεμέτιζον* Bibl. Graec. Mox *ἔθνει τοιούτῳ* pro *λαῷ τῷ τοιούτῳ* ibid. POTT.

187, 24. *φόβος*] Respicit Prov. 1, 7. *ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου.—εὐσέβεια δὲ εἰς θεὸν, ἀρχὴ αἰσθήσεως.* Mox *οὐ μὴ ἐπισκέψομαι* pro *οὐκ ἐπισκέψομαι* Bibl. Graec. POTT.

P. 188, l. 1. *καὶ ὁ λαὸς*] *Ὁ λαὸς ὁ μὴ συνιὼν συνεπλέκετο μετὰ πόρνης* Bibl. Graec. POTT.

188, 5. *ὁ ὁρῶν*] Philo Judaeus De confusione linguarum p. 358. *προσονομάζεται γὰρ Ἑβραίων γλώττῃ τὸ ἔθνος Ἰσραὴλ, ὅπερ ἑρμηνεύεται ὁρῶν θεόν.* Idem alias non semel affirmat. Conf. Strom. 1. p. 333. et quae ibi annotata sunt. Item quae superius p. 132. POTT.

188, 20. *τάδε*] Abest a Bibl. Graec. POTT.

188, 22. *ἀναστομῶν*] Legendum videtur *ἐπιστομῶν*, vel potius *ἐπιστομίζων*. LOWTH. Sed *ἀναστομῶν* simili sensu alias usurpatur. POTT.

P. 189, l. 4. *πλείω ἡ γῆ*] *Πλεῖον σφάδρα, λέγει κύριος* Bibl. Graec. Mox *λαός μου* pro *λαὸς οὗτος* ibid. Dein *ὕδατος ζωῆς καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους* ibid. POTT.

189, 7. *συσχεῖν*] *Συνέχειν* Bibl. Graec. POTT.

189, 9. *ἠτίμασαν*] *Ἐταπείνωσαν αὐτήν· εἶδον γὰρ τὴν ἀσχημοσύνην* Bibl. Graec. POTT.

189, 13. *μου*] Abest a Bibl. Graec. POTT.

189, 15. *παιδεύει*] *Ἐλέγχει* Bib. Graec. vulg.; sed *παιδεύει* habet MS. Alex. et alia quaedam exemplaria, item Apostolus Heb. 12, 6. Chrysostomus in psal. 110. et Catena Graecorum in Proverb. Joannes in Apocal. 3, 19. utrumque verbum conjunxit: *Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω.* Clemens Romanus sub finem Epist. 1. ad Corinth. *παιδεύει* scripsit; quem locum Clemens noster respexisse videtur. Ejus verba sic se habent, *ἡ νουθέτησις, ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστι, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ· οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος Λόγος· παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. παιδεύσει με γάρ, φησὶν, δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με· ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου.* POTT.

189, 16. *ἁμαρτωλὸς ἄνθρωπος*] *Ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς* Ecclesiast. Mox *παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με* ibid. et Clemens Roman. POTT.

τὰ ἡδέα τῶν ὑγιεινοτέρων προτιμῶν· καὶ ὁ μὴ νέμων τὰ ἴσα τοῖς συνεσθίουσιν. POTT.

P. 224, l. 4. πίνετε] Εἴτε τι ποιεῖτε addit Paulus. POTT.

224, 6. εὐλογήσας] Mentio fit ἰχθύος ὀπτοῦ, Luc. 24, 42. et ὀψαρίου ἐπικειμένου ἀνθρακιᾷ, Joan. 21, 9; sed neutro loco memoratur ἡ εὐλογία. Vicissim alibi memorantur pisces, quos ηὐλόγησε Christus, Matth. 14, 19; 15, 36; sed ibi τοῦ ὀπτοῦ nulla mentio est. Clemens diversa loca commiscuisse videtur. POTT.

224, 16. ἐπιλύσεις vocat interpretationes allegoricas. POTT.

224, 24. ταχὺ] Cum dicto de licentia congruit Plutarchi hoc p. 370. μέγας οὖν ὁ κίνδυνος βούλεσθαι ἃ μὴ δεῖ, τὸν ἃ βούλεται ποιεῖν δυνάμενον. H. SYLB.

P. 225, l. 6. τό γε] Τό γε pro ὅ γε, seu ὅτι γε positum videtur: aut ἐστιν pro ἐς ταῦτα, vel alio ejusmodi: nisi potius legendum, τό γε ἐσθίειν ἐπιτήδειον, *quod esui aptum est*. SYLB.

225, 8. οὐ βλέπων] Respicit caeci Pluti fabulam. POTT.

225, 17. ἐμπίπλαται] Ἐμπιπλᾷ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· ψυχαὶ δὲ ἀσεβ. Bibl. Graec. POTT.

225, 22. ἀναπείθει] Post hanc vocem ex Plutarcho p. 76, 6. addere possumus, καὶ τῶν πομάτων ὅσα πίνειν μὴ διψῶντας· ubi Socrati hoc sanitatis praeceptum ascribitur. H. Sic certe infra Strom. 2. p. 177, 41. SYLB. Idem Socratis dictum recitavit etiam Theodoretus De curandis Graecorum affect. serm. 12. p. 672. POTT.

225, 24. λαχάνων ἕνια] Primo suspecta mihi haec lectio fuit: non enim ἕνια, sed πάντα λάχανα, ut mox ἐψήματα παντοδαπά, dicendum erat. Ejus loco substitui possit, λάχαν' ὤνια, *olera venalia*: vel λάχαν' ἔνι, i. e. ἔνεστι, *olera insunt*, nempe τῇ εὐτελείᾳ σώφρονι, ut modo dictum est. Item paulo post, pro ζωμῶν ἄνευ, legi non incommode possit, οὐ ζωμῶν ἄνευ. Quod quidem auctoris proposito magis convenire videtur. Sed nihil mutare volui, quia Clemens antiquioris cujusdam auctoris verba hic recitare videtur; quae quamvis ejus sententiae magna parte conveniant, tamen alia continent, quae ad rem parum faciunt. Paria habet Musonius, quae paulo post recitabuntur. POTT.

225, 25. ζωμῶν ἄνευ] Isaacus Casaubonus Animadvers. in Athenaeum 4, 6. dicit 'Tenuis mensae cibos enumerans ait, βολβοὶ . . . ἐψήματά τε παντοδαπὰ ζωμῶν ἄνευ· κἂν ὀπτοῦ δέῃ κρέως, ἢ ἑφθοῦ, μεταδοτέον. Separat Clemens ἐψήματα et ζωμούς, et statim addit, *sin carnibus sit opus*: unde clarum est ζωμούς id esse, quod diximus. Sed non ferenda est menda, quae optimi scriptoris sententiam corrumpit. Nam scribendum est, κἂν δέῃ κρέως, ὀπτοῦ μᾶλλον ἢ ἑφθοῦ μεταδοτέον. Ita scribendum declarant quae sequuntur: affert enim exemplum discipulorum Domini Jesu Christi, qui illi, post resurrectionem cibum petenti, dederunt ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος.' POTT.

P. 226, l. 6. ὅσα εἶπεν] Id est, quae prius ante mortem dixerat. Sic enim refert Lucas, Εἶπε δὲ αὐτοῖς, Οὗτοι οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν. Vel potius, his verbis auctor eorum quae apud Lucam dicit Christus, repetitioni supersedere se velle innuit. POTT.

226, 7. τῶν γάρ τοι] Haec farrago sunt e diversis auctoribus congesta: similia sunt illa Musonii, quae recitavit Stobaeus serm. 17. p. 160. Ὡς χρὴ καθάπερ τὴν εὐτελῆ τῆς πολυτελοῦς τροφὴν προτιμᾶν, καὶ τὴν εὐπόριστον τῆς δυσπορίστου, οὕτω καὶ τὴν σύμφυλον ἀνθρώπῳ. τοιαύτην δὲ

*εἶναι σύμφυλον ἡμῖν τὴν ἐκ τῶν φυομένων ἐκ γῆς, ὅσα τε σιτώδη ὄντα, καὶ ὅσα μὴ τοιαῦτα ὄντα δύναται τρέφειν καλῶς τὸν ἄνθρωπον· καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ζώων οὐκ ἀναιρουμένων, ἄλλως δὲ χρησιμευόντων. τούτων δὲ τῶν βρωμάτων ἐπιτηδειότατα μὲν οἷς αὐτόθεν χρῆσθαι ὑπάρχοι δίχα πυρὸς, ἐπεὶ καὶ ἑτοιμότατα· οἷα δὴ τά τε ὡραῖα, καὶ τῶν λαχάνων ἔνια, καὶ γάλα, καὶ τυρὸς, καὶ κηρία· καὶ ὅσα μέντοι δεῖται πυρὸς, ἢ σιτώδη, ἢ λαχανώδη ὄντα, καὶ ταῦτ' οὐκ ἀνεπιτήδεια, ἀλλὰ σύμφυλα ἀνθρώπῳ πάντα. τὴν μέντοι κρεώδη τροφὴν θηριωδεστέραν ἀπέφηνε, καὶ τοῖς ἀγρίοις ζώοις προσφορωτέραν. εἶναι δὲ ταύτην ἔλεγε καὶ βαρυτέραν, καὶ τοῦ νοεῖν τι καὶ φρονεῖν ἐμπόδιον· τὴν γὰρ ἀναθυμίασιν τὴν ἀπ' αὐτῆς, θολωδεστέραν οὖσαν, ἐπισκοτεῖν τῇ ψυχῇ.* POTT.

226, 10. *φλεγμαινούσας*] Nempe ab effectu, quod ejusmodi mensae *φλέγμα* excitent. Est autem *φλέγμα, καῦμα, ἐμπρησμός*, ut ait Pollux 9, 156. Antiphanes, frugalem vitam describens, ait :

*Τοιοῦτος ὁ βίος ἀπύρετος, φλέγμ' οὐκ ἔχων.*

Athenaeus priscorum aetatem, qua viri ac feminae absque sceleris periculo simul lavabantur, vocat *ἀφλέγμαντον βίον, vitam absque flamma.* POTT.

226, 12. *δαίμων*] Solent antiqui Patres vitia daemones vocare. Sic Hermas Pastor. lib. 2. mandat. 2. *Καταλαλιὰ, ἀκατάστατον δαιμόνιον.* 'Detractio, inconstans daemonium est.' Ibid. mand. 10. cap. 10: 'Tristitia enim omnium spirituum nequissimus est.' Lib. 3. simil. 9. cap. 22. 'Magnum enim daemonium est, audacia et confidentia inanis.' Similia alibi habet. Auctori Recognitionum 2, 25. 'ignorantia' est 'daemon pessimus;' Eusebio Pr. Ev. 9, 2. voluptas *αἰσχρὸς καὶ ἀκόλαστος δαίμων, αὐθαίρετος δαίμων*· Basilio in ebriosos, et Chrysostomo homil. 1. ad populum Antiochenum, et 29 in Genesin, ac libro Quod nemo laeditur nisi a seipso, cap. 5. ebrietas *αὐθαίρετος δαίμων*. Nempe quemadmodum in genere daemonum artibus omne vitium ac nequitiam imputabant, sic vitiorum singulis speciebus certos daemones praeesse credebant. Origenes homil. 15. in Jesum Nave : 'Unde mihi videtur, inquit, esse infinitus quidam numerus contrariarum virtutum, pro eo quod per singulos pene homines sunt spiritus aliqui, diversa in iis peccatorum genera molientes. Verbi causa, est aliquis fornicationis spiritus; est irae spiritus alius; est avaritiae spiritus, alius vero superbiae. Et si invenias esse aliquem hominem, qui his omnibus malis, aut etiam pluribus agitetur, omnes hos vel etiam plures in se habere inimicos putandus est spiritus. Unde et per singulos plures esse credendi sunt; quia non singula singuli homines habent vitia, vel peccata committunt, sed plura ab unoquoque videntur admitti. Et iterum non est putandum, quod unus fornicationis spiritus seducat eum, qui, verbi gratia, in Britanniis fornicatur, et illum qui in India, et in aliis locis; neque unum esse irae spiritum, qui diversis in locis diversos homines agitet : sed puto magis principem quidem fornicationis spiritum unum esse, innumeros vero esse qui in hoc ei officio pareant; et per singulos quosque homines, diversi spiritus, sub eo principe militantes, ad hujuscemodi eos peccata sollicitent. Similiter et iracundiae spiritum unum esse arbitror; innumeros vero esse sub ipso agentes, qui per singulos quosque homines hujusmodi peccata succendant. Similiter et avaritiae unum esse principem, sic superbiae, et caeterorum malorum,' etc. Alia praeterea hanc in rem aliorum testimonia congessit Cotelerius, commentario in Hermae locum primo memoratum. Denique, non est hoc

loco praetereundum, antiquos etiam putasse, bonos angelos singulis virtutibus ac rebus a Deo praefectos. 'Angelus poenitentiae' ab eodem Herma memoratur prooemio lib. 2. lib. 3. simil. 9. cap. 14, 23, 24. et alibi. Item 'Pastor et nuntius praepositus poenae' Mand. 5. c. 1; 'Nuntius aequitatis' simil. 6. cap. 2; *Ἄγγελος ἐπὶ τῆς εἰρήνης*, 'angelus paci praepositus,' Constitut. apost. 8, 36. et 37; angeli mortis ibid. cap. 41. Angelum orationis memorat Tertullianus De oratione cap. 12; angelos matrimonii idem Ad uxor. 2. cap. ult.; angelum baptismi, idem De baptismo cap. 4. et 5; angelum puerperii idem De anima, c. 37. POTT.

226, 19. *ἄνευ κρεῶν*] Carnibus animantium abstinet etiam Jacobus Justus apud Eusebium H. eccl. 2, 23; Epiphanium Haeres. 78. n. 13; Hieronymum in Catalogo, ex Hegesippo. Petro 'panis solus cum olivis, et raro etiam cum oleribus in usu' fuisse dicitur, Recognit. 7, 6. Eidem victus e lupinis tribuitur a Gregorio Nazianzeno carmine 18. Sed Epiphanius Haeresi 30. c. 15. videtur existimare, Petri abstinentiam ab animatis et carne, figmentum esse Ebionitarum, qui Periodos Petri depravarint: et Clemens ejus nullam aliam abstinentiam hic memorat quam a suilla, de qua Lucas Act. 10. cujus verba *διὰ μνήμης*, adeoque minus accurate mox recitat. POTT.

P. 227, l. 3. *τὰ εἰσερχόμενα*] *Τὸ εἰσερχόμενον* Matth. Mox Geneseos sensum, mutatis verbis, exhibet. POTT.

227, 4. *ἀλλὰ ἡ περὶ τῆς ἀκρασίας δ. κ.*] 'Sed intemperantiae vana opinio.' Quod quia parum appositum ad mentem auctoris esse videret Hervetus interpres, vertit, 'sed in intemperantia inanis exercitatio.' Quae interpretatio uti nihil ad rem facit, sic neque Clementis verba eam ferre possunt. Scribendum igitur, levi mutatione unius vocis facta: *Ἀλλὰ ἡ περὶ ἀκαθαρσίας διάληψις κενή*· 'sed de impuritate vana opinio.' Vult enim auctor non ipsos cibos, sed falsam de eorum impuritate opinionem comedentium conscientias polluere. POTT.

227, 6. *λάχανα*] Subaudiendum *προελέσθαι μᾶλλον*, vel simile quid. Allusio esse videtur, ut adnotat A., ad Proverb. 15, 17. *κρείσσων ξενισμὸς μετὰ λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν ἢ παράθεσις μόσχων μετὰ ἔχθρας.* SYLB.

227, 14. *παραγγέλλεται*] De causis cur Deus Judaeis abstinentiam a quibusdam cibis praeceperit, copiose agit Joannes Spencerus De legibus Hebraeorum lib. 1. cap. 5. Deum hac arte temperantiam eos docuisse cum Clemente sentit Tertullianus Contra Marcion. 2, 18. et Novatianus lib. De cibis Judaicis cap. 4. POTT.

P. 228, l. 12. *Ἑβραϊκῆς*] Conf. quae infra dicuntur Strom. 1. p. 321. POTT.

228, 15. *μόνον κοιμώμενον*] *κοιμώμενον μόνον* Plato.

228, 16. *τῷ βίῳ*] Sic etiam apud Athenaeum 12. p. 527. c. Libri Platonis male *τῶν βίων*.

228, 19. *οὔθ' οὕτω θαυμαστὴ φύσις κρατηθήσεται*] Apud Platonem *οὔθ'* (libri meliores *οὐχ*) *οὕτω θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται*.

P. 229, l. 1. *λάγανον ἀπὸ τηγάνου*] Vide Paralip. 1, 16, 3. POTT.

229, 2. *σώφρων οὐδ' ἂν μελήσαι*] Procul dubio legendum, *σώφρων δ' οὐκ ἂν μελλήσαι* (seu *μελλήσειε*) *ποτὲ γενέσθαι*. SYLB. Vel *μελετήσαι*. POTT. Haec verba apud Platonem sic leguntur, *σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι* (libri deteriores *μελλήσει*) *ποτὲ γενέσθαι*.

229, 4. ὄνῳ] Athenaeus 7. p. 315. Ὄνος, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ ζωϊκῶν, ἔχει στόμα ἀνερρωγὸς, καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει, καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους ἐμφερεῖς μύλαις. Aelianus N. A. 5, 20. et 6, 30. Ὁ ὄνος ἔχει ἰχθύων μόνος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν. Hoc verum non esse contendit Rondeletius 9. c. 9. De piscibus. Nam si κοιλίας nomine cavitatem illam intelligit, quae diaphragmati subest, αὐτοψία id falsum esse convincit; sin eam etiam cavitatem, quae superior est diaphragmate, eadem in parte cor habet, qua alii omnes pisces. Salvianus historia 11. secus etiam esse crebra sectione se didicisse testatur in minoribus: eodem enim in loco, quo et pisces reliqui habet. Mercurialis Var. lect. 4, 16. 'Ego autem, inquit, cum intelligam fieri non posse ut cor ibi sit, ubi cibi coquuntur, philosophum adeo stupidum fuisse, ut id putaret, nunquam crediderim; idcirco si id unquam scripsit Aristoteles, nihil aliud significare voluit quam immensam ejus animalis voracitatem, magnamque respectu stomachi cordis amplitudinem. Sicuti namque eos, qui ventrem fere non habent prominentem, dicimus in dorso illum gerere, similiter piscem, qui magnum stomachum haberet, cor pusillum, dixit Arist. in ventre cor habere.' COL.

229, 7. ἐκτραπελόγαστρον] Est qui ventrem habet a communi naturae ordine alienum. POTT.

229, 17. ὀλίγον] Chrysostomus ad haec Pauli verba annotat: Οὐ μὴν ἀνῆκεν αὐτὸν ἀνέδην ἐμφορεῖσθαι, ἀλλ' ὅσον πρὸς ὑγείαν, οὐ πρὸς τρυφήν. POTT.

P. 230, l. 3. ὁ μέγας βότρυς, ὁ λόγος ὁ ὑπὲρ ἡμῶν θλιβεὶς] Syntaxis legi suadet, τοῦ μεγάλου βότρυος, τοῦ λόγου, τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν θλιβέντος. LOWTH.

230, 5. τοῦ λόγου] Hunc genitivum Hervetus per appositionem cum τοῦ αἵματος conjungit: sic enim vertit: '*Cum sanguis uvae, Verbum scilicet, aqua temperari voluerit.*' De magno autem botro historia est Numer. 13. SYLB. Porro alludit auctor ad eucharistiam, in qua non purum vinum, sed aqua temperatum, praeberi solebat. Temperatum etiam in conviviis ethnici plerique potabant. Ii quibus merum bibere mos erat, infames habebantur: quales Thraces ac Scythae fuere. Conf. Archaeologiae Graecae 4, 18. Temperatum etiam in Judaeorum Paschate adhibitum refert Maimonides lib. De solemnitate paschali cap. 7. Quod Christus hunc ritum in coenam suam transtulerit, tradit Irenaeus 4, 57. 'Accipiens panem, suum corpus esse confitebatur: et temperamentum calicis, suum sanguinem confirmavit.' Veterem Ecclesiam temperato eucharistiam celebrasse ter dicit Justinus martyr Apol. 1. p. 125, 128, 131. edit. Oxon. Unde κεκραμένον ποτήριον vocat Irenaeus sanctum poculum 5, 2. Cyprianus utriusvis, sive vini, sive aquae defectum reprehendit epist. 63. 'In sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest.' Reliqua ejusdem aliorumque veterum testimonia praetereo. POTT.

230, 6. διττὸν δέ] Sixtus Senensis lib. 6. Biblioth. sanctae annotat. 289. cum hoc Clementis loco alterum Hieronymi confert ab Herveto in commentario citatum, et ad utrumque interpretandum adjungit verba Magistri Sentent. l. 4. dist. 8. docentis, 'verba Hieronymi esse interpretanda per regulam de sacramento et re sacramenti, qua docemur, duplicem esse carnem Christi, alteram eucharistia contentam et signi-

ficatam, quae crucifixa est et mortua, et post mortem rediviva in coelum ascendit; alteram vero eucharistia significatam et non contentam, quae est unitas Ecclesiae in praedestinatis et glorificatis.' COL. Clemens duplicis tantum sanguinis Christi meminit: quorum alter σαρκικός, 'carnalis,' ac verus est, quo in cruce effuso τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα, 'a morte redemti sumus;' alter vere improprius et 'spiritualis,' quo hausto ἀφθαρσίας μεταλαμβάνομεν, 'immortalitatem participamus;' nempe S. Spiritus gratia, quae sacram eucharistiam digne percipientibus immortalitatem largitur: unde paulo post iterum dicitur Πνεῦμα εἰς ἀφθαρσίαν ὁδηγεῖν, 'Spiritum ad immortalitatem ducere.' Conf. quae superius dicta sunt ad p. 126. POTT.

230, 15. ποτοῦ τε καὶ λόγου] Dicit Logon in eucharistia vino admistum esse: et superius dixit ἰσχὺν Λόγου esse πνεῦμα, ὡς αἷμα σαρκός: unde paulo post addit, hominem, qui eucharistiam digne participat, esse θεῖον κρᾶμα, quippe quem Deus Πνεύματι καὶ Λόγῳ, aduniverit, et quodammodo admiscuerit. Credebant enim ex antiquis nonnulli, divinum Christi Spiritum in panem et vinum, sacerdote gratias agente, coelitus demitti: atque inde praeterea esse, quod eucharistia dicatur caro et sanguis Christi; nempe quod ejus Spiritus iis inesset. Irenaeus 5, 2. Ὅπότε οὖν καὶ τὸ κεκραμένον ποτήριον, καὶ ὁ γεγονὼς ἄρτος, ἐπιδέχεται τὸν Λόγον Θεοῦ, καὶ γίνεται ἡ Εὐχαριστία σῶμα Χριστοῦ. Paulo post addit, Προσλαμβανόμενα τὸν Λόγον τοῦ θεοῦ, Εὐχαριστία γίνεται, ὅπερ ἐστὶ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. POTT.

P. 231, l. 1. πῦρ ἐποχετεύοντας] Phrasis e Platone sumpta, cujus verba, quia quaedam alia ex iis hoc capite recitavit Clemens, integra hoc loco apposuisse haud abs re fuerit, ex Leg. 2. p. 666. Ἆρ' οὐ νομοθετήσομεν πρῶτον μὲν τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τὸ παράπαν οἶνου μὴ γεύεσθαι, διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ἐχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, πρὶν ἐπὶ τοὺς πόνους ἐγχειρεῖν πορεύεσθαι, τὴν ἐκμανῆ εὐλαβούμενοι ἕξιν τῶν νέων· μετὰ δὲ τοῦτο οἴνου μὲν δὴ γεύεσθαι τοῦ μετρίου μέχρι τριάκοντα ἐτῶν, μέθης δὲ καὶ πολυοινίας τὸ παράπαν τὸν νέον ἀπέχεσθαι· τετταράκοντα δὲ ἐπιβαίνοντα ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσσιτίοις εὐωχηθέντα, καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδιάν, ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην γίγνεσθαι, μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον, καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι. POTT.

231, 11. τὸν κόσμιον] Id est 'honestum ac moderatum' hominem. Hervetus interpres legisse videtur τὸ κόσμιον. Mox τὸ γλεῦκος vocat fervorem juventutis, τὴν ἔκζεσιν. POTT.

231, 15. ἀπειλῆς] Id est ignis ac fervoris: nam paulo ante dixit πυρὸς ἀπειλήν. Ἀντιφάρμακον vocat aquam, quae vim vini restinguit. POTT.

231, 20. οἷς κατάλληλον] Id est 'quibus convenit prandium.' Nonnulli enim tantummodo coenabant. Conf. Archaeologiae Graecae 4, 16. POTT.

P. 232, l. 12. τῷ οἴνῳ] E praecedente membro subaudiendum ὑποτρέφειν δεῖ, vel extrinsecus subintelligendum χρηστέον, aut simile quid. SYLB.

232, 14. τοῖς δὲ] Plato Leg. 2. p. 666. ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυσθυμίας λήθην

γίνεσθαι. Athenaeus l. 2. 'Zeno Citieus durus et iracundus, multo vini haustu cum placidus fieret, interrogatus, Quid ita ingenium mutaret? id accidere sibi respondit, quod lupinis, priusquam madefiant aqua amarissimis, posteaquam macerati sunt, et appoti, dulcissimis et mitissimis.' COL.

P. 233, l. 1. ἀκροθώρακα] Parenthesim istam, ἀκροθώρακα τοῦτον καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, Hieronymus Mercurialis Variar. lect. 4, 6. ex margine in contextum irrepsisse putat, in eamque sententiam inclinat etiam A. Sunt tamen apud Clementem etymologiae, et alia ejusmodi grammatica passim obvia; ut de ἀσώτοις supra p. 62, 13. imo etiam διττογραφίας, seu variantis scripturae adnotatio ab eo non neglecta est, ut p. 210, 29. 250, 13. 279, 27. SYLB. Aristotelem in 3. problem. 2. manifestum est eos ἀκροθώρακας vocasse, qui leviter inebriati delirant, quive de rebus judicium ferre tentant, sed aberrant, quasi medii inter sobrios et temulentos. Erotianus in Onomastico ἀκροθώρακας etiam eos appellatos subjungit, qui non multum vino repleti sunt. Plutarchus in Symposiacis Aristotelis sententiam examinans, idem sentire videtur. Itaque non video cur Alexand. Clemens diversa sentiens, ἀκροθώρακα rationem et memoriam minime offensas gerere scribat, quo in loco verum illius vocis usum ab eo ignoratum perspicitur, nisi vitiosum contextum esse, et ea verba ab aliquo ignaro primum in margine scripta, deinceps a librario inepte inserta fuisse velimus. Mercurialis 4, 6. Var. lect. Budaeo ἀκροθώρακες dicuntur, qui leviter appoti sunt, quasique pectore tenus vino imbuti. COL.

233, 9. πρῶτον] Haec ex Platone videntur excerpta De Leg. 1. p. 649. Πιόντα τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν αὐτοῦ ποιεῖ πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον. Clemens, Οἶνος γὰρ πρῶτον μὲν αὐτὸν αὐτῷ (lege αὐτοῦ) ἵλεων ποιεῖ τὸν πίνοντα μᾶλλον ἢ πρότερον. 'Aequum et clementem' vertit Hervetus: at ἵλεως etiam ἱλαρόν significat. Athenaeus lib. 8: 'Quod vero ἵλεων et ἱλαρόν eadem vocabuli notione dicerent, ostendit Ephippus. Protinus hilarem facit, molestiam abstergit omnem, redditque ἵλεων.' COL.

233, 13. αἰσχρὰ] Αἰσχρά agnoscit etiam Herveti versio. Sed verius fortasse γλίσχρα, *lenta et viscida*. SYLB.

233, 16. ἀγαλλίαμα—] Διὰ μνήμης Ecclesiasticum recitat, in quo ea sententia sic se habet: Τίς ζωὴ ἐλασσουμένῳ οἴνῳ; καὶ αὐτὸς ἔκτισται εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις. Ἀγαλλίαμα καρδίας, καὶ εὐφροσύνη ψυχῆς οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης. POTT.

P. 234, l. 3. κύκλῳ] Haec pene κατὰ λέξιν ex Aristotele sumpta sunt, qui sect. 3. probl. 9. et 20. has quaestiones solvit, Διὰ τί τοῖς μεθύουσι σφόδρα κύκλῳ πάντα φαίνεται φέρεσθαι, καὶ ἤδη ἀπτομένης (μᾶλλον idem addit c. 20.) τῆς μέθης, ἀριθμεῖν (ἀθρεῖν c. 9. quod ex altero loco, itemque ex Clemente mutandum in ἀριθμεῖν) τὰ πόρρω οὐ δύναται. POTT.

234, 6. καὶ μὴν] Virgil. 4. Aeneid.

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas.

Et apud eundem, Cyclopi ebrio οὐρανὸς συμμεμιγμένος δοκεῖ τῇ γῇ φέρεσθαι. Versus autem, qui proxime citantur, Sophoclis tragici sunt, a Stobaeo citati tit. 18. De incontinentia. COL.

234, 8. πυκνότερον] Hoc non ad ea quae sequuntur, sed ad id quod praecedit pertinet: quod cum ex horum verborum serie, tum ex

Aristotele manifestum est, qui post verba paulo ante memorata statim addit: Ἢ ὅτι κινεῖται ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ οἴνου ἡ ὄψις πυκνάκις; POTT.

234, 9. ἧττον] Vox haec sensui repugnare videtur. Scribendum ἢ τήν. Similiter Aristoteles sectae superius memoratae problem. 9. διαφέρει οὖν τὴν ὄψιν οὐθὲν κινεῖν, ἢ τὸ ὁρώμενον. ταὐτὸ γὰρ ποιεῖ πρὸς τὸ φαίνεσθαι τὰ εἰρημένα. Item problem. 20. ὥσπερ οὖν ὅταν ὑποθῇ τις ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν, δύο φαίνεται, οὕτω καὶ τοῖς μεθύουσιν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἐὰν μὲν ὑποθῇ, κινῇ δὲ τὴν ὄψιν, οὐδὲ ἂν ἔξωθεν, ἢ ἔσωθεν· ἀμφοτέρως γὰρ τὸ αὐτὸ πάσχει ἡ ὄψις, ὥστε οὐ δόξει μένειν τὸ ὁρώμενον. POTT.

234, 15. πᾶς] Hunc locum recitant Antonius et Maximus serm. 68. tit. De ebrietate, hoc modo, πᾶς γὰρ οἰνώδης, κατὰ τὴν τραγῳδίαν, ἧττων μὲν ὀργῆς ἐστι, τοῦ δὲ νοῦ κενός. POTT.

234, 20. οἶνος] Imperfecte recitat Ecclesiast. cap. 31, 29, 30. Πικρία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολύς· ἐν ἐρεθισμῷ καὶ ἀντιπτώματι πληθύνει μέθη θυμὸν ἄφρονος εἰς πρόσκομμα. POTT.

P. 235, l. 5. εὐωχία] Athenaeus l. 8: Εὐωχίας quidem non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quo vocabulo indicatur *alimentum*, nuncuparunt, sed quod in iis *recte omnia* fierent. Nam ad epulas convenientes, primum deos venerabantur, deinde ad animi remissionem ac hilaritatem se traducebant, potionem τὴν μέθην appellantes. COL.

235, 11. σοφία] Conf. quae de hac definitione dicentur infra, Strom. 1. p. 333. Eandem iterum tradit auctor Strom. 4. p. 638. 6. p. 807. 823. 7. p. 874. POTT.

235, 21. ἡμιμεθεῖς] Hervetus vertit *semimortuos* ἡμιθανεῖς. SYLB. De philotesiis conf. Archaeologiae Graecae 4, 20. POTT.

P. 236, l. 10. κάρα πάλλειν] Hesychius ad hoc etymon allusit, Κραιπάλη ἡ ἀπὸ τῆς μέθης κεφαλαλγία. Item Suidas, a quo κραιπάλη dicitur, ὁ ἐκ πολλῆς οἰνώσεως παλμός· ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν τοὺς μεθύοντας. POTT.

236, 16. κρεῶν] κρεῶν τε Bibl. Graec. POTT.

236, 20. φησὶν] Sc. Solomon loco superius memorato. Haec porro non sunt Scripturae verba, ut hactenus quidem existimata sunt, sed Clementis. POTT.

P. 237, l. 2. τίνι ἀηδεῖς] Proverb. 23, 29. ap. LXX. τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; COL.

237, 14. μὴ πίνετε] Clementis verba sensum Prov. 23, 20, 21. exhibentis. Simile est quod dicit Joel 1, 5: Θρηνήσατε πάντες οἱ πίνοντες οἶνον εἰς μέθην. Mox, κατακείσῃ pro κατάκεισαι δὲ Bibl. Graec. POTT.

P. 238, l. 5. εἴκασεν] Nempe Solomon loco jam memorato. POTT.

238, 13. μὴ μεθύσκεσθε] Rectius vulgata Bibl. transposita praepositione, μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ. SYLB. πολλῇ om. Bibl. POTT.

238, 16. πεποίηκεν] Subaudiendum ὁ κύριος. SYLB.

238, 22. σύμβολον—αἵματος] Symbolum sanguinis non est ipse sanguis. POTT.

P. 239, l. 4. οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπάρξαι καθαρὰ καὶ ξηρὰ καὶ φωτοειδής· αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη] Hervetus correxit in libro suo αὐτὴ δὲ ψυχή. Apud Stobaeum tit. De temperantia ex Heraclito profertur haec sententia: Ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου σφαλλόμενος, ὑγρὴν ψυχὴν ἔχων. αὖη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Apud eundem Flor. 17. ex Musonio citatur dictum illud, sed legitur αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. At in manuscripto Reginae correctum

est *αὕη ψυχή*. Reperitur et apud Plutarchum eadem sententia lib. De oraculorum defectu et De esu carnium: sed utrobique legendum putat *αὕη ψυχή* Henricus Stephanus. *Αὐγή* tamen retinetur a Mercuriali Var. lection. 4, 2. quo modo apud Galenum scriptum est. At apud Eusebium Pr. Ev. 8, 5. p. 399. *Λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι, διʼ ὃ καὶ Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν· αὖ γῆ* [libri quattuor *αὐγῆ*, tres *αὐγή*] *ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη*. Legendum videtur censuisse, aut legisse interpres *ἀὴρ ξηρή*, ita enim vertit: 'Aer siccior anima prudentior, atque melior.' Haec tam diversa viris doctis dijudicanda relinquimus. COL.

239, 10. *Ἀριούσιον*] Est vini Chii species. Athenaeus 1. p. 32. *χαριέστερος δʼ ἐστὶν ὁ Χῖος καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος*. Conf. Pollux 6, 15. POTT.

239, 12. *τετυφωμένον ποτόν*] Hoc est, 'vinum fastum prae se ferens:' scilicet, quod rarum sit, et nec facile, nec sine magno pretio comparari possit. Eodem sensu hac voce usus est sub finem cap. 3. hujus libri, ubi reprehendit 'divites mulieres, quod ex auro facerent urinae et excrementorum receptacula,' *ὡς μηδὲ ἀποτρίψασθαι ἐξὸν . . . . μὴ τετυφωμένως*, 'ut ne egerere quidem eis liceat absque fastu et superbia.' POTT.

239, 17. *ἀνθοσμίας*] Quidam hoc nomen ducunt a loco Anthosmio, alii ab odore. Quomodo praeparari debeat, Phanias Eresius docet apud Athenaeum 1. p. 31. POTT.

P. 240, l. 9. *οἱ πίνοντες*] Amos 6, 4. *Οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων*. Dein 6. *Οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον*. Quae Clemens conjunxit. POTT.

240, 12. *ἢ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν*] Apollodor. 1. 4, 2. *Οὗτος* (*Μαρσύας*) *γὰρ, εὑρὼν αὐλοὺς, οὓς ἔρριψεν Ἀθηνᾶ διὰ τὸ τὴν ὄψιν αὐτῆς ποιεῖν ἄμορφον, ἦλθεν εἰς ἔριν περὶ μουσικῆς Ἀπόλλωνι*. Hinc Pausanias 1, 24, 1. memorat Minervae statuam *τὸν Μαρσύαν Σειληνὸν παιούσης, ὅτι δὴ τοὺς αὐλοὺς ἀνέλοιτο, ἐρρίφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης*. Plutarchus refert Alcibiadem etiam tibias repudiasse, quod ejus faciem deformarent. POTT.

P. 241, l. 10. *ἠχρείωσεν*] *Ἀπώλεσεν* Sirac. POTT.

241, 11. *Μέθη*—] Quae sequuntur, sumpta sunt e Platonis Leg. 1. p. 637. *Μέθης δὲ αὐτῆς πέρι, πότερον ὥσπερ Σκύθαι χρῶνται καὶ Πέρσαι, χρηστέον, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι καὶ Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες πολεμικὰ ὄντα ταῦτα γένη, ἢ καθάπερ ὑμεῖς· ὑμεῖς μὲν γὰρ, ὅπερ λέγεις, τὸ παράπαν ἀπέχεσθε· Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες τῷ ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Πέρσαι δὲ σφόδρα μὲν χρῶνται καὶ ταῖς ἄλλαις τρυφαῖς, ἃς ὑμεῖς ἀποβάλλετε, ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων, ὧ λῷστε*. Conf. Archaeol. Graecae 4, 18. POTT.

241, 21. *λάβετε*] Christus de pane loquens, cum apud Matth. 26. tum apud Marc. 14. et 1 Cor. 11. hac voce usus est: *Λάβετε, φάγετε*, de vino nullibi. Verum haec, eaque quae sequuntur, *διὰ μνήμης* et minus accurate recitavit Clemens. POTT.

*τοῦτό μου*] Clementi idem est sanguis Christi et sanguis vitis. Adjicit praeterea Christum, (*εὐφροσύνης νᾶμα*) laetitiae laticem, seu vinum laetitiae effectorem (*ἀλληγορεῖν*) allegorice vocare Logon, hoc est semetipsum, qui, hoc est cujus sanguis, pro multis effusus est. Quod si Clementi idem liquor sit sanguis Christi et sanguis vitis, vino prae-

terea sanguinem Christi per allegoriam significante, apparet eum de sacramento Eucharistiae idem sensisse, quod Tertullianus, qui corpus Christi exp. figuram corporis, Adv. Marcion, 5, 40. 'Acceptum panem, et distributum discipulis corpus illum suum fecit, Hoc est corpus meum, dicendo, id est figura corporis mei,' etc. Ibid. 3, 19. 'Sic enim Deus, in Evangelio quoque vestro revelavit, panem corpus suum appellans, ut hinc jam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse,' etc. POTT.

P. 242, l. 19. *ἥτις εἴη*] Scilicet quoad muliebrem naturam. POTT.

242, 21. *οἱονεὶ—γυνή*] Haec Clementis verba sunt, non Siracidae, ut hactenus existimata fuere. POTT.

P. 243, l. 7. *ὑμῶν*] *Ἐπὶ τὸ αὐτὸ* addit Paulus. POTT.

243, 12. *κἂν τούτῳ*] Malim *κἂν τούτοις*, vel *κἂν τούτων*· nempe qui gulae et vino dediti sint. POTT.

243, 15. *ἀστραγάλων*] Eustathius ad Od. 10, 460. *Τὸ δὲ ἀστραγάλων, ὅ ἐστι σπονδύλων, ἀρχὴ τοῖς μεθ' Ὅμηρον τοῦ εἰπεῖν ὡς ὁ δεῖνα κατέαγη τῆς κεφαλῆς. τὸ μέντοι κοινότερον, ἐάγη ἀστραγάλους, ἢ κεφαλήν.* COL.

243, 18. *ποιητῶν παῖδες*] Homerum intelligit, apud quem Vulcanus haec de se loquitur Il. 1, 589.

*Ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.*
*ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα*
*ῥίψε, ποδὸς τεταγών, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.*
*πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι*
*κάππεσον ἐν Λήμνῳ· ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν.* POTT.

243, 20. *χολέρα*] *Χολέρας* Eccl. POTT.

243, 24. *οἱ σκεπάσαντες*] Scilicet Sem et Japheth, Gen. 9, 23, 26, 27. POTT.

P. 244, l. 3. *τὸ ἱκανὸν*] *Ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος, καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ ἀναπαύσεται.* At in Ecclesiastico c. 31. v. 19: *Ὡς ἱκανὸν α. π. ὀλίγον καὶ ἐ. τ. κ. α. οὐκ ἀσθμαίνει.* Aliter Latina vulgata. Sed nihil in utrovis mutandum est. Jansenius agi putat in hoc versu de victu parco et jejuno; nondum de vino. COL.

244, 13. *Θηρίκλειοι*] Conf. Athenaei Dipnosoph. lib. 11. per plura capita, Pollucis 6. cap. 16. POTT.

P. 245, l. 5. *χελώνης πεποικιλμέναι*] Legendum videtur *χελώνης πεποιημέναι*, ut infra p. 108, 28. vel *χελώνῃ* (aut *χελώναις*) *πεποικιλμέναι*. Vulgata certe lectio structuram habet duriorem. SYLB.

245, 15. *ὅσιν*] Quaedam hic omittit Clemens. Quae sequuntur ex Evangelio *διὰ μνήμης* recitat. POTT.

245, 16. *εἰ δὲ ἐπὶ γάμου*] Sic apud Tertullianum De cultu feminarum cap. 9. 'Non enim utemur nostris? quis autem prohibet uti? Secundum Apostolum tamen, qui nos uti monet mundo isto, quasi non abutamur. Praeterit enim habitus hujus mundi. Si ergo uxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum?' COL.

245, 24. *ἐγὼ δὲ*] Clarius videtur ferri lex ista Platon. Leg. 5. p. 742. *Νόμος ἕπεται πᾶσι τούτοις μηδ' ἐξεῖναι χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον κεκτῆσθαι μηδένα μηδενὶ ἰδιώτῃ.* POTT.

P. 246, l. 8. *οἱ τὸ*] *Καὶ τό* Baruch. Dein *ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον* Baruch. Dein *καὶ οὐκ ἔστιν ἐξ* ibid. POTT.

246, 14. *εἰ γάρ τοι*] Tertullianus De habitu muliebri c. 5: 'Quod

de qualitate usus gloria est auro, et argento, at quin magis ferro et aeri, quorum ita disposita est utensilitas, ut et proprias operas plures, et necessariores exhibeant rebus humanis, et nihilominus auri et argenti de sua vice accommodent justioribus causis. Nullus bidens aurum demersit in terram, nullus clavus aurum intimat tabulis. Taceo totius vitae necessitates ferro et aeri innixas.' COL.

P. 247, l. 6. *κατεγνῶσθαι*] Fragmentum H. *κατέγνωσται*, indicat. modo, signif. activa. SYLB. Perperam: nam *κατεγνῶσθαι* referri debet ad *φημί* superius positum. Sensus est: 'Cum autem pellis ad substernendum abunde sufficiat, adeo ut nec purpureis, nec puniceis opus sit, tamen eam per deliciarum, a quibus mali origo est, vesaniam prae vilitate' dico 'condemnari. Quis demum sit hic tantus error, quae pulchritudinis opinio, videte.' POTT.

247, 9. *τρυβλίῳ*] Prisci illi Graeci et Latini vasis fictilibus ac ligneis domi utebantur, cum autem alia pretii majoris publice non possiderent, ea demum in sacrificiis adhibere cogebantur. Tametsi vero tractu temporis ubi gentium opes in immensum crescerent, ea tamen vasa, quibus antiquitas necessario sacra faciebat in solemnibus ceremoniis plerumque remanserunt. Plinius H. N. 35, 12. Cicero De legibus 2: Ad divos caste adeunto, pietatem adhibento, opes amovento. Deinde locum hunc de vili catino subjungit Brodaeus Miscellan. 4, 19; idem Chrysostomus hom. 51. in Matthaeum. COL.

247, 11. *σαβάνῳ*] Hermas Pastor. lib. 3. simil. 8, 4: 'Succinge me sabano, et ministra mihi. Succinxi me sabano mundo, quod factum erat ex sacco.' Ubi Cotelerius haec adnotavit "*Sabanus*, usitata vox Graecis, apud quos, teste Isidoro 19, 26. nata est; indeque Latinis, ac Hebraeorum Rabbinis. Exponitur autem 'linteum,' seu 'linteamen,' in Glossis, in antiquo scholiaste Juvenalis ad Sat. 14, 22. et in Victore Vitensi lib. 5. De persecutione Africana. Clemens Al. Paedag. 2. utens testimonio Joannis 13, 4. ubi Dominus praecingit se linteo, pro *λεντίῳ* habet *σαβάνῳ*. Unde in Lexico Graeco-Latino veteri: *Σάβανον*, 'Sabanum, lentium:' et perperam faciunt, qui 'linteum' substituunt." POTT.

*ὁ ἄτυφος θεὸς καὶ κύριος τῶν ὅλων*] Insigne testimonium contra Arianos. nam *ὁ θεὸς καὶ κύριος τῶν ὅλων*, quibus titulis Christum ornat, apud veteres semper est supremus Deus. POTT.

247, 22. *τοῦ Χριστιανοῦ*] Congruentius *τὸν Χριστιανόν*, accusativo casu. SYLB. Nisi potius id, vel aliud ejusmodi substantivum, quocum vox *ἀκόλουθον* cohaereat, subintelligendum sit. Nam hujus periochae sensus sic se habet: 'Nam in summa, et quoad cibos, et quoad vestes, et quoad vasa, et, ut verbo omnia complectar, quoad reliqua, quae in domo sunt, omnia, Christiani hominis instituto conformem esse oportet, prout convenit personae, aetati, studio ac tempori accommodatum.' POTT.

P. 248, l. 10. *βασιλείαν*] Respicit Christi dictum in divitem, Matth. 19, 23, 24. POTT.

248, 14. *ἡ κτῆσις*] Scribendum *ἡ χρῆσις*. Sensus enim est, 'possessionem omnem esse gratia usus, usum autem gratia *τῆς αὐταρκείας*, quam ex paucis quisquam conciliare poterit.' POTT.

248, 17. *οὗτος*] Sensus est: 'Hic est, qui frumentum colligit, et horreo suo claudit, et tamen pauperior fit, qui scilicet nemini impertit.' Respicit Prov. 11, 24, 26. *εἰσὶν οἱ τὰ ἴδια σπείροντες πλείονα ποιοῦσιν·*

*εἰσὶν δὲ καὶ οἱ συνάγοντες ἐλαττοῦνται. ὁ συνέχων σῖτον ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν μεταδιδόντος.* POTT.

248, 26. *ἡ ἀκρόπολις τῆς κακίας*] Alludere videtur ad sententiam Bionis sophistae apud Stobaeum tit. 10. qui *τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι.* Phocylides,

*Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.* COL.

248, 27. *ἁπάντων*] *Πάντων* apud Paulum. Mox *ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως* ibid. POTT.

P. 249, l. 14. *ὁ μὲν . . . ὁ κῶμος*] Hoc est, 'Haec enim comessatio est tibia inebrians, oberratio ratis amatoriae, nempe moeroris.' Sed pro *ἅλυς*, quod priores editiones exhibent, vel *ἄλυς*, quod posteriores, *ἅλυσις*, *catena*, cum Herveto interpreti, tum etiam, teste Sylburgio, A. et H. placuit. POTT. De collocatione verborum v. Potterum infra ad p. 255, 16.

249, 17. *παροινία*] Hervetus dativo casu legit *παροινίᾳ*, '*cum petulantia in convivio.*' SYLB.

249, 23. *τῆς ἀπάτης*] Hoc est idololatriae, quam *ἀπάτην* vocare solet. Etenim cymbala, tympana et reliqua ejusmodi instrumenta in Bacchi aliorumque deorum festis adhiberi solebant: unde paulo post *αὐλὸν* tribui jubet *τοῖς δεισιδαίμοσιν, εἰς εἰδωλολατρείας σπεύδουσι.* POTT.

P. 250, l. 13. *Μουσικοί*] Musica delectari cervos, et tibiis, et cantionibus, quae equabus accinantur dum ineuntur, meminit Plutarchus Symposiac. 7, 5. p. 704. et in Praeceptis nuptialibus p. 138. [et Aelian. N. A. 12, 44. 15, 25. quos locos comparavit Dochnerus Quaest. Plut. 3. p. 41.] Muretus ex Gothicarum rerum scriptoribus narrat ursos ita delectari tibiarum sono, ut cum in pastores impetum facturi sunt, saepe ab eis cantu mulceantur, Var. lection. 12, 15. Olaus Magnus De gentibus Septentr. 18, 31. Quin et Aelianus N. A. 11, 28. Pythocharem tradit tibicinem concitato vehementi tibiae sono luporum impetum cohibuisse. COL.

250, 19. *Καρικῆς*] Carum musica flebilibus modis constabat. Pollux 4, 75. *λέγεται δὲ καὶ Φρύγας εὑρεῖν αὐλὸν θρηνητικόν, ᾧ κεχρῆσθαι τοὺς Κᾶρας παρ' ἐκείνων λαβόντας· θρηνῷδες γὰρ τὸ αὔλημα τὸ Καρικόν.* Unde mox dicit, *Γίγγρας δέ τις αὐλίσκος γοώδη καὶ θρηνητικὴν φωνὴν ἀφίησι, Φοίνιξ μὲν ὢν τὴν εὕρεσιν, πρόσφορος δὲ μούσῃ τῇ Καρικῇ.* POTT.

P. 251, l. 2. *αἰνεῖτε*—] Quae sequuntur e Psalmis paulum mutavit Clemens. POTT.

251, 10. *ὄργανον*] Chrysostomus in Psal. 150. *Ἀλλ' ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι διὰ πάντων τῶν ὀργάνων, οὕτως ἡμῖν παρακελεύεται διὰ πάντων τῶν μελῶν ἀνυμνεῖν τὸν θεὸν, δι' ὀφθαλμοῦ, διὰ γλώσσης, δι' ἀκοῆς, καὶ διὰ χειρός· αἰνεῖ γὰρ καὶ ὀφθαλμὸς, ὅταν μὴ ἀκόλαστα βλέπῃ· καὶ γλῶττα, ὅταν ψάλλῃ.* COL.

251, 12. *κρουόμενον*] Latius hanc metaphoram persequitur Clemens Protrept. p. 4. et Strom. 6. p. 784. POTT.

251, 21. *χρῶνται*] De musicis instrumentis, quibus Graeci veteres in praeliis utebantur, conf. Archaeologiae nostrae Graecae 3, 9. POTT.

251, 27. *παλαιῷ*] Hoc est eo, quo in Veteri Testamento Judaei usi fuisse perhibentur. POTT.

P. 252, l. 1. *τὰς πανηγύρεις*] *Ταῖς* B. et Pal. dativo casu: unde suspicetur aliquis, inquit Sylb., scriptum fuisse *ταῖς πανηγύρεσι*, quam quidem lectionem exhibet R. eamque genuinam esse probabile est: sensus

enim est, musica instrumenta non solum in bello, sed etiam in festivis solemnitatibus adhibita fuisse. POTT.

252, 8. *ὁ γὰρ λόγος ὁ τοῦ Χριστοῦ* Bibl. Vulg. POTT.

252, 14. *ἐν χάριτι* absque articulo Bibl. Vulg. Dein *ὑμῶν τῷ κυρίῳ* ib. Paulo post *ἐν λόγῳ* absque disjunctiva *ἤ* ib. POTT.

252, 17. *Πατρὶ δὲ αὐτοῦ* Bibl. Vulg. POTT.

252, 21. *ἐξομολογεῖσθε*] Fortasse rectius *ἐξομολογήσασθε*. SYLB.

252, 24. *τὸν Ἰησοῦν*] Jesum denario numero significari infra dicit Paedag. 3. p. 305. Strom. 6. p. 815. POTT.

P. 253, l. 7. *καὶ ἐξομολογήσασθε*] Imperfecte recitat Sirach. 39, 15. *Δότε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μεγαλωσύνην, καὶ ἐξομολογήσασθε ἐν αἰνέσει αὐτοῦ, ἐν ᾠδαῖς χειλέων καὶ κινύραις.* Dein c. 18. *Ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα ἡ εὐδοκία, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐλαττώσει τὸ σωτήριον αὐτοῦ.* POTT.

253, 13. *σκολιόν*] Sic nonnulli scribunt: sed melius est *σκόλιον*· habet enim haec vox accentum in antepenult. ut distinguatur ab adjectivo *σκολιόν*, observante Eustathio in Odyss. p. 1574. Porro de scoliis conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4, 20. POTT.

253, 19. *καὶ τίς—*] Sequentem sententiam nonnulli codices absque interrogatione exhibent, *Καὶ τίς ὁ ψ. χορὸς, αὐτ.* POTT.

P. 254, l. 3. *χρωματικὰς ἁρμονίας*] E musicae generibus tertium habebatur chromaticum, quod prae mollitie infame erat. POTT.

254, 4. *ἀνθοφορούσῃ καὶ ἑταιρούσῃ*] Apud veteres idem erat *ἀνθοφορεῖν* quod *ἑταιρεύειν*, quod meretrices floridis plerumque vestibus uterentur. Hinc postea Clemens 3, 2. *Ὡς τὸν δραπέτην τὰ στίγματα, οὕτω τὴν μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα.* Solon lege jussit, *τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν*, ut refert Artemidorus 2, 3. Quam legem Locrensibus imposuit Zaleucus, auctore Diodoro Siculo. Eadem apud Syracusanos obtinuit, teste Plutarcho apud Athenaeum lib. 12. et apud Lacedaemonios, ut postea refert Clemens Paedag. 2, 10. p. 233. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4, 12. POTT.

254, 17. *γελωτοποιεῖν*] Epictetus cap. 54. *ἀπέστω δὲ καὶ τὸ γέλωτα κινεῖν.* Id quippe honesto gravique viro indignum judicabant. POTT.

P. 255, l. 10. *ἐξ αὐτῶν*] Codex, qui in Novo Collegio Oxonii asservatur, aliud Fragmentum exhibet, quo continentur ea quae sequuntur usque ad haec verba in seq. capite (p. 198.) *ὀφθαλμῶν παιδαγωγήσεις; αἱ μετά*. POTT.

255, 16. *ἡ μὲν γὰρ καθ'*] A. ante *διάχυσις* interpungit, H. in tertium abhinc versum transfert, legitque, *κιχλισμὸς καὶ διάχυσις προσαγορεύεται*. Ego *ἐξήγημα*, seu glossulam, esse puto vocabuli *μειδίαμα*, desumptum ex sequentibus, ubi *διαχέαι ἡμᾶς* significat animum *χαριεντισμῷ* ita perfundere ut vultus quoque *μειδιάματι* renideat. SYLB. Transposita manifeste verba sunt, non aliter quam membra solent in luxato corpore. Cui tamen rei facile occurri potest. Nam quae tentant viri eruditi, *οὐδὲν πρὸς ἔπος*. Et certum quidem est *τὴν διάχυσιν* poni in vitio plerumque. Quam cavendum esse et Stoici praecipiunt, et veteres theologi. Et Arnobius in mystica Baubonis historia, de Cerere: 'Tum diffusior,' inquit, 'facta per risum, aspernatam sumit, atque ebibit potionem.' Caeterum hoc loco restringitur, quia *τὸ κόσμιος* additur. Quare scribe, *καθάπερ ὀργάνου κόσμιος ἄνεσις καὶ διάχυσις, μειδίαμα κέκληται*. HEINSIUS. Ego nihil mutandum sentio. Sensus est 'Illa enim vultus laetitia ac diffusio, quae moderata et harmonica est, veluti

decora quaedam musici instrumenti remissio, *μειδίαμα* vocatur.' Vox *διάχυσις* transposita est: sed ejusmodi verborum transpositiones apud Clementem frequentissimae sunt. Qualis illa est principio cap. 4. hujus libri, *ὁ μὲν γάρ ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς, ἅλυς ἐρωτικῆς σχεδίας, τῆς ἀδημονίας, ὁ κῶμος.* POTT.

255, 18. *οὕτως ἀνακέκληται*] Haec sic fortasse legentur melius, *οὕτως καὶ ἀνὰ πρόσωπον σωφρονούντων κέκληται ὁ γέλως*· ut significet, ejusmodi risum in moderati hominis vultum, et quidem absque vitio, cadere. SYLB. Facilior mutatio erit, si pro *καί* scribatur *κατά*, quae voces sunt maxime *εὐμετάβολοι*· vel si tantum *πρόσωπον* mutetur in *προσώπων*, cui emendationi occasionem praebuit codex R. in quo super poster. *o* aliquis *ω* notavit. Sensus est 'Sic vocatur in vultu modestorum hominum,' vel 'modestorum etiam vultuum, risus.' Epictetus cap. 43. jubet, *γέλωτα μὴ πολὺν εἶναι, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένον.* Ubi Simplicius, explicans quid sit *γέλως ἀνειμένος*, dicit, *ἀλλὰ μειδιάματι μᾶλλον ἐοικέναι, ἐν τοῖς χείλεσιν ὀλίγην τὴν παράλλαξιν ἐργαζόμενον.* POTT.

P. 256, l. 5. *ἀποδέχομαι γὰρ*] A. *ἀποδέχομαι γὰρ εὖ μάλα ἐκεῖνον, ὃς ἐφαίνετο μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι, ἢ τὸν μὴ βλοσυροῖσι προσώπασι μειδιῶντα.* SYLB. Ut sibi constet sententia, dele vocem penultimam, quae ex loco, qui mox sequitur, adhaesit. Quis enim *ἀορίστως* dicat, *μειδιᾶν προσώποις*; At vero *μειδιᾶν προσώποις βλοσυροῖς*, aut, ut Homerus loquitur, *προσώπασι*, est *βλοσυρῶς μειδιᾶν*. Nolo enim in re levi me excruciare, quod fecisse alios video. Studiosus enim aliquis Clementis, cum legisset in hoc loco *προσώπασι*, quod novum illi videbatur et inusitatum, in margine annotarat *τὸ προσώποις*. Exempla rei ejusdem passim in Clemente occurrunt. HEINSIUS.

256, 13. *ἀνθρώπινον, οὐ λογισμοῦ τεκμήριον*] A. et C. cum Herveto interprete, *ἀνθρωπίνου λογισμοῦ τεκμήριον*. SYLB.

256, 17. *οὔτε μὴν*] In eandem sententiam Salvianus lib. 6. De providentia Dei, 'Christum,' inquit, 'flevisse legimus, risisse nunquam legimus: et hoc utrumque in exemplum pro nobis: quia fletus compunctio est animae, risus corruptio disciplinae. Nobis ridere et gaudere non sufficit, nisi cum peccato atque insania gaudeamus; nisi risus noster impuritatibus, nisi flagitiis misceatur: nec delectat ridere sine crimine. Rideamus et laetemur jugiter, dummodo innocenter. Quae vecordia est, ut non putemus risum, nisi Dei injuriam in se habeat?' R. SYLB.

P. 257, l. 14. *αἰσχρολογίας*] Similia habet Epictetus cap. 55. *ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίας*, etc. POTT.

257, 16. *ἀπομυκτισμῷ*] Vel potius *ἀπομυκτηρισμῷ*, non enim *μυκτίζειν*, sed *μυκτηρίζειν*, dicitur *τὸ χλευάζειν*. POTT.

257, 18. *τὸν ἄνθρωπον*] Inducantur ista, tanquam glossema: *κοινὸν καὶ ἐθνικὸν, καὶ ἀπαίδευτον, καὶ ἀσελγῆ δείκνυσιν αὐτόν· οὐχὶ δὲ ἴδιον, καὶ κόσμιον, καὶ σώφρονα.* Nihil enim sunt aliud quam interpretatio *τοῦ κοινοῦ*, quam in margine ascripsit aliquis. HEINSIUS.

257, 20. *ἴδιον*] Ἤθιον codices: sed recepta lectio melior est: nam homini *κοινῷ* opponit *τὸν ἴδιον, non vulgarem.* POTT.

P. 258, l. 6. *ἐμπορευέσθω*] Quae sequuntur, Bibl. Vulg. sic se habent: *Πορνεία δὲ, καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία, ἢ πλεονεξία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις. Καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα,* ἃλ. Quin etiam ea, quae mox subjicit, Scripturae loca *διὰ μνήμης*, uti alias solet, recitare videtur. POTT.

258, 20. *γίνεσθε*] Additamentum Clementis. POTT.

P. 259, l. 11. *διαβάλλων*] *Praemuniens* Herveto, ac si scriptum esset *διασφαλίζων*, vel *διαφράττων*. Clemens paulo post eadem voce usus est, verum sensu paulum diverso: *τὴν ἄδειαν τῶν ὀνομάτων διαβέβληκεν*. POTT.

259, 16. *ὡς χρῆσιν*] Supervacanea videntur esse haec verba, et forte e margine in textum irrepserunt. POTT.

259, 19. *ἀσκεῖν ἐστι λαγνείας, καὶ καρτερεῖν*] Huic sententiae sensus haud constare videtur. Sylburgius scribi voluit cum praepositione, *κατὰ τῆς λαγνείας*, '*contra libidinem*.' In N. hoc modo se habet: '*Ἀσκεῖν ἐστιν ἁγνείας καρτερεῖν*, '*sustinere se ad castitatem exercere*.' Non incommode, si scriptum fuisset *ἁγνείαν* in sing. numero. POTT.

259, 26. *αἰδοῦς*] Ludit in etymo *τῶν αἰδοίων*. Caeterum *αἰδὼς* et *αἰσχύνη* quomodo distinguantur explicat Ammonius, *Αἰδὼς καὶ αἰσχύνη διαφέρει, ὅτι ἡ μὲν αἰδὼς ἐστιν ἐντροπὴ πρὸς ἕκαστον, ὡς σεβόμενός τις ἔχει· αἰσχύνη δὲ, ἐφ' οἷς ἕκαστος ἁμαρτὼν αἰσχύνεται, ὡς μὴ δέον τι πράξας. Καὶ αἰδεῖται μέν τις τὸν πατέρα, αἰσχύνεται δὲ, ὃς μεθύσκεται*. POTT.

P. 260, l. 12. *πλεονάζων*] Ecclesiastici 20, 8. *Ὁ πλεονάζων λόγῳ βδελυχθήσεται*. POTT.

260, 18. *οὐκ*] Respicit Christi dictum, quod recitat Matth. 12, 37. POTT.

260, 20. *συμποσίῳ*] Οἴνου addit Ecclesiast. Mox post *πλησίον* ibidem additur *καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ αὐτοῦ*. POTT.

P. 261, l. 7. *οὐδὲ διὰ τὴν*] *Οὐδὲ τὴν ἀγάπην ἀπορητέον* omissa praepositione *διά* N. Quod si eam retinere placeat, sic exp.: 'Nec sunt propter amoris studium proponendae quaestiones, quibus convivae ad angustias redigantur.' Nam *ἀπορεῖν* Clemens *quaerendi* sensu uti solet. Vult igitur nos *διὰ τὴν ἀγάπην*, 'charitatis intuitu,' abstinere ab ejusmodi quaestionibus, quae convivas difficultatibus perplexos irridendos proponerent. Quod si hic sensus placeat, hoc modo distinguenda est haec sententia: *Πῶς οὐ λογικῶς ἀναστρεπτέον; Οὐδὲ διὰ τὴν ἀγάπην ἀπορητέον· εἰ γάρ*, etc. POTT.

261, 10. *ἁμαρτίαν ἁμαθίᾳ προφερομένους*] H. e. 'peccatum,' vel 'lapsum, inscitiae exprobrantes.' POTT. Interpres Hervetus legisse videtur *ἁμαρτίαν ἁμαρτίᾳ προσφερομένους*, dum vertit '*peccatum peccato adducentes*.' SYLB.

261, 11. *ὡς ἀληθῶς*] Clementis additamentum. POTT.

261, 23. *μὴ συμμετακλιθῇς*] Eccles. 9, 9: *Μὴ κατακλιθῇς ἐπ' ἀγκαλῶν·* et mox, *μηδὲ συμβολοκοπήσῃς μετ' αὐτῆς*. Dein, *ἐκκλίνῃ ἡ ψυχή σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ τῷ πνεύματί σου ὀλισθήσῃς*. SYLB. Haec in Graeco LXX. non reperiuntur, 9 cap. Eccles., habentur tamen in Latina vulgata v. 12: 'Nec accumbas cum ea super cubitum.' *καὶ μὴ μετακλιθῇς ἐπ' ἀγκῶνα μετ' αὐτῆς·* ut illud, 'Et sanguini tuo illabatur in interitum;' vel potius, ut habet Vulgata, 'Et sanguine tuo labaris in perditionem.' *Καὶ τῷ αἵματί σου ὀλισθήσῃ εἰς ἀπώλειαν*, id est, 'ne affectu tuo labaris,' vel periculo vitae tuae adulterorum poenam feras, nam LXX habent *τῷ πνεύματι*. Atque utrumque locum ex Clemente notatum reperies in exactissima editione Romana. Porro quod LXX reddunt *μὴ συμβολοκοπήσῃς*, Clemens *μὴ συμβολὰς ποίει μετ' αὐτῆς*. 'Vulgata, 'Et non altercetis cum illa in vino.' Interpretes Ecclesiastici ad symbolas referunt quae ad convivium celebrandum conferebantur. COL.

P. 262, l. 1. *εἰ δὲ καὶ ἀνάγκη*] Haec, inverso sententiarum ordine, meliorem sensum praebitura videntur: *Ὅσαι δὲ μὴ ὕπανδροι, ἐσχάτῃ ταύταις διαβολῇ εἰς ἀνδρῶν παρεῖναι συμπόσιον, καὶ ταῦτα οἰνωμένων· εἰ δὲ καὶ ἀνάγκη τις περιτύχοι, παριέναι κελεύουσα, αἱ μὲν κεκαλύφθων ἄγαν ἀμπεχόνῃ ἔκτοσθεν, ἔνδοθεν δὲ αἰδοῖ· οἱ δὲ ἐπὶ τὴν κλισίαν τὰς ὄψεις* etc. Quomodo autem Graecorum feminae a conviviis abstinuerint vid. Archaeologiae nostrae Graecae 4. 19. POTT.

262, 17. *παρακείμενα*] Eccles. addit, *σοὶ καὶ μὴ διαμασῶ, μὴ μισηθῇς.* Dein post *παιδείας* infert *καὶ μὴ ἀπληστεύου, μή ποτε προσκόψῃς.* POTT.

262, 18. *κἂν*] Eccles. *καὶ εἰ.* Dein *ἐκτείνῃς τὴν χεῖρά σου* ibid. POTT.

262, 20. *οὐδὲ*] Postquam dixerat, non esse prae ingluvie in cibos ante caeteros convivas prosiliendum, infert: 'Neque prae nimia appetentia diutius manum porrigere oportet, longiore mora intemperantiam suam fatentes.' Nam Hervetus hujusce loci sensum pervertit. POTT.

262, 21. *ἐφυστερήσει*] Per *ἐφυστέρησιν* intelligenda *ἐπιθύμησις*, seu concupiscentia ejus, quod deest. SYLB.

262, 22. *ἐν τῷ μεταξὺ*] Sc. *τοῦ συμποσίου*, quod paulo ante dixit *ἐν τοῖς διαλείμμασιν.* POTT.

P. 263, l. 1. *ἐν ὥρᾳ*] *Ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου, καὶ μὴ οὐρίγει, ἀπότρεχε εἰς οἶκον.* Eccles. POTT.

263, 9. *τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ*] *Τῷ ἁγίῳ* Act. Ap. Mox *ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν*, ibid. Dein *πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, ἀπέχ.* POTT.

263, 11. *πνικτῶν καὶ τῆς πορνείας*] *Πνικτοῦ καὶ πορνείας* Act. Apost. POTT.

263, 21. *ἐπισκώπτοντες*] Huic simile erat Lacedaemoniorum institutum, de quo Plutarchus in Lycurgo. *Εἰς δὲ τὰ συσσίτια καὶ παῖδες ἐφοίτων, ὥσπερ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι, καὶ λόγων ἠκροῶντο πολιτικῶν, καὶ παιδευτὰς ἐλευθερίους ἑώρων, αὐτοί τε παίζειν εἴθιζον, καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενοι μὴ δυσχεραίνειν.* POTT.

P. 264, l. 6. *στόμα*—] Vulg. Bibl. habent, *στόμα ἄφρονος συντριβὴ αὐτῷ.* SYLB.

264, 10. *μέτρον ἐπιθεῖναι*] Legi possit etiam *μέτρον ἐπιθεῖναι φωνῆς τοῖς σώφροσι·* et mox, *λαλεῖν πρὸς τὸν ἀντιδιαλεγόμενον.* SYLB.

264, 14. *ἐν συμποσίῳ*] Additum a Clemente haec verba ad suum institutum accommodante. POTT.

*ἀλλ' ἀπαραποδίστως*] Eccles. *ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ, καὶ μὴ ἐμποδίσῃς μουσικά.* Mox *ἐὰν ἐπερωτηθῇς* pro *ἐπερωτηθείς* ibid. Dein *λόγον ἐν ὀλίγοις πολλά* ibid. POTT.

264, 22. *φιλονεικία*] In *ἀταραξίᾳ*, 'vacuitate perturbationis,' felicitatem posuit Epicurus. Ejus verba haec sunt, prout ea recitavit Clemens Strom. 6. p. 751. *Δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος ἀταραξία.* Conf. Strom. 2. p. 495. et seq. POTT.

P. 265, l. 16. *ἀπωλείᾳ*] *Πόλει* Eccles. POTT.

265, 18. *γλῶσσα*] Pollux 2, 109. *Καὶ γλώττας δὲ τὰς τῶν ὑποδημάτων ἔλεγον.* Calceamentorum vincula intelligi putat Camerarius. Huc referendum forte, quod est apud Athenaeum lib. 15. *καίτοι φορεῖτε γλῶσσαν ἐν ὑποδήμασι.* Hesychius, *Γλώσσας, τὰς τῶν αὐλῶν καὶ ὑποδημάτων γλωσσίδας·* quae etiam 'lingulae' vocantur. Festus: 'Lingula, per diminutionem linguae dicta. Alias a similitudine linguae exsertae ut in calceis.' COL.

P. 266, l. 19. *οὖλα*] Pollux 2, 94. *αἱ δὲ περιειληφυῖαι τοὺς ὀδόντας*

*σάρκες οὖλα μὲν τὰ ἔξωθεν, ἔνουλα δὲ τὰ ἔνδυν· οἱ δὲ μεταξὺ τῶν ὀδόντων ἁρμοί.* Ita manuscriptus. COL.

P. 267, l. 2. *μύροις*] Praeceptis de ratione se gerendi in conviviis alia subjungit de coronis et unguentis, quibus convivae se recreare solebant. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4, 19. POTT.

267, 3. *Στεφάνων*] Caecilius apud Minutium haec Christianis exprobrat: 'Non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis: reservatis unguenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis.' POTT.

267, 21. *προφητεία*] Vel potius in dativo casu *προφητείᾳ*, hoc est *κατὰ προφητείαν*, 'secundum prophetiam.' POTT.

P. 268, l. 10. *ἔλεος*] De mystica unctione agit etiam Ignatius epist. 11. H. SYLB.

268, 12. *μυρίζονται*] Clemens paulo post: *Χρίσεις τῶν μύρων κηδείας, οὐ συμβιώσεως, ἀποπνέουσιν.* Conf. Archaeol. nostrae Graecae 4, 3. POTT.

268, 15. *καταλελειμμένη*] Respicit Jeremiae Lament. 1, 2. seq. Hervetus vertit *inuncta*, ac si legisset *καταληλιμμένη*. POTT.

268, 17. *ὃς ἂν ἐμβάψηται*] *Ὁ ἐμβάψας* Matth. *Ὁ ἐμβαπτόμενος* Marc. 14, 20. POTT.

268, 22. *παλαιὸν*] Nempe Joab. Conf. 2 Sam. 20, 9, 10. POTT.

P. 269, l. 1. *ἔλαιον πεφαρμαγμένον* vocat id, quod paulo ante dixerat *ἔλαιον δεδολωμένον*. Similiter Lacedaemonii, *τοὺς μυροπώλας* e Sparta expulerunt, *ὡς διαφθείροντας τοὔλαιον*, 'quod oleum corrumperent;' ut refert Athenaeus 15, 10. .POTT.

269, 6. *εὐπρεπῆ καὶ καθαρὰ*] Hoc est 'cum prius eas (gentes) propriis viribus nitidas ac puras praestitisset, tum eis fragrarit unguentum: quodque ad omnes pervenit, suaveolentiae opus dictum est.' Nam alludens ad veterem consuetudinem, qua ungendi lavabantur, dicit gentes prius a Christo lotione purgatas, dein unctas fuisse. Lowthius *καθαράν* pro *καθαρά* substituit, id ad *ὁδοιπορίαν* referens. POTT.

269, 8. *φθάνον*] *Φθάνων* B. R. ut haec vox referatur ad *κύριος*. POTT.

269, 14. *κυρίου*] *Χριστοῦ* 2 Corinth. Mox *οἷς μὲν ὀσμὴ θαν*. . . Dein *ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζ*. ibid. POTT.

269, 16. *βασιλεῖς*] Redit ad alteram objectionem, quam in principio capitis proposuerat. POTT.

269, 22. *ἰὸν*] Solum enim e metallis aurum rubiginem non sentit. POTT.

269, 23. *χρυσὸν γοῦν*] De regni symbolico indicio vide et Basil. p. 234. et Greg. Naz. p. 232. H. SYLB. Aurum regiam Christi potestatem significasse ubique fere tradunt Patres. Irenaeus 3, 10. 'Myrrha quidem, quod ipse erat, qui pro mortali humano genere moreretur et sepeliretur. Aurum vero, quoniam rex, cujus regni finis non est. Thus vero, quoniam Deus.' Conf. Tertull. lib. Contra Judaeos c. 9; Origenes 1 Adv. Celsum. POTT.

P. 270, l. 1. *Ἀρίστιππος*] Laertius Diogenes in Aristippo 2, 76. *πρὸς Χαρώνδαν εἰπόντα, οἱ δὲ, πρὸς Φαίδωνα· Τίς ὁ μεμυρισμένος; Ἐγὼ, φησὶν, ὁ κακοδαίμων, κἀμοῦ κακοδαιμονέστερος ὁ Περσῶν βασιλεύς· ἀλλ' ὅρα μὴ ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων παρὰ τοῦτό τι ἐλαττοῦται, οὕτως οὐδ' ἂν ἄνθρωπος.* POTT.

270, 8. *βρένθιον*] Pollux 6, 104. *Βρένθιον, ἐκ Λυδίας.* Eodem modo vocem hanc proferunt Athenaeus 15. cap. 12. Hesychius, etc.; *βρίνθειον* vocat Etymologici auctor. POTT.

μετάλλιον] Hesychius μετάλλειον vocat, idque a Metallo Siculo nomen accepisse refert: quo tamen loco μεγάλλειον et Μέγαλλον scribendum putavit Salmasius. Et quidem μεγαλίου μύρου meminit Hesychius: quin etiam unguenti μεγαλλείου a Megallo Siculo, vel Atheniensi reperti mentio occurrit apud Athenaeum 15. p. 690. Pollux 6, 104. μεγαλήσιον appellat, ἀπὸ Μεγάλου Σικελιώτου· verum ejus mss. quidam codices exhibent μετάλλειον ἀπὸ Μετάλλου. Galenus, Dioscorides, Suidas, Etymologici auctor, et Eustathius in Odyss. p. 1843, 15. per γ scribunt. Denique, Plinii tempore *megalii* nomen obtinuisse, apertum est; is enim refert, nonnullis visum esse, hoc genus unguenti *megalium* dictum fuisse propter ejus gloriam, sive insignem praestantiam, nempe a μέγας. Porro literarum Γ et Τ perfacilis erat alterius in alteram mutatio. POTT.

βασίλειον] Plinius 13, 2. "Regale unguentum appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur." POTT.

270, 9. πλαγγόνιόν τε καὶ ψάγδας Αἰγυπτίας] Athenaeus 15. p. 690. ex Polemone tradit apud Eleos unguentum quoddam Plangonium vocari, a Plangone repertum. Meminit ibidem et psagdae Aegyptii multoties ex antiquis auctoribus: ut ex Eubulo, Αἰγυπτίῳ ψάγδᾳ τρὶς λελουμένη. Fortasse enim corrigendus locus, qui sequitur in eodem libro, et σάγδας habet, ex isto. Certe vocabulum barbarum varie scribitur, ut apud Hesychium, ψάγδης, ψάδας et σάγδας atque etiam ψέγδας. Sed femininum nusquam, id quod et in Titio reprehendit merito Villiomarus ille 4, 27. qui et eundem castigat aliter 4, 30. his verbis: 'Quod ignorare videris, quam originationem Megallii intellexerit Plinius, ego rem minime difficilem tibi explicabo. Plinius propter gloriam Megalium dictum esse intelligit, tanquam non μεγάλλιον ab inventore, sed μεγαλεῖον ἀπὸ τοῦ μεγάλου et magnificentia appellatum sit.' Scribendum autem apud Clementem ψάγδας Αἰγύπτιος non Αἰγυπτίας. COL. Cum Αἰγυπτίας, si menda caret, subaudiendum γῆς· alioqui enim legendum potius ψάγδας Αἰγύπτιος, vel ψάγδας Αἰγύπτιον· aut ψάγδας Αἰγυπτία, ut apud Athenaeum 15. p. 691. τῆς λεγομένης σάγδας· quae tamen scriptura suspicionem movere possit, cum in Epilyci Coracisco [Coralisco] sit, βάκκαρίς τε καὶ σάγδας ὁμοῦ· nisi forte absque flexione hoc vocabulo Athenaeus utitur, ut mox apud Clementem nostrum est ex Simonide, θυμιάμασι καὶ βάκκαρι, cum βακκάρει postulet regula grammatica: cum enim sit εἶδος μύρου βαρβαρικοῦ, ut in margine Pal. ms. adnotatum est, flexionis et generis exigua in talibus haberi solet ratio. De ceterorum nomenclatura docebunt indices. SYLB. Athenaeus loco citato ex Polemone et Sosibio refert, παρὰ Ἠλείοις μύρον τι πλαγγόνιον καλεῖσθαι, εὑρεθὲν ὑπό τινος Πλαγγόνος. Porro de reliquis unguentis conf. idem, Plinius etiam, et Pollux 6, 104. itemque Dioscorides 10, 5. POTT.

P. 271, l. 1. τοσοῦτο τοῖς μώροις ἀποδιακεῖσθαι] Hoc est, 'adeo ab unguentis abhorrere, eo quod virorum conclave effeminent.' Nam sicut ἐπιδιακεῖσθαί τινι est *rei cuipiam esse addictum*, ita ἀποδιακεῖσθαί τινι est *a re quapiam abhorrere*. POTT.

271, 3. ἀπελαύνειν πόλεων] Laconicum responsum de unguenti purpuraeque dolo reperitur infra quoque p. 126, 52. meminit et Herodotus. SYLB. Conf. quae adnotata sunt ad Strom. 1. p. 344. POTT.

271, 8. βασιλικοῦ] Alludit ad unguentum βάσίλειον supra memoratum. POTT.

271, 17. Ἀλλὰ γὰρ] Vultures et scarabaeos unguenta non ferre docet etiam Plutarchus p. 248. H. SYLB. Aelianus N. A. 4, 18. Γυπῶν γε μὴν τὸ μύρον ὄλεθρός ἐστι. κάνθαρον δὲ ἀπολεῖς, εἰ ἐπιβάλῃς τῶν ῥόδων αὐτῷ. Idem 3, 7. Plinius 12, 53. 'Vultures, unguento qui fugantur, alios appetunt odores, scarabaei rosam.' Herm. Barbarus legendum censet *rosa* ex Theophrasto De causis plant. 6, 4. qui scribit vultures unguento, scarabaeos rosa necari. Idem Aristoteles in Geoponicis. Idem et de aliis insectis tradit Aelianus l. c. τὰ δὲ ἔντομα φθείρεται, εἰ ἐλαίῳ τις ἐγχρίσειεν αὐτά. Idem 2, 58. 'Tetro odore, ait, non modo apes offendi, sed unguento odorato: tanquam enim puellae modestae teterrimum odorem praeclare contemnunt, et unguenti suavitatem a se detestantur.' COL.

271, 26. πάμμαχον] Suidas παμμάχιον, παγκράτιον. Mercurialis De arte gymnast. 2, 9. 'Ex pugilatu et lucta tertium quoddam exercitationis genus componebatur, quod pancratium appellabant, in hoc, ut testatur Arist. Rhet. 1, 5. adversarios et pugnis ferire ut pugiles, et dejicere studebant ut luctatores, tum quacunque alia ratione, ut dentibus, genibus, calcibus, toto denique corpore, ut dixit Pausanias, adversarium vincere contendebant. His de causis haec exercitatio παμμάχιον vocata est quandoque, sicut Plato Euthydemum πάμμαχον dixit.' De unctione vero atbletarum, qui oleo simplici, vel aqua mixto, vel ceromate ungebantur, ut membra labores sine ruptura sustinerent, vel ut sudorem cohiberent nec tantopere lassarentur, vide eundem De arte gymn. 1, 8. COL.

P. 272, l. 9. κύριον] Sc. Christum, cujus typus erat summus Judaeorum pontifex. Conf. Ephes. 5, 2; Philip. 4, 8; Heb. 13, 16. POTT.

272, 15. ἡ δὲ ἐπιτήδευσις] Aristoteles Ethic. Nicomach. 3, 11. H. SYLB.

272, 27. οὐ καρωτικαὶ] Quod cerebrum odoratis adjuvetur docet etiam Plutarchus Sympos. 3, 1. SYLB.

P. 273, l. 19. διαφέρει] Ἀλείφεσθαι hominibus voluptariis, χρίεσθαι etiam τοῖς σώφροσι convenit. Unde nata distinctio inter χρίσματα et ἀλείμματα. Athenaeus 15. p. 689. Ἱκέσιος δ' ἐν δευτέρῳ Περὶ ὕλης τῶν μύρων φησὶν, τὰ μὲν ἐστὶ χρίσματα, τὰ δ' ἀλείμματα. Clementis distinctionem defendunt etiam Sophoclis verba, quae recitavit Athenaeus 15. p. 687. Σοφοκλῆς δ' ὁ ποιητὴς ἐν Κρησὶ [Κρίσει] τῷ δράματι τὴν μὲν Ἀφροδίτην ἡδονήν τινα οὖσαν, δαίμονα, καὶ μύρῳ ἀλειφομένην παράγει, καὶ κατοπτριζομένην, τὴν δ' Ἀθηνᾶν φρόνησιν οὖσαν καὶ νοῦν, ἔτι δὲ ἀρετὴν, ἐλαίῳ χρωμένην καὶ γυμναζομένην. Porro χρίεσθαι est *lini*, ἀλείφεσθαι *perfundi*. Glossae veteres *linit*: χρίει. POTT.

273, 22. Ἀρίστιππος] Seneca De beneficiis 7. c. 25: 'Aristippus aliquando delectatus unguento, Male, inquit, istis effeminatis eveniat, qui rem tam bellam infamaverunt.' SYLB. Dictum hoc in Aristippo hoc modo effert Diogenes Laertius, Κακοὶ κακῶς δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι, οἵτινες καλὸν ἡμῶν ἄλειμμα διαβάλλουσιν. POTT.

273, 25. τίμα δὲ ἰατρὸν] Bibl. τίμα τὸν ἰατρὸν πρὸς χρείαν αὐτοῦ· καὶ γὰρ αὐτόν, etc., quae lectio magis convenit cum vulgata Latina quam quod est in Antverpiensi, πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ, 'ad necessitates honoribus ejus.' COL. Mox ibid. ἔκτισεν ὁ κύριος· παρὰ γὰρ ὑψίστου ἔστιν ἴασις. Dein καὶ μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει. POTT.

P. 274, l. 8. πολιώτεραι] Non inutile erit Athenaei locum 15. p. 692. apponere, quo ex Aristotele duas recitat de causa canitiei sententias; alteram eorum, qui ab ariditate, alteram eorum, qui ex defectu caloris, eam ducebant, ζητεῖ δ' ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασι, Διὰ τί οἱ μυριζόμενοι πολιώτεροι; ἢ ὅτι τὸ μύρον διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικόν ἐστι, διὸ καὶ αὐχμηρόν; ὁ δ' αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ· εἴτε αὔανσις τριχὸς ἡ πολιὰ, εἴτ' ἔνδεια θερμοῦ, ἡ ξηρότης μαραίνει. διὸ καὶ τὰ πιλία θᾶττον ποιοῦσι πολιούς· ἐκπίνεται γὰρ ἡ οἰκεία τῆς τριχὸς ὑγρότης. POTT.

P. 275, l. 1. ταύτῃ] Athenaeus lib. 15. profert Alcaei et Anacreontis carmina; tum addit, 'hortatur videlicet ut sibi ungat pectus, in quo sedes est cordis.' Hoc autem fuit olim factitatum, non ideo solum quod natura vapor odoris a pectore sursum in caput effertur, sed etiam quia in corde sit animi domicilium, ut asserunt Philotimus et Praxagoras, illustres medici. Paulo post coronas appensas pectori ὑποθυμίδας a poetis vocatas ait. POTT.

275. 6. ναὶ μὴν] Tertullianus De corona mil. 'res esse, ait, spiraculi aut spectaculi flores;' deinde in hunc coronarum usum invehitur: 'Caeterum in capite quis sapor floris, quis coronae sensus, nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, neque teneritas commendatur. Tam contra naturam est florem capite sectari, quam cibum aure, quam sonum nare.' Minutius Felix, 'Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire.' COL. Simile est Diogenis illud apud Laertium 6, 39. τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος ἔφη ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν. Idem videbatur Nigrino philosopho Platonico, de quo Lucianus in Nigrino, εἰ γάρ τοι τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσι, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι παρ' αὐτὴν, ὡς οἷόν τε, τὴν ἀναπνοήν. Conf. etiam Tertullianus Apolog. cap. 42. POTT.

275, 13. ὥσπερ οὖν] Plutarchus De amore, Καὶ τοὺς καλοὺς ὁρᾶν μὲν ἐπιτρεπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λαβεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, μᾶλλον δὲ, ὥς φησι Ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν· ἡ γὰρ ὄψις τοῦ πάθους ἐστὶ λαβή. COL.

275, 21. τρυφᾶν] Respicit Gen. 2, 15: Καὶ ἔθετο (θεὸς) αὐτὸν (ἄνθρωπον) ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς. POTT.

275, 23. στέφανον] Respicere videtur 1 Cor. 11, 3: Παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ θεός. POTT.

275, 27. δόξα] Proverb. Καύχημα δὲ τέκνων, πατέρες αὐτῶν. A. Sequentia sunt ex Ephes. 1. H. SYLB.

P. 276, l. 2. κιττὸς] Haec de hedera, et quae sequuntur de nuce et de narcisso mutuatus est a Plutarcho ad verbum Symposiac. 3, 15. p. 647. Quod vero Sophocles ait narcissum esse στεφάνωμα χθονίων θεῶν, subterraneorum intellige, ceu inferorum; nam, ut docet Eustathius in Iliad. A, νάρκισσος Ἐριννύσι στεφάνωμα· dicitur enim narcissus ἐκ τοῦ ναρκᾶν, οὗ Ἐρινύες παραίτιοι, et ex Phanodemo lib. 5. Rerum Atticarum constat coronas e narcisso consecratas fuisse Proserpinae, quod florem illum colligeret, cum rapta fuit a Plutone, vel quod circa monumenta nascatur frequens: Caelius 26, 20. vel omnibus subterraneis diis, quod defuncti et morte torpidi flore torpido coronarentur. Dodonaeus Pempt. 2. lib. 2. c. 21. COL.

276, 3. *καρύα*] Haec e Plutarcho Clemens, vel uterque ex eodem auctore mutuatus fuisse videtur. Ejus verba, quia Clementi lucem aliquam allatura videntur, apposuisse haud pigebit e Sympos. 3, 1. qua disputat an floreis coronis inter pocula utendum sit, *δηλοῖ καὶ τῶν ὀνομάτων ἕνια τὴν περὶ ταῦτα πολυπραγμοσύνην τῶν παλαιῶν. τήν τε γὰρ καρύαν οὕτω ὠνόμασαν, ὅτι πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῆς παρακεκλημένους· καὶ τὸν νάρκισσον, ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις.* POTT.

276, 6. *al δὲ τῶν ῥόδων*] Plutarchus l. c. p. 647. *Ὅσα δὲ ἡσυχῇ ψυχρὰ τῷ μετρίως ἐπιψαύειν ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος· στύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρίας. τὸ δὲ τῆς κύπρου ἄνθος, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ἡ βάκκαρις εἰς ἄλυπον ὑπάγει τοὺς πεπωκότας.* POTT.

276, 8. *ἡμῖν*] Sensus est, 'Nobis, quibus vino non solum non inebriari, sed ne liberius quidem uti permissum est, rosis et violis ad comprimendam *τὴν καρηβαρίαν* opus haud esse.' POTT.

276, 10. *πολλὰ*] Plutarchus ibidem, *Ἐνίων δὲ ἀνθῶν ὀσμαῖς ἄνω σκιδναμέναις περὶ τὸν ἐγκέφαλον οἵ τε πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἐκκαθαίρονται, καὶ λεπτύνονται τὰ ὑγρὰ πράως ἄνευ πληγῆς καὶ σάλου τῇ θερμότητι διακρινόμενα, καὶ φύσει ψυχρὸς ὢν ὁ ἐγκέφαλος ἀναθάλπεται.* POTT.

276, 13. *ῥόδων*] Plutarchus sub finem modo laudati capitis: *Τὸ δὲ ῥόδον ὠνόμασται δήπουθεν ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι· διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται.* POTT.

276, 15. *ἀρχαίοις*] De primo coronarum apud veteres Graecos usu conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4, 20. POTT.

276, 16. *οἱ μνήστορες*] Intelligit Penelopes procos, quorum mores, ut etiam Phaeacum, Homerus in Odyssea copiose descripsit. POTT.

276, 17. *ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι*] Athletis non eadem quocunque tempore praemiorum genera proposita, verum ut Clem. Alex. memoriae prodidit, primo fuit *δόσις*, ceu donum, secundo plausus et excitatio, tertio foliorum conjectio, postremo corona. Quid autem *δόσις* Clementi significet, nisi aliquid in ejus vulgato codice desideretur, puto nihil aliud quam congiarium significare: quo pacto apud Herodianum quoque ea vox usurpata invenitur: nisi potius leve aliquod munusculum designet, quod posterioribus omnibus vilius exstiterit. Mercur. De arte gymnast. c. 14. Athenaeus 10. p. 414. refert ex elegis Xenophanis de athletis, *ἐκ πόλεως καὶ δῶρον, ὅ οἱ κειμήλιον εἴη*. Plin. H. N. 16, 14. 'Antiquitus quidem nulla corona, nisi Deo, dabatur: viritim vero ne in certamine quidem ulli: feruntque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo, sed ex hedera, postea deorum honori sacrificantes sumpsere: novissime et in sacris certaminibus usurpatae.' Paulo post: 'Ludos ineunti semper assurgi etiam ab senatu in more est.' Quod ad athletas referre voluit Mercur. Gymnast. 1, 5. pulchreque cum eo, quod *ἐπεγερμόν* appellat Clemens, conveniret, nisi ad Romanos potius referendum esset, qui civica donati essent. Illi enim coronas non novere nisi bellicas. COL. Ferrarius de veterum plausu lib. 2. *ἆθλων* pro *ἀθλητῶν*, et *ἐπαγερμός* pro *ἐπεγερμός* substituit, hoc modo: *Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τῶν ἆθλων δόσις ἦν· δεύτερον δὲ ὁ ἐπαγερμός· τρίτον ἡ φυλλοβολία.* POTT.

276, 22. *οὐκ ἐπικαταδεῖν δοκοῦσιν*] Lowthius mavult *οὐχ ὅτι ἐπικαταδεῖν*. Verum facilior mutatio fiet, si scripserimus *οὐκ ἐπεὶ καταδεῖν*, hoc est:

'Non quod existiment rationem, quae in cerebro sita est, coronis ligari; neque quod,' etc. Quam emendationem in Graeco indice suggessit Sylburgius. POTT.

P. 277, l. 2. ἀλλὰ γὰρ] Tertull., De corona mil., 7: 'Quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod a candidatis diaboli introductum est, et ipsis a primordio dicatum est, quodque jam tunc idololatriae initiabatur ab idolis, et id idolis adhuc vivis; non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quae idolis alii faciunt, ad daemones pertinent. Porro si quae alii idolis faciunt, ad daemones pertinent, quanto magis, quod ipsa sibi idola fecerunt, cum adviverent?' COL.

277, 3. Σοφοκλῆς] Plutarchus, post ea quae de narcisso superius laudata sunt, haec adjicit, *Διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, τουτέστι τῶν χθονίων, προσηγόρευκε.* POTT.

277, 5. Σαπφώ] Morem fuisse veterum ut longe aliis floribus texerent coronas diversis diis, constat: Musas vero rosis coronare ipsos solitos, plures graves scriptores literis prodiderunt. Utuntur autem omnes testimonio Sapphonis, quae carmine quodam testata id fuerat. P. Victor. Var. lect. 14, 18. Deinde locum citat apud Plutarch. Symposiac. 3, 1. de nuptialibus praeceptis, et Clementis hoc loco, quem ex Stobaeo [Fl. 4, 12.] se correxisse ait, antequam eum excudendum daret ex Bibl. Medicea: Κατ' θωιοῖσα δὲ κείσεαι οὐδέποκα μναμοσύνα σέθεν ἔσετ' οὐδέποκ' ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίας, ἀλλ' ἀφανὴς κ' εἰν ἀΐδαο δόμοις φοιτάσεις πεδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα. Ita reperitur scriptus hic locus in quodam Stobaei manuscripto codice, nisi quod illae duae voces *πεδέχεις* et *πέδα* non Dorica, sed communi lingua efferuntur, quod viri docti ex aliis grammaticis emendarunt. Sed et in Aldina Plutarchi editione alteram reperimus: 'Scribit ad feminam indoctam et literarum expertem. Mortua, inquit, jacebis, neque memoria unquam tui exstabit; non enim es particeps rosarum ex Pieria ortarum, sed obscura Orci domos peragrabis, cum exilibus umbris volitans.' Itaque videri fortasse cuipiam possit glossema, quod praeterea in hac sententia alibi legitur. In eodem loco Sympos. testatur Plutarchus floribus coronatos fuisse *τοὺς ἱερονίκας*. COL.

277, 6. κρίνῳ] Sunt qui lilium Veneri sacrum fuisse perhibent. Unde id vetus poeta *χάρμ'* Ἀφροδίτης, '*delicias Veneris*,' vocat apud Athenaeum 15, 9. POTT.

277, 10. διὰ τὴν συνείδησιν] Respicit 1 Cor. 10, 28. POTT.

277, 13. ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς] P. Victorius Var. lect. 2, 7. Graecorum morem in efferendo honestiore aliquo funere significavit. Cicero in orat. pro Flacco, 'Quod contineretur plebiscitis Smyrnaeorum quae fecerant in Castricium mortuum ostendens primum ut oppidum intro ferretur, deinde ut efferrent ephebi; postremo ut imponeretur aurea corona mortuo.' Institutum autem hoc coronandi mortuos tetigit etiam Aristoph in Concionat., ubi induxit virum uxorem increpantem quod eum noctu in lectulo dormientem reliquisset tanquam cadaver; addit enim, 'nihil desiderari potuisse, nisi quod coronam capiti ejus non imposuisset.' Plinius H. N. 21, 3. 'Ut ipsi mortuo parentibusque ejus sine fraude esset imposita.' Tertullian. De corona mil., 'Quid enim tam dignum Deo quam quod indignum idolo? Quid autem tam dignum idolo quam quod et mortuo? Nam et mortuorum est ita coronari; vel quoniam et ipsi idola statim fiunt, et habitu et cultu

consecrationis quae apud nos secunda idololatria est.' Minutius Felix Octavio, 'Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror quemadmodum tribuatis exanimi facem, aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat, et miser non gaudeat floribus.' COL.

277, 17. *οὐ δὴ κοινωνητέον*] Tertull. ibidem, 'Nihil dandum idolo, sed nec sumendum ab idolo. Si in idolio recumbere alienum est a fide, quid in idoli habitu videri? Quae communio Christi et Beliae? et ideo fugite. Longum enim divortium mandat ab idololatria, in nullo proxime accedendum.' Et paulo post: 'Indignum enim ut imago Dei vivi, imago idoli et mortui fiat.' COL. Respicere videtur 1 Cor. 10, 20. *οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι*. POTT.

277, 19. *ἀμαράντου*] Sic 1 Petri 5. *κομεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον*, i. e. *immarcescibilem*. Quidam ad verbum *coronam amarantinam*, perinde quasi diceret, ex vero, ceu pretioso, amaranto, aut quae magis est immarcescibilis quam quae ex amaranto. COL.

277, 23. *κύριον*] Tertullianus De corona mil. 'Si ob haec caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit, aut nec floribus coroneris, si spinis non potes: quia non floribus potes. Item Christus Jesus quale oro te sertum pro utroque sexu subiit? ex spinis, opinor, et tribulis, in figuram delictorum, quae nobis protulit terra carnis.' Gulielmus Tyrius Belli sacri 9, 9. de Godefrido rege: 'Promotus autem humilitatis causa, corona aurea, regum more, in sancta civitate noluit insigniri: ea contentus, et illi reverentiam exhibens, quam humani generis imperator in eodem loco usque ad crucis patibulum pro nostra salute spineam deportavit.' COL.

P. 278, l. 4. *πλεκτὸς στέφανος*] Conf. supra p. 274, 23.

278, 19. *παρεπίκραναν*] Respicit Matth. 27, 42. et alia Evangeliorum loca, quibus Judaei dicuntur Christum provocasse, ut sese Dei filium esse ostenderet. POTT.

278, 22. *ἀειθαλοῦς*] Ἀειθαλές spinae genus quoddam erat; e qua coronas texuisse Aegyptios refert Hellanicus in Aegyptiacis apud Athenaeum 15. p. 680. POTT.

P. 279, l. 4. *ἐπευχόμενος*] Homerica vox est gloriantis de victo hoste. Unde Il. 15, 828. devicto Patroclo,

*Ἕκτωρ Πριαμίδης σχεδὸν ἔγχεῖ θυμὸν ἀπηύρα,*
*καί οἱ ἐπευχόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.* POTT.

279, 6. *ἐξ ἀκανθῶν*] Respicit Luc. 6, 44: *Οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα, οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν*. POTT.

279, 7. *ἐφ' οὓς ἐξεπέτασε*] Respicit Rom. 10, 21. *ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα*. POTT.

279, 10. *ἐπεὶ γὰρ*] Ut syntaxis hujusce loci constet, illud *καί* ante *Μωσεῖ* delendum, deinde pro *ἐπειδή* scribendum *ἐπεὶ δὲ ἐπαύσατο*, nam *ἐπεὶ δέ* respondet *τῷ ἐπεὶ γάρ*. Sensus est: 'Nam cum omnipotens universorum Dominus, quo tempore per Logon legem ferre coepit, potentiam suam Mosi manifestam facere voluit, divina ei visio ostenditur lucis formatae in rubo ardente (est autem rubus spinosa planta); cum vero Logos ferre,' etc. POTT.

279, 13. *φλεγομένῳ*] *φλεγομένη* N. Et *βάτος* quidem femin. gen. rubum significare solet, in mascul. autem genere mensuram quandam, cujus mentio fit Luc. 16. Verum Exod. 3, 2, quem locum respicit Clemens, *βάτος* mascul. rubum denotat. POTT.

P. 280, l. 2. *σούσινον*] Susinum unguentum ex liliis constare, balano, calamo, et aliis, Plinius docet H. N. 13, 1; Dioscorides 3, 53. Stephanus De urbibus, *Σοῦσα, πόλις Περσικὴ, κέκληται ἀπὸ κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πέφυκεν ἐκείνῃ.* Similia et Etymologicum, *Σοῦσα ὑπὸ Φοινίκων τὰ λείρια λέγεται.* Athen. 12. p. 513. narrans Persarum reges hiemare Susis, ait tradidisse Aristobulum et Charetem, *κληθῆναι τὰ Σοῦσα διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρίνον.* Id est, *σοῦσον* id significare Persis, quod *κρίνον* Graecis, hoc est 'lilium;' itaque vertendus et intelligendus est locus ille, ut ambiguitas tollatur, quae I. Drusium fefellit lib. 12. Observationum c. 8. non Brodaeum lib. 1. cap. 2. Miscell. In libro De nominibus Hebraicis, 'Susana, lilium, vel gratia ejus.' Hoc vero loco pro *λιρίνων* legendum apud Clementem *λειρίων*, quae vox alteram speciem liliorum significat. COL.

280, 4. *λεπτομερὲς*] Idem refert Plinius H. N. 13, 1, 'Susinum quidem tenuissimum omnium est.' POTT.

280, 9. *εἰσακούσατε*] Quae sequuntur e Siracida, *διὰ μνήμης* recitavit. POTT.

280, 19. *ὕδωρ*] *Ὕδωρ, πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ ἅλας, καὶ σεμίδαλις πυροῦ, καὶ γάλα, καὶ μέλι* Sirac. POTT.

P. 281, l. 10. *γαυνάκας*] Scaliger in hunc Varronis locum de L. L. lib. 4. "In his multa peregrina, ut sagum, reno Gallica: Gaunacum, majus sagum, et amphimallon: Graeca interpretatur Gaunacum, majus sagum, quod esset crassum vestimentum. Aristophanes Vespis, *Οἱ μὲν καλοῦσι περσίδ', οἱ δὲ καυνάκην.* Pollux tamen ibi legit *καυδίκην.* Apud Athenaeum lib. 14. *αὔνακας ἀμφιβεβλημένοι*, perperam pro *γαυνάκας.* Vide Hesychium et Pollucem 6, 11. et Aelianum N. 17. c. 17. COL.

281, 16. *συνέχει*] Non placet haec vox; sed ejus loco quid substitui debeat, nondum constat. Sensus esse videtur, 'quod mollia cubilia, quae ex utraque corporis parte, aggeris cujusdam instar, assurgunt, eos, qui illis indormiunt, non sinant ab uno latere in alterum sese convertere.' POTT.

281, 19. *διαφθείρειν*] Subaudiendum *ἐστίν* vel potius indicative legendum *διαφθείρει.* SYLB.

281, 20. *συνεργοῦσι ἔχοντες φυσικόν*] Haec absunt a Pal. ms. atque adeo paraphrastica exegesis esse videntur, per inconsiderantiam librariorum in contextum inserta. SYLB. Verum cum ea nostri codices unanimiter retineant, mihi potius videntur, propter *φυσικόν* repetitum, ut alias per librariorum oscitantiam fieri solet, e Pal. excidisse. POTT.

281, 21. *κατάταξιν*] A. mavult *κατάπεψιν*, itemque mox *καταπέττουσι.* Vulgatum *κατάταξις* pro *digestione* accipi potest. SYLB.

P. 282, l. 5. *ἐλέφας*] His similia sunt quae dicit auctor Strom. 5. p. 692. *Χρυσὸς μὲν γὰρ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις τε πόλεσιν ἰδίᾳ, καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον χρῆμα· ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα*, etc. Quae petita sunt e Platon. Leg. 10. in fine. POTT.

282, 15. *νυμφιδίου κλίνης*] Polluci 3, 43. *κλίνη γαμική.* Apud Homer. Ulysses Odyss. Ψ, 192. narrans fabricam sponsalis lecti a se fabricati, *Τῷ δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμον δέμον, ὄφρ' ἐτέλεσσα πυκνῇσιν λιθάδεσσι.* Vide num huc respexerit Clemens. COL.

P. 283, l. 1. *οὐ γὰρ ἔκλυσιν*] Chrysologus, 'Indulgendum somno est, ut corpus reparet, non resolvat; et vires renovet, non enervet.' POTT.

283, 9. *ἀνοίξωσιν εὐθέως*] *Εὐθέως ἀνοίξωσιν* Luc. Dein *εὑρήσει γρηγοροῦντας* ibid. POTT.

283, 11. *τεθνεῶτος*] Plinius in prooem. Nat. hist. 'Profecto, inquit, vita, vigilia est.' POTT. Imitatur Plutarchum Mor. p. 728. *ὡς νυκτὸς ἀναπαύεσθαι δεῖν, ἡμέρας δὲ πράττειν ἀναστάντας καὶ μὴ περιορᾶν ἴχνος σώματος* (*σήματος* Dochnerus Quaest. Plut. 3. p. 40.)· *οὐδὲν γὰρ ἀνδρὸς ὄφελος, ὥσπερ οὐδὲ τεθνηκότος.*

283, 14. *ἐγρηγόρους*] Inter ordines angelorum numerantur *ἐγρήγοροι*, Vigiles. Conf. quae annotavit Cotelerius ad Constitut. apost. 8, 12. POTT.

283, 15. *καθεύδων*] Platonis effatum Leg. 7. p. 808. *Καθεύδων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος.* Idem dictum respiciunt Diogenes Laertius 3, 39; Julianus imperator orat. 2. aliique permulti. POTT.

283, 16. *φῶς*] Respicit Joan. 1, 5. *καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.* POTT.

283, 19. *ὁ γὰρ*] Conf. Paedag. 1, 6. p. 114. POTT.

283, 20. *ἄνθρωπος*] *Ἀνήρ* Prov. Dein *ὡς καὶ οἱ λ.* ibid. POTT.

283, 26. *οἱ μεθύοντες*] *Οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύονται*, Thessal. POTT.

P. 284, l. 3. *ἡμῖν*] Mallem *ἡμῶν*, quod habet Plato, cujus haec ipsa verba sunt Leg. 7. p. 808. *Ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά ἐστι κηδεμών, ἐγρήγορε χρόνον ὡς πλεῖστον, τὸ πρὸς ὑγίειαν αὐτοῦ μόνον φυλάττων χρήσιμον· ἔστι δὲ οὐ πολύ, καλῶς εἰς ἔθος ἰόν.* Hinc horum verborum sensus apud Clementem quis sit, aperte constat; quem nec Hervetus, nec Sylburgius assecuti sunt. POTT.

284, 7. *μὴ οὖν*] Similia dixit auctor hujusce libri cap. 1. p. 167. POTT.

284, 13. *δι' ἄνοιαν*] A. cum Herveto interprete legit *δι' ἄγνοιαν*, *per ignorationem*. SYLB.

284, 26. *ὕπνος*] Haec e loco Platonis modo dicto *διὰ μνήμης* recitat Clemens. Ejus porro verba sic se habent: *Ὕπνος γὰρ δὴ πολὺς οὔτε τοῖς σώμασιν, οὔτε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, οὐδ' αὖ ταῖς πράξεσι ταῖς περὶ ταῦτα πάντα ἁρμόττων ἐστὶ κατὰ φύσιν.* Eadem reperias apud Stobaeum Serm. 1. et 30. POTT.

P. 285, l. 8. *οὐ γὰρ χρὴ*] Conf. quae statuit Plato Leg. 7. p. 808. POTT.

285, 12. *πᾶσι δὲ*] Quae deinceps sequuntur usque ad haec verba *ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις*, recitant Antonius et Maximus serm. De somno. POTT.

285, 16. *ἐπιτρέπειν*] Hanc vocem omiserunt Antonius et Maximus. POTT.

285, 18. *ἅλυες*] Conf. ad p. 249, 14.

285, 24. *ὀνείρων*] M. Cicero lib. De senectute c. 22. 'Jam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam. Multa enim cum remissi et liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur quales futuri sunt, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. POTT.

P. 286, l. 8. *παιδοποιία*] Athenagoras Legat. p. 129. edit. Oxon. dicit uxori operam dandam *μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι, ὡς γὰρ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὑκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιία.* Plura in hunc sensum inferius occurrunt. POTT.

286, 20. *πέτρᾳ σπαρτέον*] Pal. ms. *παρασπαρτέον*, ut sit *praeter viam seminandum*, aut *praeter naturam*, ut p. 82, 17. Sed *πέτρᾳ*, seu *πέτραν* confirmat *κερασβόλα σπείρειν* infra p. 83, 17. De lepore quae sequuntur refert etiam Plutarchus lib. De non foenerando; de hyaena Aelianus N. A. 1, 25. H. SYLB.

286, 24. *Μωσῆς*] Ubi haec dicit Moses? Certe nec Levit. 11. nec Deut. 14. quibus locis varia ciborum genera prohibet, nec forte ullibi alias; verum quae hic dicit Clemens, sumsisse videtur e Barnabae epist. cap. 10. p. 32–34. ed. Cler. POTT.

P. 287, l. 3. *καὶ τὸν μὲν*] Barnabas loco superius dicto: *Ἀλλὰ καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησίν. Πρὸς τί; Οὐ μὴ γένῃ παιδοφθόρος, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις· ὅτι ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας.* Ubi de leporum salacitate ac foraminibus conf. quae annotavit Cotelerius, ut etiam quae Clemens mox dicet p. 223. POTT.

287, 4. *ἀφόδευσιν*] Plinius H. N. 8, 55. 'Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernae ad excrementa lepori, totidem annos esse aetatis; varius certe numerus reperitur. Idem, utramque vim singulis inesse, ac sine mare aeque gignere.' SYLB. Lowthius annotat. 'Vid. Menard. in Epist. Barnabae n. 10.' POTT.

287, 7. *τὴν δὲ ὕαιναν*] Barnabas l. c. *ἀλλὰ οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ. Οὐ μὴ, φησὶ, γένῃ μοιχὸς, οὐδὲ φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. Πρὸς τί; Τοῦτο γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάσσει τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄρρεν, ποτὲ δὲ θῆλυ γίγνεται.* Ubi conf. quae annotavit Cotelerius. POTT.

287, 12. *οὐ μέντοι*] De hyaena cum Clemente negat etiam Aristoteles H. A. 6, 32. SYLB. Porro hoc loco Clemens Barnabae contradicit; sed tanti viri reverentia ductus nomen ejus reticet. POTT.

P. 288, l. 7. *μεμυκότων*] Grammaticae regula postulat *μεμυκυιῶν ἀρτηριῶν*· nisi neutro genere scriptum putes *μεμυκότων ἀρτηρίων*, sc. *ὀργάνων*, *ἀγγείων*· quod est insolens. SYLB.

288, 13. *ἑρμαφροδίτους*] Atqui juris auctores hoc statuunt l. 10. D. De stat. hom. lib. 15. sect. 1. de testibus: et boni auctores, A. Gellius 9, 2. Ausonius epigram. 98. et confirmat experientia. R. SYLB.

288, 17. *ἐπεὶ γάρ*] Haec, paucis mutatis, Eustathius in Comment. in Hexaemeron p. 38. transtulit, *Τὸ γὰρ ζῶον, ἀσελγέστατον πάνυ ὑπάρχον, πρὸ τοῦ πόρου ὑπὸ τὴν κέρκον ἐξοχὴν κέκτηται, αἰδοίῳ θηλυκῷ παραπλήσιον· ὅπερ* (scribe *ἥπερ*) *οὐκ ἔχει πόρον, ἡ μόνην τὴν κοιλότητα εἰς οὐδὲν μήτρας χρειῶδες καθεστηκυῖαν, καὶ κενὴν μόνην λαγνείαν δέχεται. διὰ γοῦν τὸν ὑπερβάλλοντα πασχητιασμὸν τοῦτο ὁ ἄρρην καὶ ἡ θήλεια ἔχουσι τὸ ἰδίωμα· ὅταν γὰρ οἱ πόροι πεπληρωμένοι ἀσχολοῦνται περὶ τὴν κύησιν, ἐν ἀλλήλοις τὴν παρὰ φύσιν μίξιν ἐργάζονται. ὅθεν σπανιώτατόν ἐστιν εὑρεῖν θήλειαν ὕαιναν· οὐ γὰρ συνεχεῖς αἱ κυήσεις τῷ ζώῳ γίγνονται.* POTT.

P. 289, l. 8. *δὲ*] *Τὲ* Rom. ubi etiam passim *ἄρσενες* per *σ*. POTT.

289, 10. *αὐτῶν*] Abest a Rom. Mox *χρῆσιν τῆς θηλείας* ib. POTT.

P. 290, l. 3. *σπήλαιον*] *Μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί*; Hierem. Apud eundem 7, 11. *Μὴ σπήλαιον ληστῶν ὁ οἶκός μου.* Quae loca Clemens commiscuisse videtur. POTT.

290, 12. *τεκοῦσα*] Haec etiam a Clemente sumsit Eustathius operis modo laudati p. 39. *Ὁ δὲ λαγωὸς πρὸς συνουσίαν ἐστὶν ἀκρατέστερος. ἡ δὲ θήλεια κατὰ μῆνα τίκτει, καὶ τεκοῦσα πάλιν ὑπὸ τοῦ τυχόντος λαγωοῦ ὀχεύεται, καὶ συλλαμβάνει ἔτι θηλαζομένη· οὐ γὰρ ἀρκεῖται ἑνί.* POTT.

290, 16. *τὸ γὰρ κενὸν*] Sic Aristoteles Ethic. Nicomach. 3, 13. *Ἀναπλήρωσις γὰρ τῆς ἐνδείας ἡ φυσικὴ ἐπιθυμία.* H. SYLB.

290, 25. *οὐ παιδοφθορήσεις*] Conf. quae superius dicta sunt ad Protrept. p. 85. POTT.

P. 291, l. 2. *Πλάτων*] Platonis verba occurrunt in ejus Phaedro p. 253. quo loco petulantem pravamque animam comparat equo *σκολιῷ, ὑβριστῇ, ἀλαζονείας καὶ ὕβρεως ἑταίρῳ*, etc. POTT.

*ἵπποι θηλυμανεῖς*] De *ἵπποις θηλυμανέσι* dictum supra ad p. 38, 30. SYLB.

*ἐγενήθητε*] *Ἐγενήθησαν* apud Hierem., et postea Strom. 3. p. 558. POTT.

291, 8. *ἀναγεγράφαται*] Potest etiam communiter scribi *ἀναγέγραπται*. A. SYLB. Respicit auctor 1 Cor. 10, 11. *Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν.* POTT.

291, 27. *μὴ εἰς*] Verba Platonis occurrunt Leg. 8. p. 838. *καλῶς ὑπέλαβες· αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἦν τὸ παρ' ἐμοῦ λεχθὲν, ὅτι τέχνην ἐγὼ πρὸς τοῦτον τὸν νόμον ἔχοιμι τοῦ κατὰ φύσιν χρῆσθαι τῇ τῆς παιδογονίας συνουσίᾳ, τοῦ μὲν ἄρρενος ἀπεχομένους, μὴ κτείνοντάς τε ἐκ προνοίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, μηδ' εἰς πέτρας τε καὶ λίθους σπείροντας, οὗ μήποτε φύσιν τὴν αὐτοῦ λήψεται γόνιμον.* Similia dicit Philo Judaeus adversus eos qui *στείραις γυναιξὶ συνέρχονται*, lib. De specialibus legibus p. 781. POTT.

P. 292, l. 5. *ἀρούρης*] Post ea, quae paulo ante laudavimus, Plato mox subjicit: *Ἀπεχομένους δὲ ἀρούρας θηλείας πάσης, ἐν ᾗ μὴ βούλοιτο ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν.* Ubi pro *βούλοιτο* sequentia ostendunt Clementem legisse *βούλοιό*, hoc sensu: 'Abstinendum ab omni muliere, e qua liberos tibi procreari non vis,' adeoque ab omnibus praeter propriam uxorem. POTT.

292, 9. *κοίτην σου*] *Κοίτην, σπέρματός σου ἐκμανθ.* apud Mosem. POTT.

292, 10. *ἄθετα*] Scribe *ἄθυτα*, id est, *ἀνίερα, ἄθεσμα*, 'scelerata, illicita:' idque ipsius Platonis auctoritate. Ei porro *ἄθετα*, 'irrita' *ἄγονα*, non mulierum, sed *ἀρρένων σπέρματα* sunt. En ejus verba ex Leg. 8. p. 841. *Τάχα δ' ἄν, εἰ θεὸς ἐθέλοι, κἂν δυοῖν θάτερα βιασαίμεθα περὶ ἐρωτικῶν· ἢ μηδένα τολμᾶν μηδενὸς τῶν γενναίων ἅμα καὶ ἐλευθέρων, πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, ἄθυτα δὲ παλλακῶν σπέρματα καὶ νόθα, μηδὲ ἄγονα ἀρρένων παρὰ φύσιν.* POTT.

292, 11. *μὴ σπεῖρε*] De praecepto hoc agit etiam Plutarchus Connub. praecept. p. 87. H. SYLB.

292, 22. *οὐδὲ μὴν*] Mox pro *εὐφυᾷ* interpres legit *ἀφυᾷ*, vel *ἐκφυᾷ*, dum vertit, 'degenerat, ineptumque redditur.' SYLB. Verum huic sententiae sensus sic demum optime constabit, si eam hoc modo scribamus, *Οὐδὲ μὴν ἀποκλύζειν τῷ ῥυπαρῷ τῆς ὕλης ῥεύματι καὶ ἀποκαθάρματι σπέρμα δὴ γενέσεως εὐφυὲς, τῶν τῆς μήτρ. ἀπ. αὐλ.* In eundem sensum nonnulla dicit Philo, De spec. praec. p. 781. POTT.

292, 25. *οὐδέ*] Similia reperies Strom. 3. p. 543. Lowthius ait: 'Similia habet et Justinus Apol. 2. p. 37; Athenagoras Legat. Ita Josephus de Essenis, Bell. Jud. lib. 2. cap. 7: *Ταῖς ἐγκύμοσιν οὐχ ὁμιλοῦσιν·* inter quos et Christianos magna intercessit morum similitudo, ut observarunt eruditi. Vid. infra pag. 235. Verum ab hac severitate aliquid remittit Clemens Strom. 3. p. 555.' Conf. Constit. apostol.

6, 28. et quae ibi notavit Cotelerius: item Recognit. Clementis 8, 48. POTT.

P. 293, l. 27. ὤμοις ἀφρόνων] Ὁμοίως ἄφροσιν Vulg. Septuagint., sed ὤμοις ἀφρόνων vera lectio est: νώτοις ἀφρόνων Theodotionis versio. POTT.

293, 29. ἀπόστησον] Vulg. habet, Μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ δῷς μοι· καὶ ἐπιθυμίαν ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ. Κοιλ. Ibi tamen Fl. Nobilius annotat in quibusdam libris scriptum fuisse: Καὶ γιγαντώδη ψυχὴν ἀπόστησον διὰ παντὸς ἀπὸ τῶν δούλων σου· ἐλπίδας κενὰς καὶ ἐπιθυμίας ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ. POTT.

P. 294, l. 3. Κράτητος] Cratetem Thebanum intelligit, e Cynicorum secta philosophum; qui Peram, urbem, vel regionem imaginariam, sumto nomine a perula, quam Cynicorum more gestabat, carmine celebravit. De eo haec Apuleius in Apolog. scripsit, 'Villas ornatissimas una perula mutavit, quam postea, comperta utilitate, etiam carmine laudavit; flexis ad hoc Homericis versibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat.' POTT.

πήραν] Peram γαῖαν, regionem, Cratetem finxisse memorat praeter Apuleium loco superius laudato, Dionysius etiam Halicarnass. Περὶ ἑρμηνείας. Γαῖαν habent Homeri versus, quos imitatus est Crates, Odyss. 19, 172.

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος.

Videtur autem inde γαῖα in Apuleium et Dionysium irrepsisse. Nam praeter Clementem, Peram πῶλιν vocant ipsi Cratetis versus, quos Laertius 6, 85. exhibuit:

Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ,
καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος, οὐδὲν ἔχουσα·
εἰς ἣν οὐδέ τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
οὔτε λίχνος, πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν. POTT.

294, 5. In verbis Clementis οὐδὲ λίχνος πόρνος πυγῇ ἀγαλλόμενος, οὐ δολερὰ πόρνη, pro πόρνος scribendum videri potest πόρνης, quum in epigrammate Cratetis apud Diog. L. 6, 85. legatur οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσι, quod tamen ipsum quoque vitii suspectum est Meinekio in Leutschii Philologo vol. 15. p. 335. et in Fleckeiseni Annalibus a. 1863. p. 370. qui corrigit οὔτε λίχνος πόρνη ἐπαγαλλομένη πυγῇσιν. Nam ἀγάλλεσθαι et ἐπαγάλλεσθαι dici non qui alienis, sed qui suis ipsius bonis gaudeat. Id vero Clementem certe non legisse ex proximis quae addit verbis colligi potest οὐ δολερὰ πόρνη.

294, 19. ὧν οἱ ἀπεχόμενοι] Eos, qui ad certamina se praeparabant, a Venere abstinuisse, res est notissima. Horatius De arte poetic. 412.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit,
Abstinuit venere et vino. POTT.

294, 22. μικρὰν ἐπιληψίαν] Dictum de coitu Stobaeus Eryximacho tribuit tit. 6. De intemperantia; sic enim ibi, Ἐρυξίμαχος τὴν συνουσίαν μικρὰν ἐπιληψίαν ἔλεγεν. Democriti sententiam idem aliquanto post paulo aliter citat: Συνουσίη ἀποπληξίη σμικρή· ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου. A. Gellius 19, 2. Hippocrati dictum hoc tribuit: τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. SYLB. Quae postrema sunt a Plinio

conversa 28, 6. Abderitanum fuisse Democritum, Stephanus et Suidas testantur: alii Milesium eum dicunt. COL.

294, 24. *τῷ μεγέθει τῆς ἀπουσίας*] Pal. ms. *τῷ μεγέθει τῆς συνουσίας* sed *ἀπουσίας* probat etiam Herveti versio, 'ejus, quod abscessit, magnitudini.' SYLB.

P. 295, l. 14. *περιτέμνεσθε*] Respicere videtur Ezech. 43, 9. 44, 7. POTT.

295, 16. *ἦν χρή*] Quae sequuntur hoc modo distinguenda videntur, *Ἦν χρὴ διδάσκαλον ἐπιγραφομένους τὰς σοφὰς τοῦ καιροῦ ἐπιτηρεῖν παιδαγωγίας· (τὸ γῆρας λέγω, καὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν παρεισάγουσαν· τοῖς μὲν γὰρ οὐδέπω συνεχώρησεν, τοὺς δὲ οὐκ ἔτι βούλεται γαμεῖν) πλὴν οὐ πάντοτε γαμεῖν· γάμος δὲ ἡ. π.* POTT.

P. 296, l. 7. *ἀλεκτρυόνος*] Iisdem prope verbis Plutarchus Sympos. 3, 6. [p. 654.] *πρωῒ δίκην ἀλεκτρυόνος συμπλέκεσθαι.* SYLB. Adde ibid. p. 655. et locos similes Clementis p. 361, 20. 619, 1. 628, 27. aliorumque scriptorum ab Doehnero comparatos Quaest. Plut. 3. p. 39.

*ὁπηνίκα*] Similia dicit auctor Strom. 7. p. 860. POTT.

296, 12. *χρονιωτέρα*] Tardior, quae post longum tempus adest, *ἡ χρόνιος ἥκουσα*, ut Euripidis verbis utar. Hesychius, *Χρόνιον, ἀρχαῖον, ἢ μετὰ πολὺν χρόνον.* POTT.

296, 13. *οὐ μὴν*] Lowthius ait, 'Vid. Tertullianus Ad uxor. 2, 3.' POTT.

296, 15. *οὐδὲν γὰρ*] Ut hic maritum erga uxorem, sic uxorem erga maritum officium docens Gregorius Nazianz. contra mulieres se exornantes,

*Ἰστὸν Πηνελόπης, τὸν νὺξ λύεν, ἦμαρ ὕφαινεν·*
*ἔνδοθι τὴν Ἑκάβην, ἔκτοθι τὴν Ἑλένην.* COL.

Historiam de se narrat Penelope apud Homer. Odyss. 19, 149.

*Ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκον μέγαν ἱστὸν,*
*νυκτὸς δ' ἀλλύεσκον, ἐπὴν δαΐδας παραθείμην.* POTT.

P. 297, l. 4. *ὁπότ' ἄν*] Hoc est, 'Cum quis, satiato libidinis ardore, senserit, se ob turpia facta reprehendi meruisse.' POTT.

297, 9. *ἀκαθαρσία πᾶσα*] *Πᾶσα ἀκαθαρσία* apud Ephes. POTT.

297, 11. *συνουσία*] Hoc Epicuri effatum memorant Diogen. Laertius 10, 118; Porphyrius De abstinentia ab animal. lib. 1; Plutarchus, Sympos. 3, 6; Galenus Comment. 1. in lib. 3. Epidemiorum Hippocratis; Cicero Tusc. 3. POTT.

297, 13. *γυνὴ*] Haec in vulgatis codicibus frustra quaesiveris: occurrunt autem Ecclesiastici 26, 22. et in aliis quibusdam codicibus reperiri, annotat Flaminius Nobilius. Quae sequuntur verisimile est ibidem legisse Clementem, licet ea codices nostri haud agnoscant. POTT.

297, 19. *παρ' ὑμῖν*] Pal. *παρ' ἡμῖν*, quod probat etiam A., ut videatur Sibyllina carmina citare, sicut alibi passim. SYLB.

297, 21. *μοιχεία*] Versus sunt e Sibyllin. [5, 166.] l. 4. ubi pro *ἀνδρῶν* vulgati libri habent *παίδων*, et *δύσμορε πασῶν* pro *πάντ' ἀκάθαρτε*; nam in Sibyllinis sequens versus habet id commation, *Αἱ αἱ πάντ' ἀκάθαρτε.* Haec Opsop. SYLB. in Addendis.

P. 298, l. 1. *ὅτι παρὰ φύσιν*] Lowthius scribit *οὔ τι παρὰ φύσιν.* Verum nihil mutandum: nam hoc loco *παρὰ φύσιν* est 'a natura.' Haec enim praepositio nonnunquam causam denotat a qua aliquid

procedit. Sensus est, 'nonnullos homines arbitrari has voluptates, quibus fruendis peccare soleut, a natura esse.' POTT.

298, 6. *ὁ ἄνθρωπος*] Vulg. Eccl. *Ἄνθρωπος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ, λέγων ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, τίς μ.* Mox, *τοίχοί με καλύπτουσι, καὶ οὐθείς με ὁρᾷ. τί εὐλαβοῦμαι; τῶν ἁμαρτιῶν μου οὐ μὴ μνησθήσεται ὁ ὕψ.* Dein *καὶ οὐκ ἔγνω* pro *οὐ γὰρ γινώσκει.* POTT.

298, 13. *ὑψίστου*] Abest ab Eccl. ut etiam mox *εἰσίν.* Dein *ἐπιβλέποντες* pro *οἱ ἐπιβλέπουσιν*, et *κατανοοῦντες* pro *κατανοοῦσιν* ibid. POTT.

298, 17. *ποιοῦντες, καὶ ἐροῦσι*] *Ποιοῦντες, καὶ ἔσται ἐν σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν· καὶ ἐροῦσι, τίς ἑώρακεν ἡμᾶς;* Esa. POTT.

298, 22. *καταλαμβάνει*] *Κατέλαβεν* Joan. POTT.

*αὐτὸ*] A. *αὐτῷ.* Sed non minus apte legeris, *αὐτὴ ἡ νύξ.* SYLB.

298, 24. *οὓς ἀκοιμήτους*] Lowthius ait: 'Scribe *ὡς ἀκοιμήτους.* Vel delendum *οὓς*' Possit, levi mutatione facta, scribi *τοὺς ἀκοιμ. λύχνους.* Quam emendationem firmat quod in R. aliquis *τ* scripsit super *οὓς.* Porro respicere videtur auctor Sapient. Solom. 7, 10. ubi de Sapientia dicit: *Προειλόμην αὐτὴν ἀντὶ φωτὸς ἔχειν, ὅτι ἀκοίμητον τὸ ἐκ ταύτης φέγγος.* POTT.

P. 299, l. 9. *ἀεὶ δὲ*] Respicit Socratis effatum apud Platon. Phaedon. p. 67. quod Clemens infra recitat Strom. 5. p. 657. POTT.

*μὴ δὴ ἅμα χιτῶνι*] Una cum tunica exui etiam pudorem, prolixe narrat Herodotus 1, 8. in Candaulis historia. H. SYLB. Idem fatur Epicharmus apud Stobaeum serm. 72. POTT.

299, 12. *τὸ φθαρτὸν*] Respicit 1 Cor. 15, 53. *δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν.* POTT.

299, 19. *βαρβάρου*] Nempe Judaicae. Nam Platonem magnam philosophiae suae partem e Judaicis Scripturis hausisse in libris Stromatum saepe affirmat. POTT.

P. 300, l. 3. *σου*] Abest ab Eccl. sed id agnoscit Alex. ms. Mox *ἔσται* pro *ἐκβήσεται* ibid. Dein *σῆτες* pro *σῆψις* ibid. Sed *σήπης* est in Alex. POTT.

300, 6. *καὶ ἐξαρθήσεται . . . μείζονι*] *Καὶ ἡ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται* Eccl. Utrumque habet ms. Alex. *καὶ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι.* Saepe enim accidit per librariorum negligentiam ut diversae versiones simul in textum reciperentur. Flam. Nobilius annotat in quibusdam libris exstare *καὶ ξηρανθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι.* POTT.

300, 8. *ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν*] Haec absunt e Vulg. Eccl. Flam. Nobilius annotat, in quibusdam codicibus ea hoc modo scripta esse, *ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς, στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ* POTT.

300, 23. *ὑμῶν*] Abest a Luc. Mox *ἡ γὰρ ψυχὴ πλεῖον* ibid. POTT.

300, 27. *καὶ ἀποθήκη*] *οὐδὲ ἀποθήκη* Luc. POTT.

P. 301, l. 2. *πῶς οὔτε νήθει*] *Πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει* Luc. POTT.

301, 3. *ὅτι*] Abest a Luca; sed id habet Matth. 6, 29. POTT.

*Σολομῶν*] *Ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ* addunt Evangelistae. POTT.

301, 6. *ἢ μύρων*] Commation hoc parum huc quadrat, et *λειρίων* ibi legere tautologia esset. SYLB. Delendum videtur. LOWTH.

301, 7. *σήμερον ἐν ἀγρῷ*] *Ἐν τῷ ἀγρῷ σήμερον ὄντα* Luc. Mox, *ὦ ὀλιγόπιστοι* ibid. POTT.

301, 15. *περιττὸν*] Huc detorquet illud Matth. 5, 37. *Ἔστω δὲ ὁ*

λόγος ὑμῶν, Ναὶ ναί, Οὐ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. POTT.

301, 21. ταῦτα δὲ πάντα] Ταῦτα γὰρ πάντα—ἐπιζητεῖ Luc. POTT.

P. 302, l. 2. οἶδε . . . ὁ πατὴρ] Ὑμῶν ὁ πατὴρ οἶδε Luc. POTT.

302, 4. ἀπολύωμεν] *Ablegemus, dimittamus.* Sylburgius ait "Interpres aptius ἀπολλύωμεν, seu ἀπολέσωμεν, *in deliciis perdamus.*" POTT.

302, 5. ζητεῖτε γὰρ] Πλὴν ζητεῖτε Luc. Mox τὰ τῆς τροφῆς auctoris interpretamentum est: nam ταῦτα πάντα apud Luc. occurrit. POTT.

302, 7. τρυφῆς] A. mavult τροφῆς, *alimentorum.* SYLB.

302, 17. ἐληλεγμένον] '*Reprehensum*;' est enim perfectum ab ἐλέγχομαι. Interpres perinde vertit ac si legisset λελεγμένον. POTT.

302, 25. σφόδρα] Additamentum Clementis. Mox καὶ ἐνεδ. apud Luc. Dein, Πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτ. ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπ. ibid. POTT.

P. 303, l. 6. ἑταίραις ἀνθίνας] Conf. quae adnotavimus ad finem c. 4. hujus libri p. 195. POTT.

303, 7. τῶν δοκίμων γυναικῶν] Heraclides lib. De politiis, Τῶν ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται· οὐδὲ κομᾶν ἔξεστιν, οὐδὲ χρυσοφορεῖν. POTT.

303, 12. καὶ πυδήρεις ἠμπίσχοντο] Lowthius ait: 'Glossema, quod interpres minime agnoscit.' POTT.

303, 13. χρυσοῦν, ἐνέρσει τεττίγων] Scribendum χρυσῶν ἐν ἔρσει τεττίγων, 'consertis aureis fibulis,' idque Thucydidis auctoritate, cujus verba recitat Clemens. Ea vero lib. 1. c. 6. sic se habent, πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν· καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἁβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος, ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐν ἔρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. ἀφ' οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπιπολὺ αὖτη ἡ σκευὴ κατέσχε· μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο. POTT.

303, 15. τοὺς ἄλλους Ἴωνας] Etenim Iones Athenis oriundi fuisse, et ab Ione Xuthi filio nomen suum accepisse memorantur. Conf. Archaeolog. nostrae Gr. 1, 1. POTT.

303, 16. ἑλκεσιπέπλους] Epitheton mulieribus proprium. Homerus Iliad. 6, 442.

αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.

Item simile epitheton ἑλκεχιτώνων Ionibus tribuit Il. 13, 685:

ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες.

Clemens per memoriae lapsum ἑλκεσιπέπλους dixisse videtur. Huc referri merentur quae dicit Strabo 10. p. 466, 467. ubi de Curetum nomine agit: Θηλυστολοῦντας γὰρ ὡς αἱ κόραι, τοὔνομα σχεῖν τοῦτο τοὺς περὶ τὴν Αἰτωλίαν φασίν· εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ Ἰάονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι. POTT.

303, 19. προτρεπομένους] Lowthius ait: "Lege προστρεπομένους, 'colentes;' quo sensu haec vox occurrit in Protreptico p. 44." POTT.

303, 20. ἀπωκιστέον] Analogia postulat ἀποικιστέον. SYLB.

303, 25. κόσμῳ] Ludit in ambiguo hujus vocis sensu. POTT.

P. 304, l. 16. εἰ δὲ συμπεριφέρεσθαι] Similia dicit Paedag. 3, 11. p. 287. POTT.

304, 19. *νῆμα*] Locum hunc contra luxum vestium cum Seneca et aliis confert Petrus Faber Semestrium 2. p. 145. SYLB.

304, 20. *βόμβυκας*] Conf. Hieronymus Vida in Bombyce. POTT.

304, 23. *βομβύλον*] A. et H. *βομβύλιον* ex Aristot. H. A. 5, 19. Plin. 11, 22. SYLB. Porro alii *βυμβύλιον* et *νεκύδαλον* distinguunt. Conf. Aristoteles et Plinius l. c., ubi quoad caetera, eadem fere de bombycis generatione referunt, quae Clemens. POTT.

P. 305, l. 15. *λευκαῖς ... ἐσθήσεσι*] Lowthius, 'Ita Josephus de Essenis, De bello Jud. 2, 7. ait illos *λευχειμονεῖν διαπαντός*. Vide notas ad p. 225.' Similia Clemens Paedag. 3, 11. p. 286. POTT.

305, 16. *Δανιὴλ*] Quae sequuntur e Dan. et Apoc. *διὰ μνήμης* recitat. POTT.

305, 26. *ἀργυρώματα*] Plutarchus lib. *Περὶ φιλοπλουτίας*, postquam Dionysiorum antiquam ac simplicem pompam descripsisset, addit, *ἀλλὰ νῦν ταῦτα παρορᾶται καὶ ἠφάνισται, χρυσωμάτων περιφερομένων, καὶ ἱματίων πολυτελῶν, καὶ ζευγῶν ἐλαυνομένων, καὶ προσωπείων*. Tunc etiam floridis utebantur; nam ipse Bacchus *ἐκέχρητο μασχαλιστῆρι ἀνθινῷ*, ut ait Pollux 4, 117. POTT.

P. 306, l. 7. Erat vestis quaedam ab animalibus intertextis *ζωωτός*, seu *ζωδιωτός* dicta, de qua Pollux 7, 55. *Ὁ δὲ κατάστικτος χιτών ἐστιν ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα· καὶ ζωωτὸς δὲ χιτὼν ἐκαλεῖτο καὶ ζωδιωτός*. Idem auctor de reliquis etiam vestibus, quas hoc loco memorat Clemens, consuli poterit. POTT.

306, 17. *ἐν περιβολῇ*] *Ἐν περιβολῇ ἱματίων μὴ καυχήσῃ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου* Eccl. POTT.

306, 21. *διάγοντες*] *Ὑπάρχοντες* Luc. Mox illud *τοῖς ἐπιγείοις* est Clementis interpretamentum: et forte ad seq. refertur. POTT.

P. 307, l. 4. *ἡ ἄγαμος*] Respicit 1 Cor. 7, 34. *μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί*. POTT.

307, 15. *Κεῖον*] Ceus sophista Prodicus est, cujus meminit et Basil. p. 227. ubi tamen *Χῖος* legitur, Xenophon Apomn. 2. Cicero Offic. 1. et Philo p. 590. H. SYLB. Clemens Strom. 5. p. 664. hunc virum, Prodicum nempe, *Κῖον* vocat: quod posteriores editiones mutarunt in *Χῖον*. Eundemque Basilius lib. De legendis gent. libris, Quintilianus Instit. 1, 3. aliique Chium vocant. Sed *Κεῖος* in *Κῖος*, hoc autem in *Χῖος* facile transit. Erat autem Prodicus *Κεῖος*, ex insula Ceo oriundus. Plato in Theage p. 127. *Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος*. *Κεῖος* etiam dicitur a Laertio Diogene in Protagora, et Philostrato in prooemio lib. De vitis sophistarum. Suidas, *Πρόδικος Κεῖος ἀπὸ τῆς νήσου, πόλεως δὲ Ἰουλίδος*. Idem tradit Aristophanis scholiastes ad Nubes 360. Porro Clemens hoc loco Prodici fabellam respicit, qua Virtutem ac Vitium ad sese Herculem allicientes descripsit. Eam copiose narravit Xenophon Memorabil. lib. 2. quem Clemens abbreviasse videtur. Ejusdem meminerunt Cicero De offic. 1, 32; Justinus M. Apol. 2. p. 29. edit. Oxon.; Maximus Tyrius dissert. 4; Basilius lib. De legendis gentil. libris; Philo Judaeus lib. De mercede meretricis non recipiend. in sacrar.; Chrysostomus orat. 1. *Περὶ βασιλείας*, Philostratus loco superius memorato, etc. POTT.

P. 308, l. 6. *εὔφρανον*] Vulg. Bibl. *ηὔφρανάν σε*. POTT.

308, 8. *ἐν ἱματισμῷ*] Vulg. Bibl. *ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη*, absque commatio illo *καὶ κροσσωτοῖς χρυσοῖς*, quod tamen infra quoque reperitur Strom. p. 280, 29. SYLB.

308, 11. *ὁ ἄδολος*] Nempe is, *ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*, ut dicitur 1 Pet. 2, 22. POTT.

308, 12. *ὡς χρυσὸς διαπρέπει*] Respicit illud Pindari principio Olymp. 1. *Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ | χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ | ἅτε διαπρέπει | κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.* POTT.

P. 309, l. 3. *κἂν ὑπὸ διφθέραις*] Varro l. 2. De re rustica, 'Pleraque similiter faciendum in ovibus pellitis, quae propter lanae bonitatem (ut sunt Tarentinae et Atticae) pellibus intexuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit, vel lavari ac parari.' Hor. Carm. 2, 6: 'Dulce pellitis ovibus Galesi flumen.' Colum. 2, 22: 'Feriis pontificiis pellibus oves vestiri non licet.' Itaque Diogenes, ut refert Laertius, cum in Megarensi agro pellibus intectas oves spectasset, Megarensium autem liberos nudos ob mendicitatem passim videret, facete dixit praestare Megarensis arietem esse quam filium. Et quod ille *πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα*, hic Clemens *ὑπὸ διφθέραις φυλάττονται αἱ τρίχες*. COL.

309, 13. *τὴν ἔρημον τῆς ἐρημίας*] Interpres vertit '*solitudinem quietis*,' ac si legisset *τὴν ἔρημον τῆς ἡμερίας*. Verum *ἔρημος ἐρημίας* est *desertum solitudinis*, id est solitudo ingens, *ἀοίκητος*, quae opponi videtur deserto *ὀρεινῷ*, seu montanis Judaeae locis, ab urbe quidem remotioribus, sed non plane hominum vacuis. MS. N. scribit *τὴν ἔρημον τῆς ἐρημίας γαλήνην*, *solitariam deserti tranquillitatem*, omissa praeposit. *κατά*: quae lectio ab aliquo forte profecta est, qui quid esset *ἔρημος ἐρημίας* ignorabat. POTT.

309, 19. *ταπεινοφροσύνης ἔνδυμα*] Quo, scilicet poenitentes ac lugentes utebantur. POTT.

P. 310, l. 11. *γραφὰς*] Ludit auctor in ambiguitate vocis *γραφή*, quae cum *scripturam* tum *picturam* etiam denotat. POTT.

310, 18. *ὑπὲρ γόνυ*] Virginum Spartanarum vestes supra genua decurtatas fuisse referunt auctores. Voluit nimirum Lycurgus, illas, perinde ac juvenes, certaminibus exerceri; ad quae brevior vestis aptior fuit. Hinc *φαινομηρίδας* ab Ibyco poeta vocatas memorat Plutarchus. Conf. Pollux 7, 55. POTT.

310, 22. *καλὸς*] Responsum illud in excerptis manuscr. tribuitur Lacenae feminae. Sic enim ibi: *εἰπέν τις, τὸν πῆχυν θεασάμενος τῆς Λακαίνης, Καλὸς ὁ πῆχυς· καὶ ἀντήκουσε τὸ, Ἀλλ' οὐ δημόσιος.* Clemens tamen infra Stromateo quarto p. 224, 11. Theanoni Pythagoreae dictum hoc tribuit, ut et Plutarchus in Praeceptis connubialibus. Et occasionem quidem nudati brachii Plutarchus ibidem fuisse dicit *τὴν περιβολὴν τοῦ ἱματίου*, in excerptis vero supradictis haec affertur ad Lacaenas accommodata ratio, *ἐπεὶ καὶ ἀγειμάστους ἐφόρουν χιτῶνας, ὡς φαίνεσθαι ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ὤμων διαγόμενα καὶ σμαστόν· καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων ἀγαλμάτων καὶ τῶν εἰκόνων τῶν γυναικείων.* Adduntur quae insuper haec: *ἐλέγοντο δὲ αἱ ταύτῃ χρώμεναι τῇ στολῇ τῇ ἀγειμάστῳ δωριζειν, ἐπεὶ καὶ Δωριεῖς οἱ Λάκωνες ὄντες ἀπ' ἐναντίων αἱ χειριδωτοῖς χρώμεναι ἰωνίζειν ἦσαν δὲ αὗται αἱ Ἀθηναῖαι, διότι Ἴωνες οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τοῦ τὴν Ἰωνίαν ἀποικίσαι ἐκελεύσθησαν· καὶ ἐποιοῦντο τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὰς γυναῖκας ἀνδριζοντες, οἱ*

Ἀθηναῖοι δὲ ἐκθηλύνοντες. SYLB. Conf. quae annotata sunt ad Strom. 4. p. 619. POTT.

P. 311, l. 3. ἐγκαλύφθαι] Tertullianus De cultu femin. 2, 7. 'Deus vos velari jubet: credo, ne quorundam capita videantur.' POTT.

311, 15. ἔλλαβε] Admiranda versus Homerici applicatio. Nam cum ea verba de morte usurpaverit poeta, Clemens vitam illam, quae in purpuris versatur, neque quicquam praeter illas aestimat, θάνατον πορφύρεον vocavit. Hoc in Juliano Parabata, cum fastu maximo mirantur quidam apud veteres, qui si persuasissent sibi, ullo loco Christianos homines habendos esse, penes quos tum omnis erat eruditio, et qui crucem Domini ac Dei sui sub abominando illo capite, quanquam non omnes aeque patienter, bajulabant, facile intellexissent, omnia illum Christianis debuisse, et hanc inter causas fuisse quare usu litterarum iis interdiceret, cum quibus olim sacramentum Deo vivo dixerat. Apophthegma ejus decantatum tantopere, eodem modo, sensu eodem, usurpavit hic Clemens, et quidem sub Severo. Quid, quod veteres, Homerum eo ipso in loco respexisse ad purpuram extendant: quae si uno ictu purpurarii conficiatur, colorem exhibere nativum, ἐναύσιστόν τε καὶ δενσοποιόν, at si diu spiret postea, ad ὀλίσθημα fieri inutilem. Τοῦτό τοι καὶ Ὅμηρος οἶδε, φασί· καὶ τοὺς ἀκριβοῦντας ἐν βυσσοῦ μὴ πλῆξαι τῷ τῆς πορφύρας θανάτῳ καταλαμβάνεσθαί φασι τὸ ὀλίσθημα ἐν τοῖς ἐπὶ μέτροις ἀναμέλπων ἐκεῖνο, Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. Nullus in antiquitate tota ἦθος aeque ἀνοσιουργὸν ac Thrasycritus Sophista, qui cum Alexander patrium mutare ac ad Persicum transiret, juberetque ex Ionia mitti purpuram, Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος. Quam quam filii grammaticorum male venustatem ejus dicti rapiant, quemadmodum Eustathius, qui ad purpurarios refert. Illud simul Sophistae voluit quam actum esse de Alexandro, postquam ad patrium mutassent, aut mutare: tasset. Nam aut vitam illi morte infeliciorem inimicorum, aut mortem: quam non evasit. Et ex eo tempore invisus suis esse coepit. Unde Hermolaus mira libertate apud Curtium: 'Persarum te mores et disciplina delectat, patrios mores exosus es: Persarum regem non Macedonum regem occidere voluimus: et te transfugam bello jam persequimur.' Quin et Diogenes eo usus fertur. Sed nunc non erat locus. HEINSIUS.

311, 17. Λακωνικῆς ἢ γείτων] Plinius 9, 36. de purpura et murice. 'Praecipuus hic, inquit, Asiae, in Meninge Africae, et Gades Oceani, et Laconica Europae.' Conf. idem 35, 6; Horatius lib. 1 Nec Laconicas mihi Trahunt honestae purpuras clientae.

311, 26. δεῖ δὲ τὴν σκέπην] Scribe, Δεῖ δὲ τ. σ. ἀπ. 'Oportet autem integumentum indicare id, quod melius.' Vel, Δεῖ δὲ τῆς σκέπης, οἶμαι, αὐτῆς κρεῖττον hanc sententiam effert in lib. De vestimento Musonii ap. Stobaeum serm. 1. p. 17. δεῖ γὰρ τῆς σκέπης αὐτῆς κρεῖττον καὶ ἰσχυρότερον, ἀλλ' οὐκ ἀσθενέστερόν τε καὶ Musonii ap. Stobaeum Flor. 1, 84. vol. 1. scriptura δεῖ γὰρ τῆς σκέπης αὐτῆς κρεῖττον in κρεῖττον mutanda est ex codicibus, quibuscum quod apud eum non simplex αὐτῆς legitur,

Mutin.) quod *αὐτὸ αὐτῆς* scripsi, nisi simplex *αὐτῆς* est restituendum, deleto *αὐτό*. *τὴν σκέπην αὐτὴν* malebat Peerlkampius in Annot. ad Musonium p. 335.

P. 312, l. 4. *Ἀττικὰς*] Subaudiendum *δραχμάς*, aut *μνᾶς*. SYLB.

312, 16. *σανδάλια*] Victorius 14, 15. Var. lect. Sandalium erat calceamentum divitum mulierum, ut testimonio Cephisodori comici intelligitur, qui in Trophonio sua ita induxit mulierem conquerentem fortunas suas, ap. Pollucem 7, 87. *σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν, ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα· νῦν δ' ὥσπερ ἡ θεράπαινα ἔχω περιβαρίδας.* Quae namque antea sumptuoso genere calceamenti usa fuerat, postea tanquam ancillam ait se induere peribaridas. Calceorum autem clavis confixorum mentio fit etiam apud Athenaeum ex Phylarcho, qui lib. 12. scripsit "Alexandri familiares in luxum nimium effusos fuisse, inter quos unus Agnon clavis aureis confixas crepidas et calceos gestabat." COL.

P. 313, l. 1. *Τυρρηνικὰς*] Conf. Pollux l. c. POTT.

313, 5. *προσπταισμάτων*] Sic alibi *προσκομμάτων*, et *προσκρουσμάτων*, ut annotat Sylburgius. POTT.

313, 7. *Γυναιξὶ μὲν οὖν*] De feminarum albis calceis Apuleius lib. 7. Metamorph. 'Calceis femininis albis illis, et tenuibus indutus, et in sequiorem sexum insertus.' Vopiscus in Aureliano: 'Calceos mulleos, et cereos, et albos, et ederaceos, viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.' Pollux 7, 92. *ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα Περσικὰ, λευκὸν ὑπόδημα, μᾶλλον ἑταιρικόν.* P. Colvius in Apuleium. COL.

313, 13. *καὶ γάρ πως ἐγγὺς*] Musonius lib. De vestimento apud Stobaeum serm. 1. p. 18. *Τοῦ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδητεῖν τῷ δυναμένῳ κρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι· ἡ δ' ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐκολίαν παρέχει τοῖς ποσὶν, ὅταν ἠσκημένοι ὦσιν. ὅθεν καὶ τοὺς ἡμεροδρόμους ὁρᾶν ἔστιν οὐ χρωμένους ὑποδήμασιν ἐν ταῖς ὁδοῖς.* POTT.

313, 18. *κονίποδας*] Pollux 7, 86. *οἱ δὲ κονίποδες λεπτὸν ὑπόδημα πρεσβυτικόν· τὸ δὲ κάττυμα κοῦφον, ὡς ἐγγὺς εἶναι τῆς κόνεως τὸν πόδα.* POTT.

P. 314, l. 4. *τῆς γῆς*] Similiter Tertullianus, ut lapillorum pretium minueret, eos 'terrae minutalia' vocavit, De cultu femin. 1, 6. POTT.

314, 16. *μαργαρίτης*] Conf. Athenaeus 3, 13. et 14; Plinius 9, 35; Ammianus Marcellinus in fine lib. 23. POTT.

P. 315, l. 15. *ὃν καὶ ἔδ.*] A. mavult, *ἃ καὶ ἔδειξε*. SYLB.

315, 18. *πρῶτον μὲν γὰρ*] His gemina illa Tertulliani De Corona mil. 8: 'Dicimus enim ea demum et nostris et superiorum usibus, et Dei rebus, et ipsi Christo competisse, quae meras utilitates et certa subsidia, et honesta solatia necessariis necessitatibus vitae humanae procurent: ut ab ipso Deo inspirata credantur propriore prospectore et instructore, et oblectatore si forte hominis sui. Quae vero hunc ordinem excesserunt, ea non convenire usibus nostris.' COL.

P. 316, l. 5. *τῶν οὐρανῶν*] *Τοῦ θεοῦ* Luc. POTT.

316, 6. *εἰ δὲ καὶ πάντα*] Tertull. De cultu fem. 10: 'Nonne sapientes patres familiae de industria quaedam servis suis offerunt, atque permittunt, ut experiantur an aequaliter permissis utantur, si probe, si modeste? Quanto autem laudabilior, qui abstinuerit in totum, qui timuerit etiam intelligentiam Domini? Sic igitur et Apostolus, Omnia, inquit, licent, sed non omnia aedificant.' Cyprianus De habitu virgi-

num: 'Locupletem te dicis et divitem? Sed non omne, quod potest, debet et fieri: cum nec desideria prolixa et de seculi ambitione nascentis ultra honorem ac pudorem virginitatis extendi, cum scriptum sit, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.' COL.

316, 9. *τῶν ἑαυτοῦ*] Suum nempe Logon omnibus communem subministrans. POTT.

316, 12. *πάρεστί*] Sic occurrit huic objectioni Cyprianus libro citato: 'Locupletem te dicis, et divitem, et utendum putas iis, quae possidere te Deus voluit. Utere, sed ad res salutares; utere, sed ad bonas artes; utere, sed ad illa, quae Deus praecepit, quae Dominus ostendit. Divitem te sentiant pauperes, locupletem sentiant indigentes.' His etiam consentanea scribit J. Chrysost. extremo sermone sec. in beatum Job. COL.

316, 22. *πόσῳ*] Haec excerpsit auctor e Musonii lib. De vestimento. Ejus verba apud Stobaeum serm. 1. sic se habent: *καίτοι πόσῳ μὲν εὐκλεέστερον τοῦ πολυτελῶς οἰκεῖν τὸ πολλοὺς εὐεργετεῖν; πόσῳ δὲ καλοκἀγαθώτερον τοῦ ἀναλίσκειν εἰς ξύλα καὶ λίθους τὸ εἰς ἀνθρώπους ἀναλίσκειν; πόσῳ δὲ ὠφελιμώτερον τοῦ περιβεβλῆσθαι μεγάλην οἰκίαν τὸ κεκτῆσθαι φίλους πολλούς; ὃ περιγίνεται τῷ προθύμως εὐεργετοῦντι. τί δ' ἂν ὄναιτό τις τηλικοῦτον ἀπ' οἰκίας μεγέθους τε καὶ κάλλους, ἡλίκον ἀπὸ τοῦ χαρίζεσθαι πόλει καὶ πολίταις ἐκ τῶν ἑαυτοῦ;* POTT.

P. 317, l. 12. *τὴν τῶν ἔσω*] Supervacaneum *τῶν*. Nam *τὴν ἔσω γυναῖκα* dicere potuit quemadmodum Apostolus *τὸν ἔσω ἄνθρωπον*, Rom. 7, 22; Ephes. 3, 16. Lowthius ait, 'Forte legendum *τῇ τῶν ἔσω*, et supplendum *κοσμιότητι*.' POTT.

P. 318, l. 10. *παρὰ τοῖς βαρβάροις*] Tertullian. De habitu muliebri 7: 'Apud Barbaros quosdam, quia vernaculum est aurum et copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, et divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores.' Et De cultu femin. 20: 'Quanquam et aurum ipsum, cujus vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula servire referunt gentilium literae: adeo non veritate bona sunt, sed raritate.' Plutarchus in Erotico, *Κἂν μένωσι, χρυσαῖς, ὥσπερ ἐν Αἰθιοπίᾳ, πέδαις δεδέσθαι βέλτιον ἢ πλούτῳ γυναικός.* Vide Th. Canter. Var. lect. 1, 5. COL.

318, 14. *καθετῆρες*] *Καθετήρ* apud Pollucem 5, 98. Esaiae 3. *Καὶ τοὺς μηνίσκους, καὶ τὸ κάθεμα.* In quem locum Basilius scribit *κάθεμα* mundum muliebrem esse demissum et descendentem ad pectus, laxatis ac mollibus catenulis propendentem; quo confirmatur interpretatio Hieronymi in cap. 16. Ezechielis: 'Puto autem, inquit, *κάθεμα* dictum ex variis gemmis in pectus mulierum monile descendens.' Theodotion vertit *τὰ καθέματα*, Symmachus *χαλαστά*, ut est apud Procopium. Suidas, *Ἀλύσεις τὰς ἀμφιδέας καλοῦσιν οἱ Ἴωνες·* et Favorinus docet *ἅλυσιν* vocari etiam catenam ex ferro, auro vel argento confectam. COL.

318, 16. *ἁλύσεις*] Eadem vox 'catenas' et muliebre ornamentum significat. Pollux 10, 146. *ἡ δὲ ἅλυσις οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ γυναικείου κόσμου ὠνόμασται παρὰ Ἀριστοφάνει, Σφραγῖδας, ἁλύσεις. Φιλιππίδης δὲ ἔφη, Ἁλύσιον δὲ εἶχε τετταράκοντα δραχμὰς ἄγον.* POTT.

318, 17. *ἀκοσμίαν*] Similiter Tertullianus, 'Ornatum, inquit, quem immundum muliebrem dici convenit;' De cultu femin. 1, 4. POTT.

P. 319, l. 6. *σμυραίνας*] Non vestium haec sunt nomina, sed moni-

lium. Nam Pollux 5, 99. inter mundi muliebris nomina ad ornatum brachiorum numerat ὄφεις, LXX. et legimus 1 Cantici cantic. 'Muraenulas aureas faciemus tibi.' Licet LXX. habeant ὁμοιώματα χρυσίου, non μυραίνας. V. editio στρεπτοῦ χρυσίου, ut annotatum est in Romana postrema, ubi forte legendum στρεπτοὺς χρυσίους. Nam et στρεπτούς numerat Pollux inter monilia, et hic Clemens ipse, quod vertit interpres 'torques.' Hieronymus De laudib. Asellae 'Aurum colli sui, quod quidem muraenulam vulgus appellat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente quaedam ordinis flexuosi catena contexitur, vendidit.' COL.

ὄφεις] Hesychio ὄφις est τοῦ χρυσοῦ περιβραχιόνιον. Eidem ἑλλέβορος est κόσμος γυναικεῖος χρυσοῦς. Quin etiam Pollux inter mulierum ornamenta recenset ἑλλέβορον, ὄφιν et βουβάλια 5, 99. POTT.

ἀποπλαττομένας] Hervetus ἀποπλαττόμενος legit, dum vertit, '*ad decorum confingens.*' SYLB.

319, 10. ἑλλέβορον] Arcerius suspicatur legendum ἑλλόβιον, quippe quod et ipsum in mulierum ornamentis sit. Sed catalogus iste muliebris ornatus de industria comico joco clausus videtur, ut sensus sit, postquam omnibus illis ornamentis instructae sunt mulieres, helleborum eis esse propinandum, cujus potu caput illarum a vesano isto ornatus studio relevetur. SYLB.

P. 320, l. 15. ζηλοῦσαι] Ita Tertullianus De cultu fem. 5: 'Reprehendunt enim cum emendant, cum adjiciunt, utique ab adversario artifice sumentes additamenta ista, id est a diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui et hominis spiritum malitia transfiguravit?' Item: 'De adversario ejus, in cujus manu sit aliquid usui, postulare, transgressio est, Christianus a Malo adjuvabitur? nescio an hoc nomen ei perseveret.' Vide annotat. COL.

320, 17. ἔχεις] Haec διὰ μνήμης recitare videtur auctor. POTT.

P. 321, l. 20. ἐν αἷς ἐπέθυσαν] Vulg. Bibl. ἐπέθυσαν αὐτοῖς. Mox ἐνώτια αὐτῆς A. SYLB. Corrigendum ex LXX. ἐν αἷς ἐπέθυεν αὐτοῖς, et vertendum: 'In quibus eis sacrificabat et ornabatur inauribus suis, et apponebat torques suos.' Sacrificabat Baalim, id est 'falsis diis.' COL.

P. 322, l. 23. ὁ γὰρ] Δανείζει θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν Prov. 19, 17. POTT.

P. 323, l. 5. ἐμπορευθῆναι] Ἐμπορεύεσθαι Prov. POTT.

323, 7. τὰ δὲ ὦτα] Tertullianus De cultu fem. 10: 'Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit, et tanti habuit vexationem operis sui, et cruciatus infantiae tum primum dolentis, ut ex illis ad ferrum nati corporis (forte ferruminati, στομωθέντος) cicatricibus grana nescio quae penderent.' Cyprianus De disciplina et hab. virg. magistrum sequitur: 'An vulnera inferri auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, et mali secularis ignara crucietur; ut postea ex illis cicatricibus et cavernis pretiosa grana dependeant, gravia etsi non suo pondere, mercium quantitate?' Inaures autem exprimit duplici voce πλάστρων καὶ ἑλλοβίων· nam λοβός est ima auriculae pars, quam Glossarium lamnam appellat. Paulo post, 'descendens ad meatus, qui sunt:' Graece erat εἰς τοὺς κατὰ φύσιν τῆς ἀκοῆς πόρους· 'ad naturales auditus meatus.' COL.

323, 8. τιτράσθω] H. mavult τετρήσθω, 'perforatum esto.' Luxum

vero hunc suspensarum ex auribus gemmarum taxat etiam Plinius in prooemio lib. 12. et Seneca De vita beata c. 17. R. SYLB.

323, 12. *ὀφθαλμοὶ*] Tertull. De habitu mulier. 'Et medicamenta ex fuco, quibus lanae ('malae' alii) colorantur: et illum ipsum, inquam, pulverem, quo oculorum exordia producuntur.' Item lib. De cultu fem.: 'In illum etenim delinquunt, quae cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt.' Cyprianus De disciplina et hab. virg.: 'Illi oculos circumducto nigrore fucare, et genas mendacio ruboris inficere docuerunt.' Ita Hieronymus De viduitate ad Furiam, orbes stibio fuliginatos dixit. Erat stibium spumae nitentis lapis, cujus praecipua vis ad dilatandos oculos. Graeci *πλατυόφθαλμον* appellant. Porro hanc cohortationem concludit haud aliter ac Clemens, idem Tertullianus De cultu fem.: 'Prodite vos jam medicamentis et ornamentis exstructae apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictae oculos verecundia, et spiritus taciturnitate, inserentes in aures sermonem Dei, annectentes cervicibus jugum Christi.' COL.

323, 15. *οὐδὲ οὖς*] *Καὶ οὖς οὐκ* Cor. POTT.

P. 324, l. 10. *ὀλιγίστων*] Crates Thebanus in Epistola ad Hermippum, *Ἀσκεῖτε ὀλίγον δεηθῆναι. Τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω θεῶν.* COL.

*ἀνενδεής*] Sic Strom. 2. *Ἀνενδεὲς μὲν γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀπαθές.* Philo lib. De fortitudine, *Ἔστι γὰρ ὁ θεὸς ἀνεπιδεής, οὐδενὸς χρῄζων, ἀλλ' αὐτὸς αὐταρκέστατος ἑαυτῷ.* POTT.

P. 325, l. 3. *τριγενοῦς*] Platonica animae divisio De repub. 9. p. 734. et alibi non semel. Justinus M. Cohort. ad Graecos p. 57. edit. Oxon. *Πλάτων μὲν γὰρ τριμερῆ αὐτὴν εἶναί φησι· καὶ τὸ μὲν λογικὸν αὐτῆς, τὸ δὲ θυμικόν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν εἶναι λέγει.* Gemina dicit Tertullianus lib. De anima cap. 16; Philo lib. De agricultura; Theodoret. serm. 5. De natura hominis, aliique plures. POTT.

325, 12. *τὸν καλλωπισμὸν*] Nempe *τὸ ἠϋγένειον.* Mox *καὶ πάρδαλις* apud Homer. POTT.

325, 27. *θεός ἐστιν*] Conf. quae superius annotata sunt ad p. 88. POTT.

P. 326, l. 1. *Ἡράκλειτος*] Apud Heraclidem Ponticum in libro De allegoriis Homericis, *Ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἀσαφῆ καὶ διὰ συμβόλων εἰπάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικὰ δι' ὧν φησι, θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι, ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον, θνήσκοντες τὴν ἐκείνων ζωήν.* POTT.

326, 3. *τὸ θέλημα*] Respicit Joan. 4, 34. vel locum aliquem consimilem. POTT.

326, 19. *περπερεία*] Basilius Reg. brev. 49. *Πᾶν, ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν.* Reperitur et hoc vocabulum apud Ciceronem lib. 1. ad Atticum epist. 11; Muretus, Var. lect. 7, 14. Hesychius, *Πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος.* Tertullianus illud Pauli vertit lib. De patientia, *οὐ περπερεύεται*, 'non protervum sapit.' COL.

326, 24. *τὰ ἑαυτῆς* pro *τὸ μὴ ἑαυτῆς* apud Paulum. POTT.

P. 327, l. 1. *ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους*] *Καὶ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων* Esa. Porro haec Esaiae verba non de passione Christi, sed naturali corporis infirmitate interpretantur cum alii Patres, tum etiam Clemens Strom. 2. p. 440; 3. p. 559. Tertullianus De idololatr. cap. 18. de Christo dicit: 'Vultu denique et

aspectu inglorius, sicut Esaias pronuntiaverat.' Idem Adv. Judaeos cap. 14: 'Ne aspectu quidem honestus. Annuntiamus enim, inquit, de illo sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, et non erat ei species, neque gloria. Et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem, sed species ejus inhonorata, deficiens citra filios hominum,' etc. Similia dicit lib. De patientia cap. 3. et lib. 3. Adv. Marcionem. Origenes lib. 6. contra Celsum: 'Ομολογουμένως τοίνυν γέγραπται τὰ περὶ τοῦ δυσειδὲς γεγονέναι τοῦ Ἰησοῦ σῶμα, etc. Augustinus in Psalm. 43: 'Ut homo non habebat speciem, neque decorem; sed speciosus forma ex eo quod est prae filiis hominum.' Conf. idem in Psalm. 127. POTT.

327, 7. ὅτι οὐ χρὴ] Cum capite hoc Περὶ τοῦ καλλωπισμοῦ conf. Tertulliani lib. De cultu fem. SYLB.

327, 13. οἷς ναοὶ] Scribe οἱ ναοὶ— Deinde ξένοις λίθοις καὶ γραφαῖς ἐντέχνοις, etc. HEINSIUS.

327, 21. ζητήσῃς] Simile est illud Diodori Siculi Biblioth. lib. 1. οἱ μὲν ναοὶ κάλλιστοι, . . . ἔνδον δὲ ἣν ζητῇς τὸν θεὸν, ἢ πίθηκός ἐστιν, ἢ ἶβις, ἢ τράγος, ἢ αἴλουρος. POTT.

327, 22. παστοφόρος] Παστοφόροι dicebantur Aegyptiorum sacerdotes. POTT.

P. 328, l. 4. αἴλουρος] Origenes sub finem lib. 6. Adv. Celsum: Καὶ Αἰγύπτιοι μὲν ἐν μὲν τοῖς ἀνωτέρω καὶ παρὰ τῷ Κέλσῳ ἐπλανῶντο, ὡς σεμνοὺς μὲν ἔχοντες περιβόλους τῶν νομιζομένων ἱερῶν, ἔνδον δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ πιθήκους, ἢ κροκοδείλους, ἢ αἶγας, ἢ ἀσπίδας, ἤ τι τῶν ζῴων. Conf. Philo Jud. De decalogo, Cyrillus Alex. De festo pasch. Pompon. Mela l. 1. Juvenalis Sat. 15. POTT. Adde Athenag. Legat. p. 2.

328, 13. δεισιδαίμονας] Ludit in ambiguo hujus vocis sensu, quae cum *infelicem*, tum *superstitiosum* denotat. POTT.

P. 329, l. 6. ὄψιν πονηρὸν] Lowthius ait: 'Forte legendum πονηράν conjunctim cum σάρκα, 'aspectu turpem.' Ὄψιν idem valet quod κατ' ὄψιν.' POTT. Ὄψιν agnoscit etiam Herveti versio, 'carnem ergo, ut quae sit visu jucunda.' Sed procul dubio legendum ὄψον, etiam C. arbitro. SYLB.

329, 14. ποιεῖν] Metro convenientius ποεῖν, ut apud Aristophanem passim. SYLB.

329, 15. ἀλλ' οὐδὲ] Tertullianus De cultu femin. 2, 5: 'In illum (Deum) delinquunt, quae cutem medicaminibus urgent, genas rubore maculant, oculos fuligine porrigunt.' POTT.

329, 24. τὸν δημιουργὸν ἀτιμάζουσαι] Tertullianus De mulieribus fucatis, loco superius laudato: 'Displicet nimirum illis plastica Dei: in seipsis nimirum arguunt et reprehendunt artificem omnium, reprehendunt enim, cum emendant, cum adjiciunt.' POTT.

329, 26. εἰκότως ἀργαὶ] Hanc Euripidis sententiam profert Stobaeus tit. 62. in Vituperio Amoris,

Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἔργοις ἔφυ,
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους.

Exstat et apud Plutarch. in Erot.; Chrysostomus hom. 78. in Matthaeum, ἡ γυνὴ πάλιν ἔστω μὲν οἰκουρὸς, πρὸ δὲ ταύτης τῆς ἐπιμελείας ἑτέραν ἀναγκαιοτέραν ἐχέτω φροντίδα, τὰ τῶν οὐρανῶν ὅπως ἅπασα ἐργάσηται οἰκία. Quod autem dixit eas hominum Opificem contumelia afficere, imitatus videtur Cyprianus De disciplina et hab. Virginum: 'Manus Deo infe-

runt, quando id, quod ille formavit, reformare et transfigurare contendunt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcunque mutatur.' COL.

P. 330, l. 11. *κατατριβὴν*] Sic abusive *τὴν ἐντριβήν* vocat: quemadmodum Paulus *περιτομήν* appellavit *κατατομήν*. POTT.

330, 18. *ἀπάγχεται*] Significare videtur delicatulas istas, si minimum quid mali habeant, continuo se prae impatientia strangulare. SYLB.

330, 19. *κροκοδείλων*] Stercore crocodili ad fucandam faciem usas esse mulieres, et quidem crocodili terrestris, fusius docet Petrus Victorius Var. lectionum 11, 4. SYLB.

P. 331, l. 10. *φελλὸς*] P. Victorius Var. Lect. 15, 23. "Mos erat Graecarum mulierum in calceis suberem gestandi, ut grandiores viderentur. Plinius lib. 16. quo loco de subere disputat, videtur significare hieme tantum ipso feminas usas, quod concedi posset ut valetudini aptum; et tamen addit ea, quae indicant, aliud etiam in hoc ipsas secutas; et convenit testimonio comici, quod citavit Clemens. Xenophon etiam in libro De re familiari hujus fraudis meminit. Ubi de uxore Ischomachi: *Ὑποδήματα ἔχουσαν ὑψηλὰ, ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι ἢ ἐπεφύκει.*" COL.

331, 11. *διάβαθρον*] Pollux 7, 90. *καὶ τὰ διάβαθρα κοινὰ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν*. Festus: 'Diabathra, genus solearum Graecanicarum.' Apud Varronem ex Naevio: 'Diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.' Interpres Athenaei reddit. 'Solea tenui calceus suppingitur.' Alii minus recte 'subsellium tenue' interpretantur. COL.

P. 332, l. 4. *παιδέρωτ'*] Unguentum fuisse *παιδέρωτα* praeter Hesychium docet Hier. Mercurialis Var. Lect. 5, 9. forsan ex eo quod pueros adolescentesque in amorem accenderet. Et dentium candorem ab effeminatis curiosius affectatum fuisse latius docet Petr. Victorius Var. Lect. 6, 12. SYLB.

P. 333, l. 7. *φιλοκοσμία*] Similia sunt illa Plutarchi paulo post principium lib. *Περὶ φιλοπλουτίας· Ποτῷ μὲν ἔσβεσαν τὴν τοῦ ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφῇ τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσαντο· φιλαργυρίαν δὲ οὐ σβέννυσιν ἀργύριον, οὐδὲ χρυσίον· οὐδὲ πλεονεξία παύεται κτωμένη τὸ πλέον.* POTT.

333, 23. *στίγματα*] Ea scilicet, quibus servos olim notabant. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae lib. 1. De floridis meretricum vestibus conf. quae superius annotata sunt sub finem Paedag. 2, 4. POTT.

333, 25. *καὶ ἐὰν χρίσῃ στίμμι*] *Ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβι*, apud Jerem. Mox *εἰς μάταιον* ibid. POTT.

P. 334, l. 12. *προσωπεῖα*] Seneca 'personam habere eas' ait, *non faciem*. Apud Pollucem 5, 102. *Κατὰ τὸν Λοκρὸν οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει.* Citatur a Coelio Rhodig. 29, 7. Lucillii epigramma, in quo pentametrum est:

*Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπον, ἔχειν.*

Sequitur apud Pollucem illud in fucatas aptum, *φύσεως προκρίνει τέχνην, ἀληθείας ψεῦδος, τοῦ παραμένοντος τὸ ῥᾳδίως ἀπαλειφόμενον*. COL.

334, 22. *εἰ δὲ οὐδεμίαν*] Simili ratione usus est Tertullianus lib. De spectaculis cap. 23. 'Jam vero ipsum opus personarum quaero an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suae? Proinde vocem, sexus, aetates mentientem; amores, iras, gemitus, lacrymas adseverantem non probabit qui omnem hypocrisin damnat.' POTT.

P. 335, l. 3. *εἰς τὴν ὄψιν*] *Ἐπὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ, μηδὲ εἰς τὴν ἕξιν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, ὅτι ἐξουδένωκεν αὐτόν· ὅτι οὐχ ὡς ἐμβλέψεται ὁ ἄνθρωπος, ὄψεται ὁ θεός· ὅτι ἄνθρωπος ὄψεται εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ θεὸς ὄψεται εἰς καρδίαν* Bibl. Vulg. POTT.

P. 336, l. 12. *τὰς ὀρέξεις*] Cyprianus De discipl. et hab. virg.: 'Caeterum si te sumptuosius comas, et per publicum notabiliter incedas, oculos in te juventutis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomenta succendas, ut et ipsa non pereas, alios tamen perdas, et velut gladium et venenum videntibus praebeas, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica. Redarguit te cultus improbus et impudicus ornatus.' COL.

336, 20. *ὁ βάρβαρος*] Nempe Hector, qui Graecorum navibus ignem infert apud Homer. Iliad. 13. POTT.

*καὶ τοῦ ποιητοῦ Διὸς*] Imo *τοῦ ποιητικοῦ Διὸς ἐκείνου*, quod quivis videt. Quae sequuntur autem, versiculi sine dubio, et quidem iambi senarii sunt, neque magna opus est cura ut id appareat. Puto autem esse Euripideos. Et constitui sic possunt,

*τό τ' εὐγενὲς αἷμα βάρβαρα πίνει χωρία,*
*καὶ ῥεύματα ποταμῶν σώμαθ' ἵσταται νεκρῶν.*

Nisi forte suo more ultimam prioris ipse Clemens immutavit: quod nonnunquam fecisse eum constat. HEINSIUS. Non improbabilis conjectura est haec ex tragici poetae versibus adumbrata esse, etsi versus ipsi quos Heinsius procudit ridiculi sunt.

336, 27. *στῶμεν*] Clemens respexisse videtur Archimedis illud: *Δός ποῦ στῶ, καὶ τὴν γῆν κινῶ.* POTT.

P. 337, l. 1. *μὴ θίγῃς ἡνίων*] Metrum constabit aliquanto melius, si transpositione facta scribamus, *Μὴ δ' ἡνίων* [*ἡνιῶν*] *θίγῃς*. Sed parum tutae sunt ejusmodi conjecturae. SYLB. Versus sine dubio ex Phaëthonte Euripideo, e quo Athenaeus quaedam quoque adducit: sicut et Longinus *ἐν τῷ Περὶ ὕψους*· et quidem ipsius Solis ad filium, cujus haec quoque sunt, quae hic citantur:

*Ἔλα δὲ, μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ' εἰσβαλών·*
*Κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων ἀψίδες ἥν*
*Κάτω δίεισιν·*

Et

*Ἴει δ' ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.*

Reliquis ejus iter describit. Hi autem praeterquam quod turbati sunt, *ὕστερον πρότερον* adduci videntur: sive id factum a Clemente, qui sententiae tantum, quod non insolens est illi, rationem habuit, sive ab exscriptoribus. Prius enim est, *ἀναβαίνειν τὸν δίφρον, ἢ τῶν ἡνίων θίγειν.* Puto poetam scripsisse:

*Μὴ δίφρον ἀναβῆς τόνδ', ἐλαύνειν μὴ μαθὼν,*
*Μηδ' ἡνίων θίγῃς, παιδίον, ἄπειρος ὤν.*

Sane non dubito. HEINSIUS. Versus nihilo meliores quam quos supra Heinsius excogitavit, ne quid de vocabulo *παιδίον* dicam alieno ab tragoedia.

*παιδίον*] Proverbiali forma quadrabit usurpatum hoc carmen:

Ne frena tractes, inscius cum sis puer,

quum a negotio quopiam arduo deterrebimus ei provinciae imparem. Exstat apud Clementem lib. 3. Paedag. apparetque sumptum e tragoedia quapiam, ubi filium deprecatur Phaëthontem pater, ne exitiale

votum urgeat, sibique perniciem paret regendo Solis equos. Unde apud Ovidium, 2. Metam.:

Magna petis, Phaëthon, et quae non viribus istis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.

H. Junius Proverb. 5, 49. COL.

337, 7. *οἱ ἄγγελοι*] Eadem sententia Tertulliani De habitu muliebri: 'Quid autem tanti fuit ista monstrare, sicut conferre? Utrumne mulieres sine materiis splendoris, et sine ingeniis decoris placere non possent hominibus, quae adhuc incultae et incompositae, et, ut ita dixerim, crudae ac rudes angelos moverant?' Vide Sixtum Senensem lib. 5. Bibliothecae annotat. 73. et 77. COL. Vetus opinio de angelorum libidine inde nata videtur, quod in versione LXX. non 'filii Dei,' sed 'angeli Dei' dicantur 'filias hominum' amasse. Sic ms. Alex. *Ἰδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων.* Gen. 6, 2. Philo in lib. De gigantibus praedictum versiculum sic exp.: *Οὓς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν· ψυχαὶ δ' εἰσὶ κατ' ἀέρα πετόμεναι.* Item Josephus Antiq. Judaic. 1, 4: *Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεοῦ, γυναιξὶ συμμιγέντες ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας, καὶ παντὸς ὑπερόπτας καλοῦ, διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν· ὅμοια τοῖς ὑπὸ γιγάντων τετολμῆσθαι λεγομένοις ὑφ' Ἑλλήνων καὶ οὗτοι δρᾶσαι παραδίδονται.* Similia habuisse librum Enochi apertum est non solum ex Origenis Adv. Celsum 5. p. 267. sed ex satis amplo ejusdem libri fragmento, quod edidit clariss. Grabius Spicilegii vol. 1. pag. 347 Consentit Testamentum XII patriarcharum, ejusdem Spicilegii p. 150. et 213. Hos auctores secuti sunt plerique e vetustis Patribus. Conf. Justinus M. Apol. 2. pag. 11. edit. Oxon.; Irenaeus lib. 4. c. 70; Athenagoras Legat. pag. 103. edit. Oxon.; Clementinorum homil. 8. c. 13, 14, 15; Clemens noster infra Strom. 3. p. 538. et 5. p. 650, etc.; Tertullianus De habitu mulierum cap. 2; De velandis virgin. cap. 7; De idololatr. cap. 9. et alibi non semel, Cyprianus loco superius dicto, Lactantius 2, 14; Eusebius Praeparat. evangel. 5, 4; Sulpitius Severus sub initium lib. 1. Historiae Sac., etc. Erant nihilominus alii, qui huic errori contradicebant. Conf. Origenes 5. Adv. Cels. p. 267, 268; Cyrillus Alexandrinus Adv. Anthropomorphitas cap. 17, etc. POTT.

337, 10. *Σικιμῖται*] Historia de Sichemitis est Genes. 34. SYLB.

337, 21. *περιπεπεμμένοι*] Si mendo caret, accipiendum videtur pro *circumcirca incrustati*, eo prope modo, quo hujus aetatis *καλλωπισταὶ* indusiorum collaria tenuissimo polline incrustant, ut gyros et volumina, quibus exornantur, rigidius servent. SYLB. Scribe *περιπεπλεγμένοι*. Lepide dicit illos effeminatulos, *ταῖς χλανίσι ταῖς διαφανέσι περιπλέκεσθαι*, ut qui meliores sint ipsis. HEINSIUS. Recte *περιπεπεμμένοι* legi ostendit Toupius Opusc. vol. 2. p. 54.

P. 338, l. 16. *Μέλει δὲ οὐδ' ὁπωστιοῦν*] *Μέλλει* mavult Lowthius. Verum sensus esse videtur: 'Verum in describenda hac impudentia ne tantillum procedere ulterius libet; nam si nil ab illis infectum, nec mihi quidquam indictum restat.' Quamvis Sylburgius cum *ἄρρητον* e praecedenti membro subaudiendum existimavit *ὑπολειπτέον*, seu *ἐατέον*. POTT.

338, 19. *Διογένης*] Diogenis apophthegma refertur etiam a Diogene Laertio p. 215. et Philone p. 605. H. SYLB.

P. 339, l. 18. *οἱ δὲ*] H. e. 'Hi autem aetatis honorarium, nempe

caput canis vestitum, dedecorant.' Ludere videtur in voce πολιεύς, quae proprie significat 'tutorem urbis (πόλεως).' Unde Jupiter πολιεύς. POTT.

339, 19. οὐκ ἔστιν] Huc pertinet illud apophthegma Archidami, qui cum vir quidam Chius in Lacedaemonem pervenisset, qui canos tinctura obliterare conabatur, et progressus in publicum, orationem habuisset: tum surgens Archidamus dixit: 'Quid ille tandem rectum diceret, quī mendacium non in anima solum, sed capite quoque circumferat.' Tertull. De spectaculis 23. 'Non amat falsum auctor veritatis; adulterinum est omne quod fingitur.' COL.

P. 340, l. 7. κἂν γυναῖκας ὑπολάβοι] A. γυναῖκας ἂν ὑπολάβοι, sed vulgata lectio majorem habet emphasin; idem enim est ac si legas, καὶ γυναῖκας ἂν ὑπολάβοι, 'etiam mulieres esse putaret.' SYLB.

340, 15. ὁ γὰρ θεὸς] Musonius apud Stobaeum ait in libro De tonsura, Τὸν πώγωνα καὶ σύμβολον γεγονέναι τοῦ ἄρρενος, ὥσπερ ἀλεκτρυόνι λόφον, καὶ λέοντι χαίτην. Athenaeus lib. 13. de Diogene refert, 'Conspecto quodam cui nudatum sic mentum fuerat, 'An naturae vitio vertis,' inquit, 'quod virum te generaverit, non feminam?' Ibidem citantur Alexidis versus in eandem sententiam. COL.

340, 16. λείαν] De laevitate corporis muliebris disserit etiam Basil. p. 612. virilisque naturae indicium esse τὸ λάσιον notat etiam Eustathius in Iliad. A. H. SYLB.

P. 341, l. 3. τὸ γένειον] Similia dicit infra cap. 11. p. 289. POTT.

341, 5. τούτῳ] Posset exp.: 'In hoc ut excelleret, aequum censuit Deus,' ac si τὸ λάσιον e margine in textum irrepsisset. POTT.

341, 28. τὸ δὲ καὶ πιττοῦσθαι] P. Victorius V. L. 8, 14. "Πιττοῦν Graecis aliquando artificium quoddam turpe significat improborum hominum, qui pice illita pilos detergebant: a materia enim, qua uterentur, studium appellatur. Usus est saepe Clemens lib. 3. Paedag., ubi queritur de moribus sui temporis, quo inveniretur tanta copia cinaedorum, ut exstarent, qui hoc unum studium haberent: Πιττούντων, ξυρούντων, παρατιλλόντων· diversis namque rationibus ac viis idem, ut his verbis ostenditur, efficiebatur. At eodem verbo alio intellectu saepe usi sunt veteres: pice enim corpora torquebant, unde καταπιττοῦν valebat supplicio afficere. Plautus Captivis:

Te, si hic sapiat senex,
Atra pix agitet apud carnificem, ac tuo capiti illuceat." COL.

P. 342, l. 14. ἀπὸ θυγατέρων] Πόρνη ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται πορν. Bibl. Vulg. POTT.

P. 343, l. 20. παιδὶ πορνεύσαντι] Justinus M. Apolog. 1. p. 55. edit. Oxon., de prostibulis agens, Καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τις, πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ, ἢ συγγενεῖ, ἢ ἀδελφῷ μίγνυται. Tertullianus Apolog. cap. 10. 'In primis filios exponitis suscipiendos ab aliquo praetereunte misericordia extranea, vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis necesse est quandoque memoriam dissipari: et simul error impegerit, exinde jam tradux proficiet incesti, serpente genere cum scelere. Tunc deinde quocunque in loco, domi, peregre, trans freta comes est libido: cujus ubique saltus facile possunt alicubi ignaris filio pangere, velut ex aliqua seminis sparsione; ut ita sparsum genus per commercia humana concurrat in memorias suas, neque eas coetus incesti sanguinis agnoscat.' POTT.

343, 23. *καὶ ἄνδρας ... ἐξουσία*] Reinesius Var. Lect. 1. c. 22. haec annotat: "Interpres, 'Viros fieri eos, qui genuerunt, efficit nimia libidinis licentia:' quod ipsum aenigma Sphingis est. Alludit Clemens adagio noto, *Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι*. 'Magistratus virum, qualis sit, quid valeat, ostendit:' et quod potentia, seu strenuitas in exercenda libidine liberis prodat, patres suos esse viros, significat: hoc est, liberi, filii, filiaeque, quibus sic abutuntur *πρὸς τὰ ἀνόητα καὶ ἄρρητα* patres, eo ipso cognoscunt, quam viri sint *οἱ γεγεννηκότες*, patres sui." POTT.

343, 25. *οἱ σοφοὶ τῶν νόμων*] Nam Solonis aliorumque legibus concessa fuere prostibula. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4, 12. POTT.

P. 344, l. 2. *ὀλίγου νομίσματος*] Nempe stipendio quod meretricibus dabatur. Conf. Archaeologiae Graec. cap. superius laudato. POTT.

344, 11. *Ῥωμαίων νομοθέτας*] Respicit legem Scantiniam: de qua Prudentius *Περὶ στεφάνων*, in Romani martyrio:

Sed credo magni limen amplectar Jovis:
Qui si citetur legibus vestris reus,
Laqueis minacis implicatus Juliae,
Luat severam victus et Scantiniam.

Plura Antonius Augustinus de Leg. et S. C. p. 186. R. SYLB. Reinesius Var. Lect. 1, 22. ad haec verba Clementis haec annotat, "Hunc locum Herveti interpretatio obscurat. Capite isto viros seorsim instruit, et horum circa cultum corporis *περιττὸν* taxat: istis vero verbis spurcitiem eorum, qua vel mulieres studerent adeo referre, vel muliebria paterentur, vel in mares praepostere ferantur, defricat. Vocat enim *γύννιδας* et *θηλυδρίας*, quod cum mulieres simularent, non essent tamen, uti nec viri, quia esse respuerent, abnegare naturam sic edocti. Non igitur de consuetudine viri cum femina hoc loco quidquam cogitemus, sed sic vertamus: 'Laudo veteres Romanorum legislatores: hi effeminatum et molle vitae institutum (seu professionem) oderunt; et corporis ad muliebria communicationem (commodationem, oblationem) praeter naturae legem ultimo supplicio dignam esse e lege justitiae consuerunt.' *Ὄρυγμα* apud Athenienses, e quorum consuetudine Clemens, ut qui Athenis et natus et eruditus esset, loquitur, erat locus in quo de damnatis ultimum supplicium sumebatur, idem quod *βάραθρον*· inde carnifex, *ὁ δήμιος*, dicebatur *ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι*. In terram vero defossio, de qua hic Hervetus somniavit, poena erat tantum virginum Vestalium stuprum passarum (Plutarch. Numa), de quibus hic Clementi sermo non est. Et cum a Romanis in impuros ejusmodi gladio animadversum fuisse constet hoc testimonio, quod legem Juliam et auctorem ejus D. Augustum respicit, lex Scantinia, quae mulctam pecuniariam *τοῖς παιδοφθόροις* irrogabat, huc trahenda non fuit, ut fecit Sylburgius ad hunc locum." Haec Reinesius. Nihilominus verum est semimares, de quibus cum verba Clementis, tum etiam Herveti versio agere videntur, apud Romanos, necari solitos fuisse; et si non *ὀρύγματι*, saltem simili supplicio, nempe deportatione in mare, periisse. Livius de quodam semimare Umbriae invento, lib. 39. 'Id prodigium abominantes, arceri Romano agro necarique jusserunt.' Idem 31, 12. cum inter alia prodigia duos semimares memorasset, addit: 'Ante omnia abominati semimares, jussique in mare deportari; sicut prox-

ime, Cn. Clodio, Mar. Livio consulibus, deportatus similis prodigii fetus fuerat. POTT.

344, 15. *οὐ γὰρ θέμις*] Iterum Reinesius, "Haec de pilorum evulsione, qua *οἱ θηλυδρίαι* laevorem procurabant, huc non pertinent, et trajectione turpissima in hunc locum migraverunt. Egerat de isto *ἐκτιλμῷ* in antecedentibus: 'Barbam viri signum esse Eva antiquius, et melioris naturae symbolum; hoc vero violare impium. Laevorem in viro muliebrem esse, in feminis adulteram significare; utrumque autem a repub. nostra longissime relegari: nihil esse vellendum praeter Dei institutum, qui et barbae pilos numeraverit: et si agnovissemus Jesum inhabitare nobis,' *οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν αὐτὸν λωβᾶσθαι τετολμήκειμεν*· 'nescio quomodo probro afficere ipsum ausi fuissemus.' *Οὐ γὰρ θέμις* (hic enim locus est ex iis, quae infra capite alieno leguntur) *ἐκτῖλαί ποτε τὸ γένειον, τὸ κάλλος τὸ σύμφυτον, τὸ γενναῖον κάλλος*· '*Πρῶτον ὑπηνήτην, οὗπερ χαριεστάτη ἥβη.*' *Προβαίνων δὲ ἤδη ἐπαλείφεται γανούμενος πώγων, ἐφ' ὃν κατέβαινε τὸ μύρον τὸ προφητικὸν Ἀαρὼν τιμωμένου.* Χρὴ δὲ (haec conclusio est totius de cultu barbae sermonis) *τὸν ὀρθῶς παιδαγωγούμενον, ἐφ' ὃν ἡ εἰρήνη κατεσκήνωσε, καὶ πρὸς τὰς ἑαυτοῦ τρίχας εἰρήνην ἄγειν.* Istam trajectionem, quam indicavimus, antiquissimam esse oportet, quod ad omnes codices manaverit, qua admissa optime cohaerebunt omnia." Haec Reinesius. Verumtamen nil aliud accidisse videtur quam quod auctor, aliis nonnullis, pro more suo, interpositis, ad prius institutum redeat. POTT.

P. 345, l. 4. *ἀνθρώπου ἐπιγνωσθήσεται ἄνθρωπος*] *Προσώπου ἐπιγνωσθήσεται νοήμων* Eccles. *Μοι, καὶ γέλως ὀδόντων, καὶ βήματα ἀνθρώπου ἀναγγέλλει* ibid. POTT.

345, 7. *πεπυλιωμένοι*] Lowthius ait: "Sensus suadet legendum *περιτιλλόμενοι*. Vide quae paulo ante praecedunt." POTT.

345, 17. Κελτοὶ] Strabo de Belgis 4. p. 196. ait *Σαγηφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι*. Hinc Gallia comata. POTT.

345, 19. *τὸ ξανθὸν αὐτοῦ*] Germanis flavae comae erant: Tacitus De moribus Germanorum, 'Truces et caerulei oculi, rutilae comae.' Antoninus apud Herodianum, *κόμας τε κεφαλῇ ἐπετίθετο ξανθὰς, καὶ εἰς κουρὴν Γερμανῶν ἠσκημένας*. C. Caligula ad Germanicum triumphum, 'Galliarum procerissimum quemque legit ac seposuit ad pompam: coegit non tantum rutilare et submittere comam, sed et sermonem Germanicum ediscere:' ut refert in ejus Vita Suetonius c. 47. Quin etiam Galli capillos flavos faciebant. Plinius H. N. 28, 12. 'Prodest et sapo: Gallorum hoc inventum rutilandis capillis, ex sevo et cinere.' Martialis in Epigram. 14, 26:

Caustica Teutonicos accendit pluma capillos.

Id aliae gentes imitabantur. Tertullianus De cultu femin. 'Video quasdam et capillum e croco vertere; pudet eas etiam nationis suae, quod non Germanae aut Gallae procreatae sint.' POTT.

345, 21. *τὸν Ῥῆνον*] Rhenum scilicet fluvium, e quo potum haurit. POTT.

P. 346, l. 1. *τὸ αἷμα χορηγεῖ*] Martialis lib. Spect. epigr. 3, 4. de Sarmatis ait

Venit et epoto Sarmata pastus equo.

De Massagetis similia refert Dionysius Perieg. 744.

*ἀλλὰ γὰρ ἵππων | αἵματι μίσγοντες λευκὸν γάλα δαῖτα τίθενται.*

Item Seneca in Oedipo

Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet.

Silius Italicus

Et qui, Massageten monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.

Eadem de Getis ac Scythis fere omnibus memorant auctores. POTT.

346, 4. *καμηλοβάται*] Strabo l. 16. sinum Arabicum describens, Χώρα νομάδων, ἀπὸ καμήλων ἐχόντων τὸν βίον· καὶ γὰρ πολεμοῦσιν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ὀδεύουσι, καὶ τρέφονται, τῷ γάλακτι χρώμενοι καὶ ταῖς σαρξί. POTT.

346, 14. *οὐδὲ γὰρ θίγειν αἷμα*] Augustinus contra Faustum 32, 13: 'Si hoc tunc apostoli praeceperunt, ut ab animalium sanguine abstinerent Christiani, ne praefocatis carnibus vescerentur, elegisse mihi videntur pro tempore rem facilem, et nequaquam observantibus onerosam, in qua cum Israelitis etiam gentes propter angularem illum lapidem duos parietes in se condentem aliquid communiter observarent. Transacto vero illo tempore, quo illi duo parietes, unus ex circumcisione, alter ex praeputio venientes, quamvis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant, et ubi Ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis jam hoc Christianus observat, ut turdos, vel minutiores avicillas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est: aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est. Et qui ferte pauci adhuc tangere ista formidant, a caeteris irridentur.' COL. Mox respicit Gen. 4, 10. ubi dicit sanguinem humana figura nudum ad Dominum loqui: quod de sanguine Abelis refertur. POTT.

P. 347, l. 2. *Τίσι συνδιατριπτέον*] A. negative mavult, *Τίσι μὴ συνδιατριπτέον*, cum quo capite utiliter conferes Senecae epistolam 47. SYLB.

347, 7. *τῶν ἐντέχνως*] Structores, vel diribitores intelligit, qui convivis fercula artificiose distribuebant. Eos mox *δαιτρεῖς* vocat. Seneca epist. 47. 'Alius pretiosas aves scindit: pectus et clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit. ... Infelix qui huic rei vivit, ut altilia secet decenter.' Eorum meminit Juvenalis 5, 120:

Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectes, et cheironomonta volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia: nec minimo sane discrimine refert,
Quo gestu lepores, et quo gallina secetur.

Idem sat. 11, 136:

Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus, atque aper, et pygargus,
Et Scythicae volucres, et Phoenicopterus ingens
Et Gaetulus oryx, hebeti lautissima ferro
Caeditur, et tota sonat ulmea coena Suburra. POTT.

347, 14. *ὡς γρῦπες*] Gryphes olim credebantur aurum custodire. Pausanias 2, 4, 6. Minervae galeam describens ait, Καθ' ἑκάτερον δὲ τοῦ κράνους, γρῦπές εἰσιν ἐπειργασμένοι· τούτους τοὺς γρῦπας ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος μάχεσθαι περὶ τοῦ χρυσοῦ φησιν Ἀριμασποῖς ὑπὲρ Ἰσσηδόνων· τὸν δὲ χρυσὸν, ὃν φυλάσσουσιν οἱ γρῦπες, ἀνιέναι τὴν γῆν· εἶναι δὲ

*Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σέ φημι πένεσθαι·*
*Χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς, Ἀπολλόφανες.* COL.

351, 15. *περιφόρητοι, διαφανεῖς*] Mercurialis Gymn. 3, 12: "Balnea similiter pensilia a Sergio Orata teste Plinio primum inventa, non quae supra tecta fiebant, aut concamerata loca, ut voluerunt, sed nulla alia fuisse credo, quam labra illa vel marmorea, vel aenea, vel lignea, ad lectulorum imitationem laquearibus appensa, quo minimo quolibet impulsu manuum alias leviter, alias vehementius agitari valerent, quod Seneca ad Lucilium scribens nobis manifestabit his verbis: 'Balnearum suspensura inventa est, ne quid ad lautitiam deesset." Haec Mercurialis. Ad pellucidas vero balneas pertinent haec ejusdem Senecae ad Lucilium epist. 86: 'At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi et lavantur simul et colorantur, nisi ex solio agros et maria prospiciant.' Item: 'Nec referre credebant, in quam per lucida sordes deponerent. Et quantae nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat?' Aptus ad id fuit phengites lapis, ex quo porticum construxit Domitianus. Suetonius c. 14. COL.

351, 19. *εἰς τοσοῦτον*] Chrysostomus hom. 28. in Epist. ad Hebraeos: *Τί γὰρ ἀλογώτερον τοῦ χρυσία εἰς τοῦτο κατασκευάζειν, ἵνα περιχέωνται ἐν βαλανείοις καὶ ἐν ἀγοραῖς; ἀλλ' ἐν βαλανείοις, ἐν ἀγοραῖς οὐδὲν ἴσως θαυμαστόν· τὸ δὲ καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ οὕτω σχηματιζομένην προϊέναι ὁ πολὺς γέλως.* Ph. Montanus hic frustra est, dum corrigit pro *ἐν βαλανείοις, ἐν βασιλείοις*, 'in palatio:' vertit etiam vetus interpres, 'in balneis sordibus maculentur.' Caeterum Galenus, lib. 3. Hippocratis de victus ratione in morbis acutis 56. docet neque confestim a balneo sorbendum, neque bibendum. Nam cibum protinus, vel potum sumere caput replet, devoratumque interdiu superfluitare facit. COL.

351, 20. *ἀργυρώματα*] Tertullianus De veland. virgin. cap. 12: 'Calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt.' POTT.

P. 352, l. 5. *ἔχει*] Sensus est, 'Habent igitur vel ipsae luxus sordes, ingentem vituperii amictum.' Vult in ipsa sordium abstersione esse, quod graviter reprehendi mereatur. POTT.

352, 18. *κοινὰ δὲ ἀνέφκται*] Mercurialis 1, 10. De arte gymnast.: "Ex hoc loco liquet, feminas tempore Antonini et Severi communes viris atque publicas balneas habuisse: quos mores postea detestans Cyprianus, haec in libro De virginum habitu scripsit: 'Quid vero, quae promiscuas balneas adeunt; quae oculis ad libidinem curiosis, pudori ac pudicitiae dicata corpora prostituunt; quae cum viros, ac a viris nudae vident turpiter ac videntur, nonne ipsae illecebram vitiis praestant?' Fuerunt, qui hanc procacitatem coercere tentarunt, qualis fuit Hadrianus princeps, quem scribit Dion viros discretos a feminis lavari voluisse, sicut et Marcum Aurelium Antoninum balnea promiscua sustulisse, eademque ab Heliogabalo renovata Alexandrum Severum prohibuisse, refert Capitolinus et Lamprid. Ob quod item aliquando lex censoria lata traditur, sub repudii et dotis amissionis poena, quod postea in lib. fin. tit. de repud. et in Authent. de nuptiis receptum fuit." COL. Conf. Constitution. apostol. 1, 6. et quae ibi annotavit Cotelerius. POTT.

352, 20. *ἐκ τοῦ*] Respicit vulgatum illud, *Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ ἐρᾶν*. Unde grammaticis placuit *τὸν ἔρωτα ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν* ducere. Etymologici auctor: *Ἔρως, παρὰ τὸ ὁρῶ, τὸ βλέπω, ὁ διὰ τῆς αἰσθητικῆς ὁράσεως ἐγγινόμενος τοῖς ἀνθρώποις*. POTT.

*ἐρᾶν*] Malim cum articulo *τὸ ἐρᾶν*. SYLB. Non animadvertit Sylburgius senarium esse *ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίγνετ' ἀνθρώποις ἐρᾶν*.

352, 24. *ἀνατρίβονται*] Similem mulierum Romanarum *ἀναισχυντίαν* perstringit Juv. 6, 421. POTT.

P. 353, l. 1. *παραγράφοντες*] Lowthius ait: "Legendum puto *περιγράφοντες*, 'ejicientes,' ut sumitur infra pag. 309. et apud Irenaeum 3, 11. et 27." Sensus est, quod hi servi vestes exuere studeant, ut licentia dominas contrectandi fruantur, idque faciant, timore omni per malam consuetudinem remoto. POTT. De hoc usu verbi *παραγράφειν* dictum in Thesauro vol. 6. p. 231.

353, 3. *Καὶ οἱ μὲν*] Mercurialis De arte gymnast. 1. cap. ult. hunc locum citans sic ait, 'Clemens quasi ludens memoriae mandavit athletas hanc unam honestatis imaginem habuisse, ut nunquam in publicum ad certandum sine subligaculis prodirent; quem morem ab Hercule primum invectum, sicut a Palaestra Mercurii filia pudendos locos obtegendi consuetudinem inter mulieres, quae cursu et aliis exercebantur, introductam esse memoriae mandatum est.' Haec ille. Romani quidem juvenes in hunc finem campestribus utebantur. Theodoretus lib. 9. contra Graecos reprehendit Platonem, quod puellas et mulieres nudato corpore contuendas proponi voluerit coram judice, qui judicaret, quaenam aetas celebrandis nuptiis apte conveniret, neque meminerit quod Candaulae regis uxor dixisse fertur, *Ἀποδυομένη τὸν χιτῶνα συναποδύεται καὶ τὴν αἰδῶ ἡ γυνή*. 'Mulier cum tunica simul et pudorem exuit.' Herodotus 1, 8. COL.

353, 14. *ὁ γὰρ*] Matthaei sensum, ut paulo post Joannis, exhibet. POTT.

353, 18. *παντα χοῦ*] Insigne contra Arianos dictum. POTT.

353, 26. *ὁ ἵππος*] Conf. quae superius dixit auctor Paedag. 2, 10. POTT.

P. 354, l. 8. *ἄριστον γοῦν*] Haec composita sunt partim e Matth. 6, 20. 19, 21. Luc. 16, 19; partim e verbis Platonis, quae De legibus 2. p. 792. sic se habent, *Τοὺς ποιητὰς ἀναγκάζετε λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος, ἐάν τε μέγας καὶ ἰσχυρὸς, ἐάν τε σμικρὸς καὶ ἀσθενὴς ᾖ· καὶ ἐὰν πλουτῇ, καὶ ἐὰν μή· ἐὰν δὲ ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον, ᾖ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τ' ἐστὶ καὶ ἀνιαρῶς ζῇ*. POTT.

354, 24. *εἰ δέ τις*] Malim *εἰ μή τις*, ut sensus sit, divitias mordere, nisi quis iis magnifice norit uti, etc. POTT.

354, 25. *τῇ ἐπῳδῇ*] Respicit veterum opinionem, qui incantationibus adversus serpentum morsus sese defendere posse existimabant. Hinc apud Ovidium. Metam. 7, 203. Medea ait:

Vipereas rumpo verbis et carmine fauces. POTT.

P. 355, l. 11. *ἐμὲ καρπίζεσθε*] *Βέλτιον ἐμὲ καρπίζεσθαι* Bibl. Graec. POTT.

355, 12. *καὶ ἄργυρον*] Abest a Bibl. Graec. Mox *κρείσσω ἀργυρίου* ibid. POTT.

355, 15. *ἐπεὶ εὐσχημοσύνη τάξις ἐστίν*] Similiter *τὸν εὐσχήμονα* describit

Suidas, *Εὐσχήμων οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος καὶ πλούσιος, ἀλλ' ὁ κόσμιος καὶ πειθόμενος τοῖς νόμοις καὶ συνιστῶν.* POTT.

355, 17. *εἰσὶ γὰρ οἱ σπείροντες*] *Εἰσὶν οἱ τὰ ἴδια σπείροντες, πλείονα ποιοῦσιν· εἰσὶ δὲ καὶ οἱ συνάγοντες, ἐλαττοῦνται.* Prov. 11, 24. Porro Collect. haec addunt, Ita Chrysostomus in hunc locum, *Οὐ γὰρ εἶπε διέδωκε, διένειμεν, ἀλλ' ἐσκόρπισεν, ὁμοῦ καὶ τὴν δαψίλειαν τοῦ παρέχοντος δηλῶν, καὶ σπόρον τὸ πρᾶγμα ὀνομάζων. τοιοῦτον γὰρ οἱ σπείροντες, σκορπίζουσι τὰ ἀποκείμενα, καὶ τὰ δῆλα προδιδόασιν, ἵνα μέλλοντα λάβωσιν· σκορπίζεται χρήματα, καὶ συλλέγεται δικαιοσύνη· σκορπίζεται τὰ μὴ μένοντα, ἵνα πορισθῇ τὰ μένοντα.* POTT.

355, 24. *τὰ μὲν ἀγαθὰ*] Similia tradunt Stoici apud Stobaeum Eclog. ethic. 2. p. 179. *Τῶν τε ἀγαθῶν μηδενὸς μετέχειν τοὺς φαύλους, ἐπειδὴ τὸ ἀγαθὸν ἀρετή ἐστι.* Paulo post, *Καὶ τὸν σπουδαῖον εἶναι μόνον πλούσιον καὶ ἐλεύθερον, τὸν δὲ φαῦλον τοὐναντίον πένητα.* POTT.

P. 356, l. 12. *τῷ αἰτοῦντι*] Evangelistae sensum exhibet. POTT.

356, 21. *ὑψηλόν*] Ovidius Metam. 1, 85 :

Os homini sublime dedit, coelumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Conf. Cicero De natura deorum lib. 2 ; Seneca epist. 94 ; Lactantius 6, 20, etc. POTT.

356, 22. *τοῦ μόνου δημιούργημα*] H. *τοῦ λόγου δημιούργημα.* Alioqui *τοῦ μόνου* significabit ' ejus qui unus et solus rerum auctor est et rector.' SYLB.

P. 357, 19. *ἐκάθισεν ὑπὸ τὴν ῥάμνον*] In Antverpiensi edit. 3 Reg. 19. *Ἐκάθισεν ὑποκάτω ῥαθάν.* Vulgata, ' Et sederat subter unam juniperum.' Chaldaicae paraph. interpretatio, ' Sub genista una.' In aliis legitur *ῥαθμέν.* COL.

357, 20. *Ὀλυρίτης* pro *κρίθινος*, et *καμψάκης* pro *καψάκης* Bibl. Graec. POTT.

357, 24. *βαλλάντιον*] *Βαλάντιον* cum simplici λ, Luc. POTT. Recta vocabuli scriptura *βαλλάντιον* est, ut poetarum loci docent, eamque etiam apud Lucam praebent codices antiquissimi.

P. 358, l. 13. *μέτρον*] De convenientia calcei et pedis itidem Plutarchus lib. *Περὶ εὐθυμίας* p. 315. *Τὸ ὑπόδημα τῷ ποδὶ συνδιαστρέφεται, καὶ οὐ τοὐναντίον.* H. SYLB.

358, 16. *βιαζόμενον*] Respicit Christi dictum, quod refert Matth. 11, 12. vel Luc. 16, 16. POTT.

P. 359, l. 1. *τὸν παντοκράτορα θεὸν λόγον*] Insigne testimonium contra Arianos. POTT.

359, 2. *καὶ οὐδενὸς*] De justi inopia negat psalm. 36. H. SYLB.

359, 7. *ὁ δίκαιος*] *Ὁ ἄνθρωπος* Deut., Matth., ut etiam *θεοῦ* pro *κυρίου*· verum haec verba in alia, quae instituto magis convenirent, mutavit Clemens. POTT.

*ὅς ἐστιν*] Respicit ea, quae dicit Christus Joan. 6, 32, seq. POTT.

359, 26. *εὐτέλεια*] Hujus vocis etymologiam respicit : nam *εὐτελής* dicitur qui *εὖ τελεῖ*, ' bene sumptus facit,' hoc est, *εἰς ἃ χρὴ καὶ ἐφ' ὅσον χρή*. Proinde vir *εὐτελής*, cum ea semper habeat, quae impendere debeat, *ἀνελλιπής* est. Simile etymon tradit Athenaeus lib. 2. sub finem cap. 3. *Τελεῖν γὰρ τὸ δαπανᾶν· καὶ πολυτελεῖς οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες· καὶ εὐτελεῖς οἱ ὀλίγα.* Quibus fere paria habet etiam Etymologici magni auctor. POTT.

P. 360, l. 20. *σφίσιν αὐτοῖς*] Liberorum suorum gratia Lacedaemonios coegisse Helotas inebriari, et ebrios in convivia traxisse, refert in Lycurgo Plutarchus, ut illi scilicet inde discerent, 'quam aspernandum ac foedum spectaculum esset homo ebrius.' Idem in Institutis Laconicis, *Τοῖς παισὶν ἐδείκνυον τοὺς Εἵλωτας μεθύσαντας, εἰς ἀποτροπὴν πολυοινίας.* Simile est quod de Agesilao memorat Athenaeus 14. p. 657. eum nempe bellaria a Thasiis missa accipere noluisse, *Λιπαρούντων δὲ τῶν Θασίων, Δότε, φησὶ, φέροντες ἐκείνοις, δείξας αὐτοῖς τοὺς Εἵλωτας, εἰπὼν ὅτι τούτους δέοι διαφθείρεσθαι τρώγοντας αὐτὰ πολὺ μᾶλλον ἢ αὐτὸν, καὶ τοὺς παρόντας Λακεδαιμονίους.* POTT.

P. 362, l. 18. *τοῦ φρονίμου πυρὸς*] Sic superius dixit *πῦρ σωφρονοῦν ἀφανίσαι* falsorum deorum templa Protrept. p. 47. Sed propius ad haec accedit quod occurrit in Eclog. p. 804. col. 2 : *Ἀγαθὴ γὰρ δύναμις τὸ πῦρ νοεῖται καὶ ἰσχυρὰ, φθαρτικὴ τῶν χειρόνων καὶ σωστικὴ τῶν ἀμεινόνων· διὸ καὶ φρόνιμον λέγεται παρὰ τοῖς προφήταις τοῦτο τὸ πῦρ.* Quae videsis. POTT.

362, 25. *εἰδέναι*] *Ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσ.* Jud. POTT.

P. 363, l. 4. *ἀγρίων ἀγγέλων*] In vulg. Epistola Judae non legitur commation istud. SYLB. Verumtamen id agnovit etiam codex, quem secutus est Lucifer Calaritanus, nisi quod pro *ἀγρίων* corrupte habuerit *ἁγίων* lib. De non conveniendo haeret. sub finem : quod annotavit ad Judae verba Millius. POTT.

363, 7. Βαλαὰμ] Βαλαὰμ *μισθοῦ* Jud. SYLB.

363, 13. *τὰς ἐπὶ πλούτῳ*] H. e. 'et severa illa adversus divitias dicta afferre.' Qualia sunt illa apud Matth. 19, 24 ; Luc. 6, 24. Lowthius ait : 'Legendum videtur *κακοφρόνων*. Quam lectionem interpres secutus videtur.' Sed vulgata lectio tutius retinebitur. POTT.

363, 17. *ἵνα δὴ φυλάξῃ τὰς ἀπειλάς*] Scribe, *ἵνα δὴ φυλάξω τὰς ἀπειλάς*. HEINSIUS. Hervetus vertit 'ut caveant,' ac si legisset *ἵνα δὴ φυλάξωσι*. Verum retineri debet recepta lectio, quam universi codices firmant. Est enim *φυλάξῃ* mediae vocis secunda persona a *φυλάττομαι*, qua voce in hoc ipso capite non semel usus est Clemens. Vel scribendum *φυλάξῃς*. Sensus est, 'Adducam tibi Paedagogi praecepta, ut ab ejus minis tibi caveas.' POTT.

P. 364, l. 1. *τῆς ἁλέας*] Calidis balneis utebantur majores ad levandas lassitudines, necnon ad corpora emollienda, calidis et tepidis ad conciliandum somnum, frigida lavabantur et ob voluptatem, et ut robustiores redderentur, calorque naturalis intro repulsus major evaderet, ideoque fere post calidas balneas ea adhibebantur : quem usum primos omnium Euphorbum Jubae regis, et Antonium Musam Augusti medicos monstrasse, refert Plinius H. N. 25, 7. Balneis etiam quidam uti consueverant, quod non possent cibos coquere, nisi loti, ut auctor est Plutarchus, qui Titum imperatorem hac de causa interisse prodidit ex relationibus eorum, qui aegrotanti ministrarunt. Mercurialis De arte gymnast. 1, 10. Plato Legib. 6. p. 761. calida vocat *γεροντικὰ λουτρά*, Aeginetae frigida, *ψυχρόλουτρα*, 'psychrolutres' Senecae. COL.

364, 10. *ἤδη*] Hoc aut interrogative accipiendum videtur, aut in *οὐδέ* aliamve similem particulam transmutandum. SYLB. Scripsi *οὐ δὴ* cum Herveto.

364, 12. *ῥακοῖ τὰ σώματα*] 'Rugosa reddunt corpora,' ut apud Aristophanem Pluto, *τὰ ῥάκη, ἤγουν τὰς ῥυτίδας*, intelligit Budaeus: et apud Dioscoridem *ἐῤῥακωμένα πρόσωπα, rugosas facies* vertit Ruellius. Quod vero sequitur, 'frigidi velut tinctura opus habemus,' Graece erat *ἐντεῦθεν οἱονεὶ τῆς βαφῆς καὶ τῆς στομώσεως τοῦ ψυχροῦ δεόμεθα*· 'Inde frigida tanquam mersione ac tinctura opus habemus.' Intelligit enim immersionem ferri in aquam, cum qua comparat frigidum balneum, quo post calidum utebantur. Sic Ecclesiastici 34, 26: *Κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ*. Hesychio, *Σίδηρος ἄβαπτος, ἀστόμωτος*. Galenus lib. 10. Methodi partes enumerat quatuor: primam, in quam ingredientes in aere versarentur calido; secundam, quo ex illa in aquam calidam descenditur; tertiam, ubi in frigidam ibant: in quarta, sudorem detergebant. COL. Petrus Halloixius Illustrium secundi seculi scriptorum vitis p. 105. haec sic vertit: 'Quoniam balnea citius, quam oporteat, deterant corpora, et illa decoquendo cogant ante tempus senescere, dum, similiter atque ferro accidit, calore caro emollitur. Hinc et rigore frigidae, velut temperatura, indigemus.' Male verterat Hervetus. POTT.

364, 13. *τῷ σιδήρῳ*] Galenus *Θεραπευτικῆς μεθόδου* lib. 10. *Τοιοῦτον γάρ τοι συμβαίνειν ἔοικεν ἡμῖν εἰς τὴν ψυχρὰν δεξαμένην εἰσιοῦσιν ἐπὶ τοῖς βαλανείοις, οἷόν τι καὶ τῇ τοῦ σιδήρου βαφῇ*. Etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quemadmodum et illud, ubi candens jam redditum frigida mergitur. Ibidem: *Ὅσα δὲ ἠραιώθη τε καὶ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ἐχαλάσθη, ταῦτα εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἐπανέρχεται συμμετρίαν, ὡς δηλοῖ τὸ τέταρτον τοῦ λουτροῦ μέρος*. Refert ad id, quod rugosa fieri dixit corpora Clemens, adstringi contra frigida inquit Plinius H. N. 25, 7. COL.

364, 19. *ἀεὶ*] Expungendum videtur. SYLB.

P. 365, l. 5. *ὅμοιοί ἐστε*] *Παρομοιάζετε* Matth. POTT.

365, 6. *ἔξωθεν*] *Οἵτινες μὲν ἔξωθεν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν* Matth. POTT.

365, 9. *ἔξω*] *Ἔξωθεν* Matth. Mox *Ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας· Φαρισαῖε τυφλέ, καθάρ.* ibid. POTT.

365, 10. *ἔνδον*] *Ἐντός* Matth. Mox *τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν* ibid. POTT.

365, 15. *Ἰσραὴλ*] *Σιὼν, καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαριεῖ*, Bibl. Graec. Dein *καὶ πνεύμ. κ.* omisso *ἐν* ibid. POTT.

P. 366, l. 21. *τοὺς πήχεις*—] *Τοὺς πήχεις ἐκτείνει ἐπὶ τὰ συμφέροντα· τὰς δὲ χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει*, etc. Bibl. Graec. POTT.

366, 22. *τὰς χεῖρας*] Haec sunt ex 31. Prov. de laudibus fortis feminae v. 19. illud vero, *τὰς δὲ χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον*, quod Hervetus reddit, 'manus suas colo fulcit,' Antverpiensis editio e Graeco vertit, 'manus suas firmat ad fusum,' ut paulo ante v. 17: 'Firmavit brachia sua ad opus,' *ἤρεισε τοὺς βραχίονας*. Symmachus *ἐκραταίωσεν*, Aquila et Theodotio *ἐκαρτέρωσεν*. At non aeque bene vertit, quod sequitur, *καρπὸν δὲ ἐξέτεινε*, 'fructum autem extendit.' Nam *καρπός* hic partem proximam palmae significat: sic verterunt quidam in Psalmis olim, 'Labores fructuum tuorum quia manducabis.' COL.

P. 367, l. 1. *τὴν μάλιστα διακονίαν*] 'Praecipuum' ac caeteris plerisque anteferendum 'ministerium.' nam *φιλοξενία* inter primarias vir-

tutes numerabatur, et in canonicis Epistolis eo nomine saepius praecipitur: eratque illis praecipue seculis necessaria, quibus Evangelii praecones hospitio excipiendi erant. POTT.

367, 7. *αὕτη*] Αὐτή Gen. POTT.

367, 12. *τὴν φαινίνδα παιδιάν*] Explicat hunc lusum Galenus libro de ea re et Mercurialis De gymnast. 2, 6. COL. Conf. Meursii Graecia feriata in Ἐφετίνδα. POTT.

367, 17. *Πιττακὸς*] Similia sunt quae scribit Isidorus Pelusiota Epist. 1, 470. Ὁ Μιτυληναῖος δὲ Πιττακὸς, *καίτοι βασιλεὺς ὤν, τὸν μύλον ηὐτούργει, καὶ ἐνεργῶς γυμνασάμενος καὶ τὴν τροφὴν ἐργασάμενος.* Diogenes Laertius sub finem Pittaci, *τούτῳ γυμνάσιον σῖτον ἀλεῖν, ὥς φησι Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος.* Plutarchus in Convivio, Ἐγὼ γὰρ, εἶπε, τῆς ξένης ἥκουον ᾀδούσης *πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος* Ἄλει, μύλα, ἄλει· *καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύων.* Idem etiam auctor refert eum *πέπτειν ἑαυτῷ, panes sibi coxisse.* Quin etiam molae encomium scripsit, ut refert Aelianus V. H. 7, 4. POTT.

*ἤληθεν*] *Molebat.* Diogenes Laertius ex Clearcho, Τούτῳ *γυμνάσιον σῖτον ἀλεῖν.* Simplicior etiam verborum hic esset ordo: Εἰπεῖν *ὅτι ὁ Πιττακὸς ἐκεῖνος, ὁ Μιτυληναίων βασιλεὺς, ἤληθεν.* SYLB.

367, 21. *ῥάβδον στυρακίνην*] Apud LXX loco Genesis citato, *ἔλαβε καὶ Ἰακὼβ ῥάβδον στυρακίνην χλωρὰν καὶ καρυΐνην καὶ πλατάνου.* Plinius styracis arboris meminit 12, 17. 'Ex Syria revehunt styracem acri odore ejus in focis abigentes fastidium:' et lib. 24. cap. 6. COL. Porro Clemens hoc ad lignum crucis refert. POTT.

367, 23. *γεγωνὸν*] Seneca id dicit, *clara voce legere.* SYLB.

P. 368, l. 1. *εἰ μὴ*] Rectius cum H. legemus *οὐ μή.* SYLB.

368, 4. *ὀρθῆς πάλης*] Ὀρθὴ *πάλη* opponitur *τῇ ἀνακλινοπάλῃ*, in qua luctatores in arenis se volutabant. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 2, 20. POTT.

368, 6. *κοσμιωδεστέρα*] Mercurialis De arte gymnast. 2, 8: Tota haec facultas in gymnasiis tres fines habuit; tempore Galeni mirum in modum crevit. Primum, ut athletae in illis exercerentur, quo in ludos et amphitheatra exeuntes victoriam adipisci possent; secundum, ut ad bella homines exercerentur; tertium, ut homines et pueri luctantes optimum corporis habitum acquirerent, sicque sanitatem curarent. Galenus vero non modo luctam athleticam, sed et sanitati studentem interdum parce laudavit, utpote qua robur quidem augetur, at luxationis ossium, nec non suffocationis periculum immineat. Similiter et Clemens Alexandr. qui Galeni tempore Romae floruit, in 3 Paedag. luctas omnes improbat, eam tantum honestiorem facit quae *μετ' εὐσχήμονος*, et gratia bonae valetudinis efficitur. Lucta autem recta vel erecta distinguitur ab ea, quae in pavimento fit, quod genus pancratium volutatorium dicitur. Vide eundem 5. 5, COL.

368, 8. *λοιπὸν*] Si mendo caret, positum videtur pro *περισσόν, superfluum quid.* Aut forte legendum *λειπέσθων, relinquuntor.* SYLB. Fallitur.

368, 9. *οὐκ ἐλευθέρων στάσεων*] H. e. *illiberalium stationum.* Intelligit autem varios luctatorum motus artesque, quibus adversarios supplantare conabantur. POTT.

368, 27. *καὶ παρέθηκεν*—] In iis, quae e Genesi sequuntur, non tam verba quam sensum recitat. POTT.

P. 369, l. 1. *καὶ ἡ ἁλεία*] Galenus quoque piscationem inter exercitationes enumerat lib. 2. De sanitate tuenda cap. 8. sicut et Avicenna ingredientem piscatorias naves debiliter exerceri censuit: sed quoniam cunctae prope piscationes sub sole, et in locis saepe malo aere plenis peraguntur, una excepta maritima, credimus medicos piscationis laborem parvi aestimasse. Neque tamen defuerunt imperatores, qui exercitationis gratia interdum piscarentur: ceu de Augusto Caesare scriptum est a Suetonio, et de Alexandro Severo a Lampridio. Meminit et Festus ludorum piscatoriorum; Mercurialis De arte gymnast. 3, 13. De hac piscatione Petri, Joannis 21. Augustinus Tract. 122: 'Quod si fecissent discipuli defuncto Jesu priusquam resurrexisset a mortuis, putaremus eos illa, quae animos eorum occupaverat, desperatione fecisse. Nunc vero, post eum sibi de sepulcro redditum vivum, subito, sicut fuerant, fiunt non hominum, sed piscium piscatores. Respondendum est ergo, non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victum necessarium quaerere, sui apostolatus integritate servata, si aliquando unde viverent, aliud non haberent.' COL.

P. 370, l. 20. *Πλάτων*] Ut huic loco sensus constet, adducenda sunt Platonis verba De legibus 12. p. 956. ubi de donariis, quae diis consecranda sunt, haec ait, *Ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον· χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι, καὶ ἐν ὑφῇ· βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα·* in quibus Clemens *σώφρονος* pro *ἔμμηνον*, et *σεμνότητι* pro *θεοῖς* posuit, ut suo instituto haec accommodaret. POTT.

P. 371, l. 1. *τὸ λευκόν*] Conf. quae superius dixit auctor, 2, 10. p. 235. Prodicus Ceus Virtutem inducit *λευχείμονα* ibid. p. 236. In Apocalypsi Joannes sanctis coelestibus *λευκὰ ἱμάτια* tribuit. POTT.

371, 12. *οὐχ ὅτι*] De veste calorem et retinente et arcente Plutarchus De virtute et vitio p. 61. *Τὰ ἱμάτια δοκεῖ θερμαίνειν τὸν ἄνθρωπον, οὐκ αὐτὰ δήπου θερμαίνοντα καὶ προβάλλοντα τὴν θερμότητα, ἀλλ' ἣν ὁ ἄνθρωπος ἀναδίδωσιν ἐξ ἑαυτοῦ θερμότητα, ταύτην ἡ ἐσθὴς τῷ σώματι προσπεσοῦσα συνέχει.* H. SYLB. Vocat autem Clemens *στερεὰν ἄγναφον*, '*albam, quae nondum experta sit fullonem*:' nam ideo tanta olim multitudo fullonum, quod plerique, praecipue Romani, albati essent. De iis, qui auriculas perforant, vide sub finem libri primi. COL.

371, 19. *εἰς τὸν κατάλογον*] Scribe *εἰς τὸν κατὰ λόγον, τὸν ὑγιῆ καὶ μακάριον βίον*. Sensus est, *εὐκολίαν* 'esse habitum, qui nil superfluum admittit, ea tamen, quae ad vitam, quae secundum Logon, seu rationem, instituitur, sanaque ac beata est, sufficiant, quousque nil desit, assumit.' POTT.

371, 20. *Κεχρήσθω*] His similia superius dixit auctor Paedag. 2, 10. p. 234. POTT.

P. 372, l. 2. *ἐνώτιον*] Vulg. Bibl. Proverb. 11. cum epitheto habent *ἐνώτιον χρυσοῦν*. A. SYLB. In Vulgata Latin. Proverb. 11, 12. 'Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua.' Item Antverpiensis editio, *ὥσπερ ἐνώτιον χρυσοῦν ἐν ῥινί*. Sed a Romana editione abest *χρυσοῦν*, ut et a libro Clementis. Itaque citat Hieronymus in cap. 27. Ezechielis, 'Sicut inauris in naribus porcae, sic mulieri male moratae pulchritudo.' Chrysostomus in hunc locum, ut habet manuscript. liber, *Καθάπερ ἡ ὗς τούτῳ μάλιστα τῷ μέρει τοῦ σώματος τὸν βόρβορον ἀνακινοῦσα τὸν χρυσοῦν ἐκεῖνον διαφθείρει κόσμον, οὕτως καὶ ἡ γυνὴ καταισχύνει τὴν εὐμορ-*

φίαν. Idem ait quod Clemens paulo post. Similis locus est apud Ezech. 16, 12. 'Et dedi inaurem super os tuum, et circulos auribus tuis.' Hieronymus: 'Verbum Hebraicum נזם, excepto Symmacho, qui interpretatus est ἐπιῤῥίνιον, omnes inaurem transtulerunt, non quo inaures ponantur in naribus, quae ex eo, quod auribus pendeant, inaures vocantur: sed quo circulus in similitudinem factus inaurium, eodem vocabulo nuncupetur: et usque hodie inter caetera ornamenta mulierum solent aurei circuli in os ex fronte pendere et imminere naribus.' Theodoretus moraliter interpretatur a vitiis dehortationem, quae freni instar adhibetur, translatione taurorum, qui ferreum annulum naribus excipiunt, quo circumducuntur. COL.

372, 12. Δίδωσιν] Nempe ὁ λόγος, cujus mentio superius facta est. POTT.

372, 14. εἰ γὰρ εὖ] Plinius H. N. 33, 1: 'Ut plurimum ob scelera annuli fiunt. Quae fuit illa priscorum vita, qualis innocentia, in qua nil signabatur? At nunc quoque cibi ac potus annulo vindicantur a rapina.' POTT.

372, 19. ἐντυχούσαις] Aptius εὐτυχούσαις, ut mox v. 45. sequitur, ἐπεὶ δυστυχεῖν βούλονται. SYLB.

P. 373, l. 16. μόνον] His verbis prohibet auctor ejus temporis luxum, quo singulis digitorum articulis gemmas annulosque gestabant, Martialis Epigr. 5, 11.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno
Versat in articulo Stella, Severe, meus:
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies: inde est haec, puto, culta manus. POTT.

373, 18. χρυσοῦς] Χρυσοῦ Eccl. POTT.

373, 24. οὐ φαίνεσθαι. . . . ἀλλὰ εἶναι] Respicit celebre illud Amphiarai dictum apud Aeschylum Sept. 592.

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. POTT.

P. 374, l. 1. δακτύλιον] De annulorum usu conf. Plinius H. N. 32, 1; Alexander ab Alexandro Genialium dierum 2, 19; Joannes Baptista Casalius libello De fibulis, insignibus et annulis veterum. POTT.

374, 2. ἐπ' ἄρθρῳ] 'In articulo.' Sunt qui scribendum existimant ἐπ' ἄκρῳ, i. e. 'in summo' digiti articulo. 'Extremo articulo' dixit Petronius: 'Extremo vero articulo digiti sequentis minorem.' Conf. Phaedrus 3, 2. Scribi possit ἐπ' ἄρθροις, 'in articulis' digitorum. Vel potius ἄρθρῳ indefinite pro quolibet digiti 'articulo,' aut pro majori articulo sumendum: si quidem articulis gemmas aptabant, ut paulo superius dictum est. Hinc etiam Seneca Nat. quaest. 7, 31. 'Exornamus annulis digitos, et in omni articulo gemma disponitur.' Quod fieri vetat Clemens, dum jubet annulum εἰς τοῦσχατον καθιέναι, 'in extremam digiti partem demittere.' POTT.

374, 7. ἰχθύς] De pisci haec dicit P. Halloixius in Illustrium 2. seculi Script. vitis p. 143. 'Clemens agens de annulis Christianorum obsignatoriis, suadet inter alia, ut piscis figura in illis insculpatur, non alia, opinor, de causa, quam ut memores sint aquarum baptismi, in quibus, tanquam pisciculi, vitam acceperint, in Christo Jesu post veterem hominem renati.' Est etiam notissimum ἰχθύς symbolum olim Christiani nominis fuisse, quod istius literae essent initiales Ἰησοῦ

Χριστοῦ θεοῦ υἱοῦ σωτῆρος. Conf. Tertullianus De baptismo cap. 1. POTT.

374, 9. Σέλευκος] Alexander ab Alex. Gen. dier. 2, 19: 'Seleuci annulus fatalis, in quo ancora efficta visebatur, cujus imago in femore posteris visebatur.' Conf. Justinus Hist. lib. 15; Ausonius in Urbium catalogo, ubi de Antiochia et Alexandria agit. POTT.

374, 11. εἰδώλων] Nil olim frequentius erat quam deorum in annulis simulacra. Plinius H. N. 33, 3. 'Jam vero etiam Harpocratem, statuasque Aegyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt.' Alexander ab Alex., Gen. dierum 2, 19. 'Augustus Octavius Sphingis, mox imagine Alexandri, nonnulli Harpocrate et Aegyptiis diis usi sunt. Notaque est Pyrrhi gemma, in qua Apollo et Musae, cum suis insignibus, non effictae, sed nativa specie visebantur.' Notum est Pythagorae praeceptum: 'Ne quis annulum Dei imagine insignitum gestaret,' cum e Clementis Strom. 5. tum etiam ex Jamblicho. Christiani quaedam Christi nominis symbola, ut etiam crucem gestabant: verum id post Clementis tempora in usum venisse, vel ex hoc loco constat. POTT.

374, 14. γεγυμνωμένους] Aliquis in marg. R. adscripsit γεγλυμμένους, *insculptos*. Utravis lectio ferri potest: nudam enim Venerem nudasque puellas quandoque effingebant. Conf. quae superius dicit auctor Protrept. p. 153. POTT.

374, 15. ἐρωμένους] Etenim mos erat eorum omnium, quorum memoriam animo ferre cupiebant, imagines in annulis gestare. Hinc regum facies iis saepe insculptae. Philosophi haeresium suarum magistros in annulis habebant. Denique amicorum quorumvis imagines illis impressae: unde Ovid. Eleg. 1, 6.

Si quis habes nostris similes in imagine vultus.

Mox ibidem:

In digito qui me fersque refersque tuo. POTT.

374, 19. γένειον] Conf. quae superius dicit auctor libri hujus c. 3. p. 263. POTT.

P. 375, l. 3. ὡς τὸ μύρον] Ὡς μύρον ἐπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον Psalm. Chrysostomus in Psalm. 132. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος ὁ ἠλειμμένος τῷ μύρῳ, τούτῳ τῷ ἐμπρεπεῖ τῷ σχήματι φαιδρός ἐστι τῷ προσώπῳ, πολλῆς εὐωδίας ἐμπέπλησται, χάριν παρεῖχε τοῖς ὁρῶσιν ὀφθαλμοῖς, οὕτω καὶ τοῦτό ἐστι καλόν. COL.

375, 4. τῇ παλινῳδίᾳ] H. e. 'faciem, cujus decorem repetita' barbae 'mentione celebrasset, Domini unguento perfudit.' Porro 'unguentum Domini' vocat quod a Deo benedictum erat: ut eodem Psalm. v. 3. sequitur, ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο κύριος τὴν εὐλογίαν. POTT.

375, 6. Ἐπεὶ δὲ οὐχ] Musonius apud Stobaeum tit. 6. Περὶ ἀκολασίας, ἔφη παραπλησίως τὸν ἄνδρα χρῆναι κεφαλῇ προσφέρειν κουρὰν, ὡς ἀμπέλῳ προσφέρομεν τομὴν, μόνον τοῦ ἀφαιρεῖν τὸ ἄχρηστον. Apud Athenaeum Alexis lib. 13. 'Picatum aut derasum si quem videris, aut de militia cogitare, ille mihi videtur facturus omnia, quae barbae non conveniunt, aut in civitate flagitiis omnibus se inquinaturum.' Ob cinaedos ergo antiqui tantopere derasos aversabantur, barbam prolixam fovendam putabant.' COL.

375, 10. οὐ ξυρῷ] Observandum est, olim non tam rasuram quam tonsuram fuisse in usu: tondebantur enim demisse quidem, sed ita

tamen ut cutis tecta maneret. Id apparet ex hoc Clementis loco, itemque ex Optato Milevit. qui lib. 2. contra Parmen. arguit Donatistas, quod catholicis sacerdotibus per vim capita raserint: 'Docete, inquit, ubi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum e contrario tot sint exempla proposita fieri non debere.' Item ex Hieronymo in cap. 44. Ezech. demonstratur, nec rasis capitibus sicut sacerdotes cultoresque Isidis atque Serapidis nos esse debere, nec rursum comam demittere, quod proprie luxuriosorum est, sed in tantum capillos demittendos, ut operta sit cutis. Atque haec forte erat causa, cur Hieronymi et Ambrosii tempore Christiani sacerdotes non raderentur: tum enim erant Isidis sacerdotes. Vide Ambros. epist. 36. Posteaquam autem illa causa cessavit, nihil absurdi faciunt, qui ad aliquid sacrum significandum caput radunt. Nam rasuram ex se malum non esse constat ex eo, quod Ezechiel jubetur radi, Ezech. 5. et Nazaraeus, Num. 6; unde et Paulus Act. 21. ait: 'Sunt nobis viri quatuor,' etc. R. Bellarminus lib. 2. De monachis cap. 41. tom. 1. Disputationum de controversiis. Haec Collect. in moris Romam defensionem. POTT.

375, 17. *ὑφ' ᾧ δεδοικότες*] Scribe *ὑφ' ᾧ δεδυκότες*, *quem* habitum *subeuntes*. Dixerat enim illis, qui palam peccare verentur, gratissimum esse habitum *μὴ παράσημον*, eum scilicet, 'qui non est insignis,' ac talis, ut ab aliorum habitu non distingui possit: addit igitur *ὑφ' ᾧ δεδυκότες*, etc., 'quem subeuntes, eoque hominibus e vulgo, quibus incognitis peccare licet, similes facti, id consequuntur ut secure peccent' POTT.

P. 376, l. 3. *σειρῶν ἀναδέσεις*] Villiomarus lib. 4, 13. in Titium: *Σπεῖραν* Naumachius vocat *σειράν*, hoc est 'catenam,' eo versu (66):

*Μηδὲ κόμης περίαλλα πολυσχιδέας πλέκε σειράς.*

*Σειραί* sunt veluti sertae quaedam capilli, in quas non solum feminae, sed et viri crines et barbam distinguebant atque dividebant, ut in capitibus Jovis, tam in numismatibus quam in marmoribus videre est. 'Treccias' vocant Itali; iis utebantur in capillo porrecto et, ut Apuleiana licentia loquar, 'patagiato.' Vestalibus senis tantum ornari licebat sub flammeo. Hoc est enim quod Festus dixit 'senis crinibus ornari.' At matronae pluribus ornabantur, unde *πολυσχιδέας σειράς* dixit Naumachius. In multis numismatibus Augustarum capita in ejusmodi sertas secta et distincta videre potes. Haec ille. Habes et Judic. 16. *Ἐὰν ὑφήνῃς τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς μου*. Ita Festus, *senos crines*. Ibidem et dicit *ἑπτὰ βοστρύχους*. Pollux 2, 30. *ὠνομάζετο πλοχμὸς καὶ σκόλλυς, σειρὰ τριχῶν*, lege ex manuscripto *σκολλίς*, ut apud Hesychium *σκόλλυν*, Eustathius dicit *πλοκαμίδα*. COL.

376, 12. *ὁ πρεσβύτερος*] Presbyteri nomine quandoque episcopos comprehendit, quandoque episcopum a presbytero distinguit. Conf. quae adnotavimus ad Stromatum 7. p. 830. Porro notum est, in veteri Ecclesia ordinatis, confirmatis, poenitentibus, aegris, qualemcunque denique benedictionem recipientibus, ac duobus quidem prioribus a solo episcopo, reliquis autem nonnunquam a simplici etiam presbytero, manus imponi solitas fuisse. POTT.

376, 14. *κεφαλή*] *Παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ θεός*, 1 Cor. 11, 3. POTT.

P. 377, l. 13. *ἡ κομμωτική*] Dixerat corporis pulchritudinem 'symmetria membrorum bonoque colore' constare: addit, 'ad ornandam eam pulchritudinem maxime aptam esse sanitatem: per quam fit ut

fictum fucatumque simulacrum in verum, juxta formam a Deo datam, transeat.' Porro 'simulacrum' vocat hominem secundum divinam imaginem formatum, qui ex pravo artificiosoque ornatu et adscititia pulchritudine ad naturalem sui corporis habitum ornatumque, quem a Deo habuit, per sanitatem restituitur. Proinde statim adjicit, 'cibi potusque moderatum usum ad hunc ornatum in primis conducere.' Nec multo post hominem expresse vocat *τοῦ Λόγου ἀνδριάντα*, et *κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγονότα*. POTT.

P. 378, l. 2. *ὁλκὸν*] Subaudiendum *τι χρῆμα ἐστὶ, est quiddam trahendi vim habens.* SYLB.

378, 24. *ὡς καὶ εἴ τινες*] *Ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθοῦσι* apud Pet. Mox *κερδηθήσωνται* pro *κερδηθήσονται*. Dein *τὴν ἐν φόβῳ ἀγ.* Mox *ἐμπλοκῆς τριχῶν καί* ibid. POTT.

P. 379, l. 9. *κόσμον ἄκοσμον*] Tertullianus quod hic Clemens *κόσμον ἄκοσμον*, De habitu muliebri 4: 'Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant, ornatum quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro et argento, et gemmis et vestibus deputatur: iste in cura capilli, et cutis, et *earum* partium corporis, quae oculos trahunt.' COL.

379, 15. *αὐτήν*] Respicit Prov. 31, 22: *Δισσὰς χλαίνας ἐποίησε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἐκ δὲ βύσσου καὶ πορφύρας ἑαυτῇ ἐνδύματα*. POTT.

379, 19, *ἥτις σῖτα*] Ex hoc loco usque ad illum, '*Mulier fortis*,' omnia ex 31. Proverbiorum sunt versu 26. In Antverpiensi edit. *Στόμα δὲ αὐτῆς ἀνοίγει σοφῶς καὶ νομοθέσμως, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς*. Vulgata, 'Os suum aperit sapientiae, et lex clementiae in lingua ejus.' Apud Clementem, *στόμα αὐτῆς διήνοιξεν σοφῶς καὶ ἐννόμως, θεσμοὶ ἐλεημοσύνης ἐπὶ γλώττῃ αὐτῆς*. Item 28. versu, *ἀνέστησαν τὰ τέκνα καὶ ἐπλούτησαν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ᾔνεσεν αὐτήν*. Vulgata: 'Surrexerunt filii ejus, et beatissimam praedicaverunt.' Clemens, *Ἧς τὰ τέκνα ἐμακάρισαν ἀνιστάμενα, ὁ δ. ἀν. ἀ. ἐνεκωμίασεν αὐτήν*. In editione Romana Aquilae Symmacho et Theodotioni tribuitur haec lectio, *ἐμακάρισαν αὐτήν*, ut et apud Clementem, et legisse videtur auctor Vulgatae Chaldaicae paraphrasis version. 'Beatitudinem illi dederunt.' In quodam manuscripto exemplari legebatur, *καὶ ᾔνεσαν αὐτὴν, καὶ ὁ ἀνὴρ ἐπῄνεσεν αὐτήν*. COL.

379, 23. *ὁ ἅγιος Λόγος*] Similiter Constitut. apost. 7. *μάθωμεν γὰρ ἐν τῇ Σοφίᾳ τί λέγει ὁ ἅγιος Λόγος*. Tum sequuntur, ut hic, e Proverbiis Solomonis probae mulieris laudes, quas conf. POTT.

379, 24. *εὐσεβὴς*] *Συνετή* vulg. Proverb., sed *εὐσεβής* habent Constit. apost. 1, 8. POTT.

P. 380, l. 7. *κλαδαρὸν*] Casaubonus in hunc Persii versum,

... tremulo scalpuntur ubi intima versu,

haec adnotavit 'Terentianus Maurus de galliambo versu

Nomenque galliambi memoratur hinc datum
Tremulos quod esse Gallis habiles putant modos.

'Sic *κλαδαρόν* Graeci pro lascivo ac molli. Unde *κλαδαραὶ ὄψεις*, et *κλαδαρὸν περιβλέπει* apud Clementem Alex. de Veneris pusionibus; *κλαδαρός* autem idem ac *tremulus*. Hesychius, *Κλαδαρόμματοι· εὔσειστοι τὰ ὄμματα*.' POTT.

380, 9. *ἡ πρὸς χάριν λαλοῦσα λιπαίνει*] *Ἡ πρὸς καιρὸν λιπαίνει* Prov., ut etiam apud Clementem Strom. 1. p. 332. et Constitutionum

apost. 1, 7. Mox *μαχαίρας διστόμου* pro *ἢ μάχαιραν δίστομον* Proverb. et Const. apostol. POTT.

380, 12. *μετὰ θάνατον εἰς ᾅδην*] *Μετὰ θανάτου εἰς τὸν ᾅδην* Proverb. Sed lectionem suam retinet Clemens Strom. l. c. POTT.

380, 13. *ἡ πόρνη*] Nempe Philistaea mulier in Thamnatha. Judic. 14, 1, 2, etc. POTT.

380, 14. *τὸν ἄνδρα . . . αὐτοῦ*] *Virum suum* vertit interpres, quod esset Graece *τὸν ἄνδρα αὐτῆς*. Vertendum fuisset, *virum ejus*, hoc est robur ac vires quas Samson a Dalila tonsus amisit. Jud. 16, 17. POTT.

*ἑτέρα*] Sylburgius scribi voluit *ἑταίρα*. In R. aliquis *αι* super mediam *ε* scriptum obliteravit: et profecto *ἑτέρα γυνή* est vera lectio. Vult enim *uliam* a Philistaea, de qua prius locutus est, mulierem, nempe Dalidam, Samsoni robur cum crinibus detondisse. POTT.

380, 16. *καὶ δεσμὰ σωφροσύνης λαμβάνουσα*] His verbis sensus haud constat. Scribe igitur ex N. *σωφροσύνῃ*, 'temperantia,' hoc sensu: 'Et temperantia, dum vincula sumit, melior apparet soluta potestate.' Agit enim de Joseph, qui propter continentiam suam in vincula conjectus, se praestantiorem domina sua libera ac vinculis soluta ostendit. POTT.

P. 381, l. 2. *σαυλὰ βαίνειν*] Eadem phrasis e Simonide citatur,

*Καὶ σαυλὰ βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης.* POTT.

381, 4. *ὥραν ἀπολείπειν*] Scribe ex N. *ὥραν ἀπολείπει*. Nisi potius legendum *ὥρα ἀπολείπειν*, '*tempus est relinquere*.' POTT.

381, 5. *ἴχνη δὲ πορνικὰ*] *Τὰ δὲ ἴχνη αὐτῆς οὐκ ἐρείδεται· ὁδοὺς γὰρ ζ*. Prov. Sed Clemens haec instituto suo pro more accommodavit. POTT.

381, 7. *τοῖς ποσίν*] Imitatur Zenonis Cittiei dictum quod retulit Laertius 7, 26. *Κρεῖττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλισθεῖν ἢ τῇ γλώσσῃ*. POTT.

381, 10. *ἔκκοψον*] *Ἔξελε* Matth.; *ἔκκοψον* est e versu seq. ubi *ἐκκόπτειν χεῖρα* jubet Christus. Verum haec auctor *διὰ μνήμης*, atque adeo imperfecte, recitavit. POTT.

381, 17. *ὀφθαλμὸν*] *Ὀφθαλμοῖς* Proverb. POTT.

381, 20. *καὶ τὰ λευκὰ*] I. e. 'albugines oculorum sustollentem,' nam *ἀναβάλλειν* est 'sustollere.' Emendandus hoc loco Athenaei locus a nemine hactenus satis explicatus, qui ex eodem auctore, unde Clemens haec protulit, sumtus est. Ille porro 12. p. 528. *Ὅτι δὴ οὖν Ἀρβάκης, εἷς τῶν ὑπ' αὐτὸν στρατηγῶν, Μῆδος γένος, διεπράξατο διὰ τινὸς τῶν εὐνούχων Παραμείζου θεάσασθαι τὸν Σαρδανάπαλον, καὶ μόλις αὐτὸ ἐπετράπη, ἐκείνου ἐθελήσαντος. Ὡς οὖν εἰσελθὼν εἶδεν αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐψιμυθιωμένον καὶ κεκοσμημένον γυναικιστὶ, καὶ μετὰ τῶν παλλακίδων ξαίνοντα πορφύραν, ἀναβάδην τε μετ' αὐτῶν καθήμενον τὰς ὀφρῦς, γυναικείαν δὲ στολὴν ἔχοντα, καὶ κατεξυρημένον τὸν πώγωνα, καὶ κατακεκισσηρισμένον, ἦν δὲ καὶ γάλακτος λευκότερος, καὶ ὑπογέγραπτο τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ὀφρῦς (ἐπεὶ δὲ καὶ προσεῖδε τὸν Ἀρβάκην, τὰ λευκὰ ἐπαναλαβὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς), οἱ μὲν πολλοὶ, ὧν ἐστι καὶ Δοῦρις, ἱστοροῦσιν ὑπὸ τούτου ἀγανακτήσαντος εἰ τοιοῦτος αὐτῶν βασιλεύει, συγκεντηθέντα ἀποθανεῖν.* Quorum verborum partem posteriorem Clementis nostri ope sic scribe, *ἀναβάδην τε μετ' αὐτῶν καθήμενον γυναικ. . . . ὑπογέγραπτο τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ὀφρῦς· ἐπεὶ δὲ καὶ προσεῖδε τὸν Ἀρβάκην, τὰ λευκὰ ἐπαναβάλλων τῶν ὀφθαλμῶν*. Porro ea verba, *τὰ λευκὰ ἐπαναβάλλων* (vel *ἐπαναβαλών*) *τῶν ὀφθαλμῶν*, imperitus aliquis librarius, qui putavit de pigmentis agi, mutasse videtur in *τὰ λευκὰ ἐπαναλαβὼν τοῖς ὀφθαλμοῖς*. Postrema autem

perioche perinde versa est ab interprete, ac si auctor Arbacem semetipsum, non vero Sardanapalum, confodisse retulisset. POTT.

381, 25. *μετεωρισμῷ*] Μετεωρισμοῖς Eccl. POTT.

P. 382, l. 5. *μαστίχην ἐντραγοῦσαι*] Plinius H. N. 14, 24. mastichen *lentiscum* vocat. Dioscorides de ea 1, 77. *στόματος εὐωδίαν ποιεῖ διαμασσομένη, καὶ οὖλων ἐστὶ σταλτική.* Idem, *τὰ δὲ ξυλάρια χλωρὰ ἀντὶ καλαμίδων παρατριβόμενα τοῖς ὀδοῦσι σμήχει τούτους.* Similis ille locus Paedagogi 3, 2: 'In labris habens myrsinae tabellam,' ubi *ξυλήφιον*, quod Dioscorides *ξυλάριον*, dicitur, et paulo inf. 'mastichen rodentes.' Martialis 16, 17. De dentiscalpio,

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes pluma levare potest. COL.

382, 9. *νεκροῦ*] Μικροῦ, B. R. perperam, nam *mortui* mentionem injicit, quod vivos mortuorum *ἀποσπασματίοις* ornari indignum putaret. Similia superius dicit Paedag. l. 2. POTT.

382, 14. *οὐδὲ*] Οὐκ Prov. Mox *ἐπὶ δ. ἐμφανῶς ἐν πλατείαις* ibid. POTT.

382, 15. *προσκαλουμένη*] *Προσκαλουμένη τοὺς παριόντας, καὶ κατευθύνοντας ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν* Prov. *Παριόντας ὁδόν* habet codex Alexandrinus. POTT.

382, 17. *διὰ τοῦ σχήματος*] Haec ad ea quae sequuntur relata sic distingue, *Διὰ τοῦ σχήματος αὐτῆς καὶ τοῦ βίου παντὸς δηλονότι λέγουσα· Τίς ἐστ.* Sunt enim haec a Clemente interpolata, quibus indicat, sequentem orationem, quam Solomon meretrici tribuit, non tam ejus verbis, quam habitu totaque vitae ratione ac instituto prolatam intelligi debere. POTT.

382, 18. *τίς*] Ὅς absque interrogat. Prov. POTT.

382, 19. *ἐνδεέσι δὲ φρονήσεως*] *Καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρονήσεως παρακελεύομαι, λέγ.* Proverb. ac si haec non Solomonis, sed meretricis verba essent. POTT.

382, 23. *Πίνδαρος*] Interserit verbis Salomonis ex 9. Prov. sententiam Pindari, quae ex solo Clemente eruta, inter ejus fragmenta numeratur, *Γλυκύ τι κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος.* Quae autem sequuntur, *οὐκ οἶδεν ἄθλιος ὅτι γηγενεῖς παρ' αὐτῇ ὀλοῦνται, καὶ ἐπὶ πέραυρον ᾅδου συναντᾷ*, sunt ex eodem cap. 9. Proverb. in quibus Hervetus corrigit *οἰκοῦνται* pro *ὀλοῦνται*, apud LXX. est *ὄλλυνται*. Ad verbum, 'Ipse autem nescit, quod gigantes apud eam pereunt, et in profundis inferni occurrit:' vel 'ad laqueum inferni vadit.' Vulgata: 'Et ignoravit, quod ibi sint gigantes et in profundis inferni convivae ejus.' Aquila et Symmachus, *ῥαφαεὶμ θεομάχοι*, Theodotio *γίγαντες*. Didymus sic exponit, *οἱ γὰρ πειθόμενοι αὐτῇ, χοϊκοὶ γινόμενοι παρ' αὐτῇ καὶ γήϊνοι, οὕτως ἀπολοῦνται· ἡδονῇ γὰρ λόγων τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπεμπολήσας, καθάπερ ὄρνεον πρὸ τοῦ ὑψῶσαι σχεδὸν τῆς φαινομένης τῷ πεταύρῳ τροφῆς, ὑπὸ τούτου ἁλίσκεται.* Gigantes, seu terra genitos homines, qui terrena sapiunt, appellat, et voluptatis illecebris, ut laqueis aves, captari indicat. Sic Proverbiorum 2, 8. *μετὰ τῶν γηγενῶν*, et Ecclesiastici 23. *γιγαντώδη ψυχήν*, in quibusdam libris, ut annotatum est in edit. Romana. COL.

382, 26. *ἀλλὰ ἀποπήδησον*] Haec quoque ex eodem cap. 9. Prov. sunt, sed a Latina tamen absunt, atque ab ipsa Graeca LXX. Antverpiensi, at in Romana nuper addita sunt ex optimo codice Vaticano, cum quo etiam convenit antiquus liber bibliothecae Christianiss. Reg.

matris. ἀλλ' ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ, μηδὲ ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὅμμα (sic enim apud Clementem et in manuscripto legitur, non ut in Romana, ὄνομα), πρὸς αὐτήν· οὕτω γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον, sed addit Clemens, καὶ ὑπερβήσῃ τὸν Ἀχέροντα, pro quo in scholiis Romae edit. ex quibusdam libris additur, καὶ ὑπερβήσῃ ποταμὸν ἀλλότριον. Certe in Latina editione vulgata in quibusdam libris post versum 18. qui in Graecis ultimus est, sequuntur ista : 'Qui enim applicabitur illi, descendit ad inferos ; nam qui abscesserit ab ea, salvabitur.' COL.

P. 383, l. 3. ἀνθ' ὧν] Ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τρ. Esa. Mox πορείᾳ τῶν ποδῶν ἅμ. ibid. Dein τοῖς ποσὶν ἅμα π. ibid. Paulo post, θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιὼν, καὶ κύριος ἀνακαλύψ. POTT.

383, 23. τοιάδε χά κύων] Τοιαίδε καὶ αἱ θεραπαινίδες, Erasmus in Adagiis. A. SYLB.

P. 384, l. 3. ἐξυπτιάζοντα] Casaubonus in Persium p. 163. haec annotavit : Ἐξυπτιάζειν est ὑψαυχεῖν. Persius :

. . . Italo quod honore supinus.

'Supinus et supinare.' Seneca lib. 2. De benefic. 'O superbia magnae fortunae ! O stultissimum malum ! Libet interrogare quid tantopere te supinet ? quid vultum habitumque oris pervertat, ut malis habere personam quam faciem ?' POTT.

384, 15. παντὶ] Ἐν παντί Petr. POTT.

384, 19. τὸ γὰρ τέλος] Τὸ δὲ τέλος, dein φιλόφρονες pro ταπεινόφρονες Petr. POTT.

P. 385, l. 1. μηδὲ ὅμμα ἀναπεπταμένον] *Nec oculus apertus* vel *patens*. Nam Vitii imago quam Prodicus Ceus Herculem allocutam finxit, habuit ὀφθαλμοὺς ἀναπεπταμένους, 'oculos apertos,' ut refert Xenophon Memor. lib. 2. Quod sequitur scribi possit, μηδ' αὖ κεκαλυμμένον, 'nec rursus tectum,' ut intelligatur, virginum oculos nec 'apertos' esse debere et obvios quosvis, meretricum more, contuentes ; nec rursum 'opertos' tectosque penitus : quod non tam modestiae quam rusticitatis signum esset. Sed receptam lectionem sollicitare non sum ausus. POTT.

385, 4. ὀρθόνου] A. legit ὀρθοτόνου. SYLB. Verum non opus est ut veterem lectionem solicitemus, modo ὀρθόνου ad ea, quae sequuntur, referamus cum R. Nam ὀρθόνου πρὸς τὸν λόγον ὀξύτης est 'ejus, qui rectam habet mentem, ad sermonem percipiendum acumen et promptitudo.' Vel scribi posset, ὀρθόνους πρὸς τὸν λόγον ὀξύτης. POTT.

385, 11. τῶν κουρείων] Vetus mos erat ut homines, praecipue qui e pauperioribus essent. in tonstrinis, aliisque officinis ad nugandum sermonesque conserendos convenirent. Inde haec loca λέσχαι dicta. Antiphon in Orat. ad Nicoclem, ab Harpocratione et Suida citatus v. λέσχη· Λέσχας ἔλεγον δημοσίους τινὰς τόπους, ἐν οἷς σχολὴν ἄγοντες ἐκαθέζοντο πολλοί. Hiberno tempore fabrorum officinas ignis causa praecipue frequentabant. Homerus Odyss. 18, 327. itidem ab Harpocratione et Suida laudatus,

Οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν, χαλκήϊον εἰς δόμον ἐλθών,
ἠέ που εἰς λέσχην, ἀλλ' ἐνθάδε πόλλ' ἀγορεύεις.

Hesiodus Op. 491.

Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπαλέα λέσχην
Ὥρῃ χειμερίῃ.

389, 2. *σεμνὸν . . . καὶ ἀκατάσκοπον*] 'Honestus et ab exploratoribus tutus, qui *κατάσκοποι* sunt.' Hervetus in libro suo correxit *ἀκατάκοποι*. Utrumque minus usitatum est. Paulo post Clemens ait: *καὶ θεασαμένους ἔστιν ἁμαρτεῖν*. Sequitur autem, quod illud Aeschyli refert de Amphiarao in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις 592. apud Plutarchum Aristidi affictum,

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

Quod autem paulo post ex sacris literis est, citatur ex Prov. 4, 25. *οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια*. Aquila et Theodotio verterunt: *Οἱ ὀφθαλμοί σου εὐθυνέτωσαν κατεναντίον*. Ad verbum ex Hebraeo: 'Oculi tui ad rectum aspiciant et palpebrae tuae dirigant viam tuam coram te.' Apud Theoph. lib. 2. ad Autolycum eodem modo legitur hic locus quo apud Clementem: quamobrem sane miror cur ita verterit Clauserus: 'Oculi tui in directum aspiciant, et palpebrae tuae rectum teneant iter ante te.' COL.

389, 7. *Αἰνείου*] Nomen uxoris Aeneae Creusa ex poetis et historicis notum est. SYLB.

389, 17. *πολύποδας*] Alludit ad Theognidos distichon, *Πουλύποδος νόον ἴσθι πολύτροπον*, de cujus sollertia meminerunt etiam Aristoteles, Plutarchus, Aelianus, Plinius. SYLB.

P. 390, l. 5. *θάπτοντες*] Respicit Christi dictum *Ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς*. Matth. 8, 22; Luc. 9, 60. POTT.

390, 7. *οὔτε μοιχοὶ*] *Οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μ.* apud Paulum. POTT.

390, 9. *καὶ ὅσα ἄλλα*] Nil ibi sequitur nisi *οὐχ ἅρπαγες*. POTT.

390, 10. *εἰς βασιλείαν*] Respicit 1 Thess. 2, 12. *εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν*. POTT.

390, 14. *φιλήματι καταψοφοῦσι*] Hinc patet nonnullos vel eo tempore osculo caritatis abusos fuisse. Cui malo mederi nonnulli e veteribus conati sunt. Athenagoras praeceptum velut e S. Scriptura recitat Legat. p. 128. edit. Oxon. *πάλιν ἡμῖν λέγοντος τοῦ Λόγου, Ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευτέρου καταφιλήσῃ, ὅτι ἥρεσεν αὐτῷ· καὶ ἐπιφέροντος, Οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ τὸ προσκύνημα δεῖ· ὡς, εἴ που μικρὸν τῇ διανοίᾳ παραβολωθείη, ἔξω ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς*. Constitutionum apostol. 2, 57. *Εἶτα καὶ ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες, τῷ ἐν κυρίῳ φιλήματι· ἀλλὰ μή τις δολίως, ὡς Ἰούδας τὸν κύριον φιλήματι παρέδωκε*. Ejusdem operis 8, 11. *Καὶ ὁ διάκονος εἰπάτω πᾶσιν· 'Ασπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ·' καὶ ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον, οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκούς, αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας*. POTT.

390, 15. *ἐκπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρᾶς*] Hervetus legisse videtur *ἐκπέκληκεν ὑπονοίας αἰσχράς*, dum vertit, *turpem movit suspicionem*. *Sanctum* autem *osculum* Paulus dicit Rom. 16. SYLB.

390, 22. *φαλάγγια*] Respicit Socratis dictum, quod infra plenius recitat Strom. 2. p. 492. *Ὁ γοῦν Σωκράτης φυλάσσεσθαι κελεύει. τὰ ἀναπείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν καὶ μὴ διψῶντας πίνειν· καὶ τὰ βλέμματα καὶ τὰ φιλήματα τῶν καλῶν, ὡς χαλεπώτερον σκορπίων καὶ φαλάγγων ἰὸν ἐνιέναι πεφυκότα*. POTT.

P. 391, l. 3. *τοῦ θεοῦ*] *Ἐκ τοῦ θεοῦ* Joan. POTT.

*ἐντολὰς τηρήσωμεν*] *Ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν* Joann. POTT.

391, 7. *τοῖς ἐκτός*] I. e. hominibus 'externis,' seu ethnicis. Id enim malim quam '*per res externas*,' ut vertit Hervetus. POTT.

391, 8. *εἰ γὰρ*] Haec e diversis S. Scripturae locis composita sunt: nempe Matth. 6, 6. *Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου.* Matth. 22, 39. ubi cum Christus dixerat *πρώτην ἐντολὴν* esse *ἀγαπᾶν τὸν θεόν*, statim addit, *δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.* Coloss. 4, 5. *Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι·* quibus similia occurrunt etiam Ephes. 5, 15, 16. Denique Matth. 5, 13. *Ὑμεῖς ἐστὲ τὸ ἅλας τῆς γῆς*, ait ad suos discipulos Christus. POTT.

391, 20. *βλέφαρα*] Σου addunt Prov. POTT.

P. 392, l. 4. *τὸν*] Abest ab Eccl. Mox *εὐμόρφου* pro *κεχαριτωμένης*. Dein *ἐν κάλλει γ. π. ἐπλανήθησαν* ibid. I OTT.

392, 14. *ἐγὼ*] Imitari videtur illud Pauli 1 Cor. 7, 10: *Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγώ*, etc. POTT.

392, 20. *καθαρὰς ἡδονὰς ἀποπνέουσα*] Alterius lectionis *καθαρᾶς ἡδονῆς* exemplum supra p. 76, 51. SYLB.

P. 393, l. 8. *ἐλυτρώθημεν*] Ἐλυτρώθητε apud Petr. Mox *ματαίας ὑμῶν ἀν.* Paulo post, *Ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι* Petr. POTT.

393, 17. *οἱ*] Abest a Psalm. POTT.

393, 20. *ἡμᾶς*] Ὑμᾶς Petr. Mox *μμηταὶ* pro *ζηλωταί* ibid. POTT.

393, 21. *εὐταξία*] Hujus virtutis similem huic definitionem tradunt Stoici apud Stobaeum Eclog. ethic. 2, 4. p. 168: *Εὐταξίαν δὲ, ἐπιστήμην τοῦ πότε πρακτέον, καὶ τί μετὰ τί, καὶ καθόλου τῆς τάξεως τῶν πράξεων.* Definiunt *εὐταξίαν*, 'scientiam temporis rerum gerendarum, earumque consecutionis, et, ut summatim dicam, ordinis.'

393, 25. *τραχύτερον*] Τραχύτερος Sylb. frustra.

P. 394, l. 6. *ἦν δὲ εἰσακουήσητέ*] *Καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσ.* Iesa. POTT.

394, 10. *οὔτε . . . ποτὲ*] *Καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη* apud Paulum. POTT.

394, 25. *φόβον*] Respicit Rom. 8, 16. ubi dicit Apostolus legem *πνεῦμα εἰς δουλείαν* dedisse. POTT.

P. 395, l. 6. *κύριος γινώσκει*] Γινώσκει *κύριος* Psalm. POTT.

395, 9. *ἔθνεσιν, ἡμῖν δὲ ὁρατούς*] Haec interpretamenti loco adjecit auctor. POTT.

*σοφίας δὲ θησαυροὶ ἀνέκλειπτοι*] Respicit Luc. 12, 33: *Θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν οὐρανοῖς.* POTT.

395, 14. *τῇ ἑπτάδι*] Nempe septem donis S. Spiritus, quae enumerantur Iesa. 11, 2, 3. POTT.

395, 19. *ποιεῖτε καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς*] *κ. ὑμ. ποιεῖτε αὐτ. ὁμ.* Luc. POTT.

395, 21. *ἀγαπήσεις—*] In iis, quae mox sequuntur ex Evangeliis, non tam ipsa verba quam sensum exhibet. POTT.

P. 396, l. 5. *ἁπλῷ καὶ μονογενεῖ . . . στοιχείῳ*] Nempe *τῷ ι*. Sic apud Philonem, Basilium, Gregorium, Cyrillum, alios. H. SYLB. Nicetas in Gregorii Nazianz. orat. 42: 'Decas autem prima unitas perfecta, et generatrix perfectionis dicitur; quoniam est alia quoque unitas, nempe prima unitas; verum illa, tametsi principium numerorum est, eosque procreat, nequaquam tamen perfecta est; at prima decas has duas praerogativas habet; alteram quod perfecta est: quatenus ad hanc usque numeri progrediuntur, ac rursus revolvuntur; alteram, quod perfectionis est procreatrix, centenarium enim numerum, qui perfectissimus est, producit.' Alibi etiam Clemens hanc literam refert ad nomen Jesu. Conf. Paedag. 2, 4. p. 194. POTT.

396, 8. *οὐ παιδοφθορήσεις*] Conf. quae superius dicta sunt ad Protr. p. 85. [110, 6.] POTT.

396, 13. *καὶ*] Abest ab Iesa. Mox post *ὀφθαλμῶν μου* interserit haec: *παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν*. POTT.

396, 16. *δεῦτε καὶ διελεγχθῶμεν*] *Δεῦτε δ.* omisso *καί* Iesa. POTT.

396, 18. *τὰ ἔργα*] Haec verba nullibi reperio. Eorum sensus occurrit Philip. 4, 18; Hebr. 13, 16, etc. POTT.

*ἔμπροσθεν*—] *ἔμπροσθέν σου ἡ δ.* Iesa. POTT.

P. 397, l. 1. *ἐπιβοήσῃ*] *Βοήσῃ*. Iesa. Mox *εἰσακούσεται* pro *ὑπακούσεται*. Mox *νηστεύετε, ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν; οὐ ταύτην τὴν ν. ἐξ.* Dein *ταπεινοῦν ἄνθρωπον*, inverso ordine. Paulo post *οὕτω* pro *οὕτως* ibid. POTT.

397, 8. *ἰδοὺ αὕτη*] *Οὐχὶ τοιαύτην νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει κύριος ἀλλὰ λῦε π.* Iesa. Mox *ἀπόστελλε* pro *ἀπόλυε*. Dein *συγγραφὴν ἄδικον*, inverso ordine ibid. POTT.

397, 16. *κριῶν*] *καὶ κριῶν* Iesa. Mox *τράγων* pro *ἐρίφων* Iesa. Dein *τὴν αὐλήν μου* inverso ordine. Paulo post *σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀν.* ibid. POTT.

397, 19. *προσθήσεσθε*] Per necessitatem usurpatum indicat. *προσθήσεσθε*, quia subjunctivo futuro carent verba omnia, hoc vero etiam aoristo primo. SYLB.

397, 23. *στέψω*] Coronae et caetera, quae hic recenset, ad sacrificia pertinebant. Conf. Archaeologiae nostrae lib. 2. POTT.

397, 24. *ὀσμὴ*] Sic Irenaeus 4, 32: 'Quemadmodum alibi ait: Sacrificium Deo, cor contribulatum; odor suavitatis Deo, cor clarificans eum qui plasmavit.' Verum haec verba in S. Scriptura reperire nondum potui. POTT.

397, 27. *ἁμάρτῃ*] *Ἁμάρτῃ εἰς σέ*, Luc. Mox *καὶ ἐὰν ἑπτάκ.* Dein *καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ἐπὶ σέ . . . ἀφήσεις* ibid. POTT.

P. 398, l. 5. *μόνοις*] Abest a Luc. Mox *τὸ διατεταγμένον* Luc. POTT.

398, 6. *οὐ λήψῃ*] *Καὶ δῶρα οὐ λήψῃ* Exod. Illud *Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει*, petitum est e Deuteron. 1, 17: *Οὐκ ἐπιγνώσῃ πρόσωπον ἐν κρίσει.* Conf. Deut. 16, 19. POTT.

398, 9. *ῥύσασθαι ἀδικουμένους*] Scribe ex N. *ῥύσασθε ἀδικουμένους*, quod praecipit Iesaias c. 1, 17. nisi quod ibi *ἀδικούμενον* singul. numero legatur. Haec enim verba nec in Exodo, nec in Deuteronomio reperiuntur. POTT.

398, 10. *κτῆσις*] *Ὕπαρξις* Prov. Mox *καλύψει* pro *καλύπτει* Petr. POTT.

398, 14. *μὴ ἐγὼ*] Haec verba in S. Scriptura frustra quaesiveris. Similia dicunt Jeremias cap. 7, 22, 23. et Zacharias cap. 8, 17. e quibus locis conjunctis et paulum mutatis haec Clemens composuisse videtur. POTT.

398, 21. *οὐαὶ*] *Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν, καλὸν . . . οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν* Iesai. Paulo post: *Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται*, Luc. POTT.

P. 399, l. 1. *ἀπολέσει*] *Ἀπόλλυσι* Prov. POTT.

399, 4. *εἰς*] *Ἐπί* Luc. Paulo post *καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς*, Luc. Verum Matthaeus *χιτῶνα λαβεῖν θέλοντι* jubet *ἀφεῖναι τὸ ἱμάτιον*. Quae Clemens, *διὰ μνήμης* S. Scripturas recitans, cum Lucae verbis commiscuisse videtur. POTT.

399, 6. *αἰτήσεσθε*] *Αἰτήσητε* Matth. POTT.

399, 8. *οἰκέταις*] Respicere videtur Coloss. 4, 1; Ephes. 6, 9, etc. POTT.

399, 13. *ἐπιτιμᾶν*] 2 Tim. 4, 2. Mox Ὃς *φείδεται τῆς βακτηρίας, μισεῖ τὸν υἱὸν αὐτοῦ*, Prov. Dein Οὐαὶ *ὑμῖν τοῖς Φαρισαίοις* Luc. POTT.

399, 17. *μετάνοιαν*] Ezech. 18, 23. et alibi passim. POTT.

399, 19. *μόνος*] Ergo secundum Clementem B. Maria non erat *ἀναμάρτητος*. POTT.

399, 22. *δεῦτε*] Δεῦτε *οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός* Matth. POTT.

399, 25. *δεδώκατε*] Ἐδώκατε Matth. Dein *ἠσθένησα* pro *ἀσθενής* Matth. POTT.

P. 400, l. 3. *καὶ πότε . . . μετατρέπων*] His verbis abbreviat Matth. 25, 37, 38, 39. et partem 40. POTT.

400, 9. *οὐκ ἐν πλαξί*] Respicit 2 Cor. 3, 3: *Φανερούμενοι, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλὰ ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις*. POTT.

400, 13. *νηπίων*] H. e. Christianorum, quos Clemens Judaeis *σκληροκαρδίοις* opponit. POTT.

400, 15. *Μωυσέως*] Haec e Mose ac prophetis, vel ipsius Christi sermonibus petita sunt. Jam sequuntur praecepta ex apostolicis Epistolis. POTT.

400, 17. *μᾶλλον δὲ ἐμαυτοῦ*] Rectius *ἑαυτοῦ* quam *ἐμαυτοῦ* Arcerius, inquit Sylburgius. Idem dicit Lowthius. Verum ea, quae sequuntur, non *δι' ἑαυτοῦ*, sed per apostolos ac Clementem suggerit Christus Paedagogus. Scribendum igitur, *Μᾶλλον δὲ δι' ἐμαυτοῦ μεμν.* cum B. R. POTT.

400, 19. *σπερματικῶς . . . ἐκθήσομαι*] '*Quasi principia quaedam eruditionis exponam.*' Ita *σπερματικῶς εἰρήσθω* Strom. 7. p. 883. LOWTH.

400, 21. *μέλη*] Sequitur, Ὀργίζεσθε, *καὶ μὴ ἁμαρτάνετε ὁ ἥλ.*, Ephes. POTT.

400, 24. *ἀγαθὸν*] Ἀγαθὸν *ταῖς χερσίν* Ephes. Mox *χρείαν ἔχοντι* pro *χρῄζοντι*. Dein *πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κρ.* ibid. POTT.

P. 401, l. 2. *γίνεσθε οὖν φρόνιμοι καὶ μιμηταί*] *Φρόνιμοι καὶ* abest ab Ephes. Sed Christus jubet, *Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς ὄφεις*, Matth. 10, 16. Unde in hunc locum irrepsisse videtur, Clemente scilicet *διὰ μνήμης* S. Scripturas recitante. POTT.

401, 4. *αἱ μὲν γυναῖκες*] Αἱ *γυν.* omisso *μέν*, Ephes. Unde in seq. periocha *δὲ* addit Clemens. Dein *ὑποτάσσεσθε* pro *ὑποτασσέσθωσαν*, Ephes. Paulo post Οἱ *ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν* ibid. POTT.

401, 9. *ἀλλήλους*] Respicit auctor Ephes. 5, 28: Οὕτως *ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα*. Paulo post *τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα* inverso ordine Ephes. 6, 5. POTT.

401, 14. *ὡς τῷ Χριστῷ, ἐκ ψυχῆς*] Ὡς *τῷ Χριστῷ· μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐκ ψυχῆς· μετ' εὐν.* Ephes. Mox *τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτούς*, Clemens mutavit in *εὐποιεῖτε τοὺς οἰκέτας ὑμῶν*. Dein *καὶ ὑμῶν αὐτῶν* pro *καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν*, Ephes. Paulo post *προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ* ibid. POTT.

401, 23. *μὴ ἐκλυόμενοι* exstat Gal. 6, 9: quae vero sequuntur, 1 Thess. 5, 13. POTT.

401, 28. *πάντα δὲ δοκιμάζετε*] Πάντα *δοκιμάζετε· τὸ καλ.* omissis *δέ* et *καί* Thess. POTT.

P. 402, l. 10. *τῆς ζωῆς*] *τῆς* om. Tim. POTT.

402, 13. *ἔστω*] Verbum *ἔστω* non exstat quidem in vulg. Bibl. Rom. 12. sed necessario hic a Clemente adjectum est. SYLB.

402, 20. *τὴν φιλοξενίαν*] Hae sententiae inverso ordine exstant Rom. 12. POTT.

402, 27. *πρεσβυτέροις*] Putavit igitur Clemens S. Scripturas episcopis, presbyteris et diaconis sua officia et munera sigillatim tribuisse. Conf. Strom. 7. p. 829. et quae ibi annotata sunt. Porro Clementis discipulus, Origenes, lib. Περὶ εὐχῆς, de debitis agens, quorum in Oratione Dominica mentio fit, postquam de generalibus officiis disseruisset, haec addit: Χωρὶς δὲ τούτων, καθολικωτέρων ὄντων, ἔστι τις χήρας προνοουμένης ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ὀφειλή, καὶ ἑτέρα διακόνου, καὶ ἄλλη πρεσβυτέρου, καὶ ἐπισκόπου δὲ ὀφειλὴ βαρυτάτη. POTT.

P. 403, l. 4. *διδασκάλου*] Ejus nempe, qui adultos instituit: qualem se gerit Clemens in Στρωματέων libris. POTT.

403, 11. *βούλημα*] Sic Strom. 5. p. 646. Ὁ γὰρ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων Λόγος οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ προφορικὸς, σοφία δὲ καὶ χρηστότης φανερωτάτη τοῦ θεοῦ, δύναμίς τε αὖ παγκρατὴς . . . θέλημα παντοκρατορικόν. Tertullianus De oratione cap. 4. 'Ipse erat voluntas et potestas Patris.' Origenes De principiis, et alibi: 'Natus ex Patre, velut voluntas ex mente procedens.' Apud Athanasium orat. 3, et 4. contra Arianos, Βουλὴ καὶ θέλημα τοῦ πατρός, Recognitiones S. Clementis 1, 24. 'Erat semper, et est, et erit illud, a quo prima voluntas genita sempiternitate constat, et ex prima voluntate iterum voluntas.' Ubi conf. quae annotavit Cotelerius. POTT.

403, 13. *ὁ ἰώμενος*] Alludit ad etymologiam τοῦ Ἰησοῦς, quod nonnulli Hebraicae linguae ignari a Graeco *ἰᾶσθαι* ducebant. POTT.

403, 15. *ἁμαρτιῶν*] Abest a Joan. Mox *ὁ λέγων, ἔγνωκα*, omisso *ὅτι* ib. Dein *καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησε, καὶ αὐτὸς οὕτως περιπ.* ibid. POTT.

403, 27. *οἰκονομίαν*] Nempe Christi incarnationem, quam hoc nomine plerique Patres appellant; eamque opponunt *τῇ θεολογίᾳ*, seu 'sermoni' de ejus 'divinitate.' POTT.

P. 404, l. 1. *πολιτεύεται*] Respicit Philip. 3, 20. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. POTT.

404, 11. *ἐν μὲν*] Verba Homeri de Vulcano Achillis clypeum fabricante. Sunt autem Iliad. 18, 483, 485. Medium inter hos omisit Clemens, qui sic se habet,

Ἥλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν. POTT.

404, 15. *ἀὴρ τοῦτο*] Forte legendum *ἀὴρ οὗτος*. SYLB.

404, 25. Παῦλον] Haec e Philip. imperfecte, et tanquam e memoria recitat. POTT.

P. 405, l. 5. *τὸ ὁμοίωμα*] Conf. quae superius dicta sunt Paedag. 1, 12. p. 156. et Strom. 2. p. 484, etc. Distinguit Clemens *ὁμοίωμα* et *εἰκόνα* Dei: et posteriorem omnes homines, prius vero solos bonos habere existimat. Maximus cent. 3. De caritate, n. 25: Κατ' εἰκόνα μὲν πᾶσα φύσις λογικὴ ἐστι τοῦ θεοῦ, καθ' ὁμοίωσιν δὲ μόνοι ἀγαθοὶ καὶ σοφοί. Recognitiones Clementis 5, 15. 'Qui imaginem Dei in se gerit, etiamsi similitudinem perdidit.' Dein c. 23: 'In omni enim homine est imago Dei: non in omnibus vero similitudo, sed ubi benigna anima est et mens pura.' Clementinarum Homil. 10, 7. similia occurrunt. POTT.

405, 7. *ἅπαντα*] Ἅπαντας non incommode legit interpres.

405, 12. *εὐχαριστοῦντας αἰνεῖν, αἰνοῦντας εὐχαριστεῖν*] Sic procul dubio scribendum: quamvis libri habeant imperfecte, *αἰνοῦντας εὐχαριστεῖν, αἰνεῖν*. Sylburgio *αἰνεῖν* ut superfluum expungendum videbatur. POTT.

*υἱῷ καὶ πατρὶ, παιδαγωγῷ καὶ διδασκάλῳ υἱῷ*] Sic recte distinguunt Pal. (teste Sylburg.), B. et R. Impressi vero codices hoc modo, *Υἱῷ καὶ πατρὶ παιδαγωγῷ, καὶ διδασκάλῳ υἱῷ*. Porro amplissimum hoc *τοῦ ὁμοουσίου* filii Dei, ejusque ac S. Spiritus verae divinitatis, contra Arianos testimonium est. POTT.

405, 14. *ἐν ᾧ*] Horum, quae sequuntur, pars desumta est ex Gal. 3. pars ex Rom. 12. SYLB.

*οὗ δόξα, αἰῶνες*] Grabius not. in Bulli *τοῦ μακαρίτου* Defensionem fidei Nicaenae, sect. 2. cap. 6. p. 89. ait: 'Haec potius ita vertenda puto: Cujus gloria sunt saecula, i. e. spiritus coelestes, sive angeli. De qua *τῶν αἰώνων* significatione vide quae notavi ad Irenaeum p. 9. num. 2.' POTT.

405, 23. *ὕμνος*] Clarissimus Pater Bullus in Defensione fidei Nicaenae sect. 3. c. 2. p. 189. ait: 'Videtur mihi hic hymnus desumptus ex canticis sacris in primaeva Ecclesia usurpatis, vel certe ad eorumdem imitationem compositus. De psalmis illis celebris est Caii locus apud Eusebium Eccl. 5, 28. ubi Artemoni satis impudenter objicienti, dogma de Filii aeternitate ante Victoris tempora non fuisse in Ecclesia receptum, inter alia Caius ille haec respondet: *Ψαλμοὶ δὲ ὅσαι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι, τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, τὸν Χριστὸν, ὑμνοῦσι θεολογοῦντες*. De iisdem hymnis Plinius Epistolarum 10, 97. ad Trajanum, ex Christianorum apostatarum confessione haec refert: 'Affirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae suae, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo, quasi Deo, dicere secum invicem.' Scilicet ipsis apostolorum temporibus aeterna ac divina filii majestas a fidelibus etiam in publica liturgia celebrabatur.' Haec ille. Conf. Eusebius H. Eccl. 7, 30. ubi de Paulo Samosat. agit, et 7, 24. quaeque ibi annotavit Valesius. POTT.

# POTTERI ANNOTATIONES

# AD STROMATA.

---

P. 1, l. 1. Κλήμεντος Ἀλεξανδρέως Στρωματέων Λόγος πρῶτος] Verior sequentium librorum inscriptio haec: Τῶν Στρωματέων λόγων ὁ πρῶτος, ut apud Euseb. Pr. Ev. p. 292. ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν Κλήμεντος Στρωματέων: vel Στρωματεὺς ὁ πρῶτος, ut apud eundem Euseb. l. c. p. 240. τούτων δὲ μνημονεύει καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ, δι' ὧν φησι... et rursum p. 391. ἀπὸ τοῦ πέμπτου Στρωματέως Κλήμεντος. Imo apud ipsummet Clementem infra p. 235, 19. 253, 43. 262, 15. et 50. 271, 1. 326, 15. ed. meae. Pleniorem si velis titulum, ex epilogo primi, secundi, tertii et quinti Στρωματέως, substitui potest hic: Τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων ὁ πρῶτος Στρωματεύς. Cur vero Στρωματέων nomen hisce libris imposuerit, ipse luculenter declarat Clemens p. 204, 15. 262, 27. et 32. 326, 6. et 12. De additamento autem, quod in sex sequentium librorum inscriptione additur, τῶν εἰς ὀκτὼ, suspicionem movent non tantum singulorum prooemia et propositio, sed etiam septimi epilogus p. 326, 15. ut aut plures scripsisse, aut plures scribere voluisse videatur. Octavum sane mancum et imperfectum esse nimis clarum est. Plutarcho quoque, inquit H., Στρωματέων libros tribuit idem Eusebius Dem. Ev. p. 15. ubi dicit, ἀπὸ τῶν Πλουτάρχου Στρωματέων ἐκθήσομαι: eo nomine fortasse appellans librum De placitis philosophorum. Ad prooemium quod attinet, non multa forsan desunt: nempe praeludium defensionis horum librorum, cur ad eorum scriptionem se contulerit. SYLB. Pollux 7, 79. docet nomen Στρωματεὺς, vestem aliquam "sutilem" significare, in qua stragula solebant deponi ac colligari, quales erant sacci, quos ibidem memorat, ex pannis lineis aut laneis consuti, in quibus stragulae vestes reponi solebant ac funiculis obligari. Apud Athenaeum et alios non multum videntur differre οἱ στρωματεῖς a *stromatis* ipsis. Piscis quidam l. 7. p. 322. Athenaei στρωματεὺς dicitur, quia ejus tergum virgis aurei coloris "variatum" est. Ita Clemens libros suos inscripsit Στρωματεῖς, ob "varietatem" argumenti, ut ipse ait initio lib. 4. ἔστω δὲ ἡμῖν τὰ ὑπομνήματα ποικίλα,

ὡς αὐτό που τοὔνομά φησι, διεστρωμένα. Et paulo post, τῶν ὑπομνημάτων Στρωματεῖς τὴν ἐπιγραφὴν καιρίαν ἔχουσιν, et in fine libri 1. τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων πρῶτος ἡμῖν Στρωματεὺς ἐνταῦθα περιεγεγράφθω· et in fine lib. 5. D. Hieronymus Στρωματεῖς et Στρώματα dicit, ut in Catalogo script. eccles. "Meminit autem in Stromatibus suis voluminis Tatiani adversus gentes." Sophronius Graecus interpres ἐν τοῖς ἰδίοις Στρώμασι. Eusebius Pr. Ev. 1. meminit τῶν Πλουτάρχου Στρωματέων p. 15. Henr. Stephanus in Thesauro. His addere potes et locum Eusebii in H. Eccl. 3, 30. citantis Clementem ἐν τρίτῳ Στρωματεῖ, et Hieronymi in Chronico Eusebii Olymp. 47. "Sententiae autem nostrae etiam Clemens congruit in primo Stromate." Item Olymp. 64. "Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens." Quin et ipse Clemens Στρωματεὺς dicitur a Theodoreto De haeret. fabul. lib. 1. μάρτυρα τὸν Στρωματέα παρέξομαι Κλήμεντα. Vide Eusebium H. Eccl. 6, 5, ubi hoc opus regnante Severo elaboratum fuisse tradit. Scripsit et Origenes Stromatum libros, qui ab Hieronymo in Danielem citantur. COL. Vera horum librorum, quos toties antiquitas laudat, inscriptio est: ΤΙΤΟΥ ΦΛΑΒΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΛΗΘΗ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ ΓΝΩΣΤΙΚΩΝ, teste Eusebio: aut si Photium sequamur, qui in codice antiquo reperisse veram se inscriptionem notat: ΤΙΤΟΥ ΦΛΑΒΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΛΗΘΗ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ ΓΝΩΣΤΙΚΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΣΤΡΩΜΑΤΕΩΝ Α. Β. Γ. Δ. Ε. ϛ. Ζ. καὶ Η. Occasionem partim scripti, partim tituli, a Gnosticis, quos eleganter καταγνωστικοὺς vocat Epiphanius, nefandis ejus temporis haereticis, desumpsit, qui propter scientiae, quam sibi vindicabant, teste Augustino, excellentiam, nomen hoc assumpserant. De quibus tam multa Irenaeus et alii. His ergo verum opponit gnosticon, cujus informandi causa ac delineandi, cum hi libri προηγουμένως scripti sint, tamen proprie de gnostico suo illo et vero agere incipit secunda parte libri sexti, usque ad alteram septimi, ubi de affectibus, scientia, sermone, precibus, amore erga Deum, erga veritatem, de benignitate, sacrificiis ac contemplatione veri gnostici agit, etiam hic Platonem imitatus: nam ut ille remp., ita noster gnosticon λογοθεώρητον describit. Hoc est plane ἀνυπόθετον, cum exemplum simile non possit dari, ne in sacris quidem literis. Qualis est Stoicorum sapiens: quem illi esse volunt ἀπαθῆ: plane ut Clemens suum gnosticon libro sexto, ubi disserte, ἐξαιρετέον ἄρα τὸν γνωστικὸν ἡμῖν καὶ τέλειον ἀπὸ παντὸς ψυχικοῦ πάθους. Et causam addit, ἡ μὲν γὰρ γνῶσις συνάσκησιν, ἡ συνάσκησις δὲ ἕξιν ἡ διάθεσιν, ἡ κατάστασις δὲ ἡ τοιάδε ἀπάθειαν ἐργάζεται, οὐ μετριοπάθειαν, non modo contra Christianos, sed et Peripateticos, qui ἀπάθειαν non probant, μετριοπάθειαν commendant. Quare gnosticus Clementis ἐς παράδειγμα κεῖται, μόνῳ πεπλασμένον τῷ λόγῳ, ἔργῳ δὲ συστῆναι μὴ δυνάμενον. Exemplum sine exemplo: ad quod quilibet contendat, nemo tamen hactenus expressit. Sicut omnes boni Deum imitantur, neque exhibent, a quo parum vult abesse suum gnosticum, quem θεοφορεῖν τε καὶ θεοφορεῖσθαι lib. 6, ait. At in Paedagogo, sicut in Politicis ab Aristotele, omnia πρὸς ὑπόθεσιν dicuntur, hoc est, quae possunt fieri, et fiunt. HEINSIUS.

P. 2, l. 3. Ὑπὸ χεῖρα] Simili phrasi usus est Irenaeus 5, 22. p. 434, edit. Oxon. "Prae manu habere, Non tentabis Dominum Deum tuum." Plinius Epist. 3, 2. "Libelli, quos emisimus, dicuntur in manibus

esse." Idem 2, 5, de quadam oratione scribit: "Nihil enim adhuc inter manus habui, cui majorem solicitudinem praestare deberem." Plautus *sub manus*, et Suetonius *sub manum* dixit, quod in promptu est. Plutarchus lib. *Quo pacto discerni possit assentator ab amico,* *εἰς τὸ παρόν εἰσιν οὗτοι καὶ τὰ ὑπὸ χεῖρα βλαβεροὶ, ii in praesens nocent.* Nam *τὰ ὑπὸ χεῖρα* sunt *παρόντα*. Simili sensu *τὰ ἐν τοῖς ποσὶν* praesentia notant. Conf. Clemens p. 873. 893. Porro simile argumentum tractat auctor Epitom. Theodot. p. 805. POTT.

P. 3, l. 8. *Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ*] Poetis propter maledicentiam saepe notatis. Sic "Origenes adv. Celsum 3. p. 125. Oraculis Pythiis nihil divinum inesse inde ostendit quod *Musarum famulum* dixerint Archilochum, *ἄνδρα ἐν κακίστῃ καὶ ἀσελγεστάτῃ ὑποθέσει ἐπιδειξάμενον τὴν ἑαυτοῦ ποιητικὴν καὶ ἦθος ἀσελγὲς καὶ ἀκάθαρτον παραστήσαντα.*" POTT.

3, 13. *πατέρας τοὺς κατηχήσαντας*] Irenaeus 4, 79: "Qui enim ab aliquo edoctus est verbo filius docentis dicitur, et ille ejus pater." Chrysostomus homil. 11. vol. 5. *οὐ τὸ σπεῖραι ποιεῖ πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ παιδεῦσαι καλῶς.* Hinc Paulus 1 Cor. 4, 15. "*ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.*" Ejusmodi plura exempla collegit ipse Clemens Strom. 3. p. 556. Conf. etiam Strom. 6. p. 650. Est autem haec consuetudo ab Judaeorum magistris profecta, qui a discipulis suis *patres* vocari amabant. Unde monet Christus ne quenquam in terris patrem vocemus, Matth. 23, 9. Maimonides tract. De studio legis, c. 1. "Praecipit scriptura dicens, *Ea filiis tuis repetes*, Deut. 7, 7. Ex traditione sciendum est in isto textu intelligi discipulos tuos; discipuli enim passim et saepissime filii vocantur. Ita in 2 Reg. 2. 3, *Tunc egressi filii prophetarum.*" POTT.

P. 4, l. 6. *εἰ δὲ μὴ πάντων ἡ γνῶσις*] Respicit Pauli dictum 1 Cor. 8, 7. *οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις.* POTT.

P. 5, l. 8. *ὁ μὲν τῇ γραφῇ*—] Conf. quae infra dicit 4. p. 613. 6. p. 785. POTT.

5, 10. *τῇ δὲ αἰτίᾳ*—] Respicit illud vulgatum, *αἰτία ἑλομένου, θεὸς δ' ἀναίτιος*, quod aliis etiam locis citavit p. 254. 368. 632. 641. 731. 834. 841. POTT.

P. 6, l. 19. *ἐπανηρημένων*] Subaudiendum *εἰς ἐστι*. SYLB.

P. 7, l. 11. *ἡ γεωργία δὲ διττή*] *Ἔγγραφος γεωργία* eorum est qui scriptis ecclesiam colligunt et docent; *ἄγραφος* alterorum, qui voce, vel etiam exemplo solum, *σεμνότητι καὶ σκληραγωγίᾳ* Christiana, quam libris Paedagogi, quibus *ἤθη, πράξεις καὶ πάθη* catechumenorum format, professus est, homines ad pietatem instituunt, et Domino lucrantur. Et fortasse plures primis ecclesiae temporibus *ἀγράφῳ* ista *γεωργίᾳ* et exemplis piorum, quam doctrina scriptove a viris doctis comprehensi, fuerunt in horreum Domini collecti. REINES. Var. Lect. 1, 22.

P. 9, l. 4. *τὴν πέτραν*] Respicit Christi parabolam ap. Matth. 13, 1. POTT.

9, 13. *τὸν μισθὸν*] Respicit illud Christi ap. Lucam 10, 7. *ἄξιος ὁ ἐργάτης μισθοῦ αὐτοῦ.* POTT.

9, 15. *τῷ εἰς ἄνδρας ἐγγραφομένῳ*] Nempe adulto et perfecto Christiano, cui propter solum Dei amorem, non autem spe praemii, ex Clementis sententia, bene agendum est. POTT.

9, 16. *ὁ καυχησάμενος*] Nempe Pharisaeus, Luc. 18, 11. POTT.

9, 21. *δωρεὰν*] Respicit Christi ad apostolos dictum: *Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε*, Matth. 10, 8. POTT.

9, 24. *πόρνης*] Mercedem meretricis non inferendam esse in sacra tractatus est Philonis p. 589. H. SYLB.

P. 10, l. 3. *ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος Πλάτων*] Sic Paedag. 1, 1. *ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐζηλωκὼς τῶν φιλοσόφων Πλάτων, τὸ ἔνευσμα τῆς Ἑβραϊκῆς φιλοσοφίας ζωπυρῶν·* infra etiam plurimis locis tradit et multis argumentis astruit Platonem ac reliquos Graecos sua fere omnia ab Judaeis didicisse. Minutius in Octavio p. 323. edit. Lugd. Bat. "Animadvertis philosophos eadem disputare, quae dicimus: non quod nos simus eorum vestigia subsecuti, sed quod illi de divinis praedicationibus prophetarum umbram interpolatae veritatis imitati sint." His contraria dicit Lactantius 4, 2. Platonis autem verba sunt Leg. 8. p. 917. *ἀὔδρία δ' εἴ τισι τόποις ξύμφυτος ἐκ γῆς τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα ἀποστέγει νάματα, καὶ ἐλλείπει τῶν ἀναγκαίων πομάτων, ὀρυττέτω μὲν ἐν τῷ αὐτοῦ χωρίῳ μέχρι τῆς κεραμίτιδος γῆς· ἐὰν δὲ ἐν τούτῳ τῷ βάθει μηδαμῶς ὕδατι προστυγχάνῃ, παρὰ τῶν γειτόνων ὑδρευέσθω μέχρι τοῦ ἀναγκαίου πόματος ἑκάστοις τῶν οἰκετῶν.* POTT.

10, 6. *παρθενίου*] Legitur et apud Plutarchum initio libelli, quo monet non esse pecuniam mutuo accipiendam, *κεραμίτιδος γῆς*. At hic Clemens legit *παρθενίου γῆς*. Apud Nicandrum *παρθενία γῆ*, exponitur *Samia terra*, ubi jubet accipere 4 drachmas *γαίης παρθενίης*, in Alexiph. 149. (ubi vid. schol.) COL. Non legit Clemens *παρθενίου* apud Platonem, sed ipse substituit, quia eandem esse noverat quam *παρθενίαν* appellarunt.

10, 7. *δίκαιον* pro *οὐ δίκαιον* restituit Potterus ex Plut. V. Solon. c. 23. *νόμον ἔγραψε ὅπου μέν ἐστι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· (τὸ δ' ἱππικὸν διάστημα τεσσάρων ἦν σταδίων)· ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον· ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας ἀναπληροῦντας. ἀπορίᾳ γὰρ φέρετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν.* Male Hoeschelius *μὴ ἐπαρκεῖν δίκαιον*.

10, 9. *συγκαθαιρεῖν*] Recte intellexit Plut. Symp. 8, 7. *μηδενὸς ἀφαιρεῖν βάρος, συνεπιτιθέναι δέ*. L. Gyraldus in libello De symb. Pythag. monet D. Hieronymum vertere "Oneratis superimponendum onus, deponentibus non connitendum;" Olympiodorum in Phaedonem Platonis, *μὴ ἀποτιθέναι, ἀλλὰ συνεπιτιθέναι*, hoc est, *συμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν*. Suidam tamen ita legere, *μὴ συγκαθαιρεῖν, μηδὲ συνεπιτιθέναι·* at Cyrillum, "Non oportet cooperari cuipiam ad iguaviam, sed ad virtutem." COL.

10, 16. *οὐ γραφὴ* pro *ἡ γραφὴ* restitutum ex Eusebii H. E. 5, 11. Vitio non animadverso in H. C. *οὐδὲ ἡ γραφὴ* positum erat.

10, 21. *ὁ δὲ ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος*] Pythagoras. SYLB.

10, 22. *τῆς κοίλης—Συρίας*] Ex duobus viris a Clemente memoratis, male interpretes hoc loco quatuor fecerunt. Duos enim sacrarum literarum doctores a se auditos memorat Clemens: alterum in Achaia, qui Ionicus dicebatur; alterum vero in Italia: et horum quidem alterum e Coelesyria oriundum fuisse; alterum autem Aegyptium. Praeter hos duos alios quoque in Orientis partibus abs se auditos esse subjungit: alterum Assyrium genere, quem Tatianum esse suspicor; alterum Hebraeum ex Palaestina, quem Theophilum esse, Caesariensem episcopum, credidit Baronius ad annum Christi 185. Assyrium vero illum idem Baronius Bardesanem esse opinatur. Ego vero Hebraeum

ex Palaestina oriundum potius Theodotum esse crediderim: id ex eo conjicio, quod Epitome Hypotyposeon Clementis inscribitur, Ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς διδασκαλίας. Clemens enim ea quae a magistris in Oriente didicerat, vocat ἀνατολικὴν διδασκαλίαν. Theophilum vero Caesariensem hic a Clemente non designari, duo mihi argumenta persuadent. Primum quod Theophilus aequalis fuit Clementis: floruit enim temporibus Victoris papae, ut ex Eusebio discimus. Deinde Theophilum hunc Hebraeum, aut, quod idem est, Judaeum fuisse, nemo veterum dixit. Jam vero quod spectat ad Bardesanem, neque hic intelligi a Clemente potest: non enim Assyrius fuit Bardesanes, sed Osdroenus, oriundus Edessa, quae caput est Osdroenae. VALES. ad Euseb.

P. 11, l. 1. ὑστάτῳ] Videtur Pantaenum intelligere, qui tunc temporis scholae catecheticae in Alexandria praefuit, et Clementem e philosophorum scholis advenam Christiana doctrina imbuit: unde eum δυνάμει πρῶτον vocat. Eusebius: ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεων ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν Στρωματέων ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ, ὅτε τοὺς ἐμφανεστέρους ἧς κατείληφεν ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος, ταῦτά φησιν. Clementis verba recitat etiam Andradius Orthodox. explicat. 2. p. 29. ubi per τὸν ὕστατον Papiam intelligit. Porro Justinus M. initio Dialogi cum Tryphone perinde ac Clemens refert se ab uno magistro ad alium subinde transiisse, a Stoico ad Peripateticum, ab hoc ad Pythagoreum, ab illo ad Platonicum, ab eo ad Christianum, cui tandem, inventa quam quaesiverat veritate, acquievit. POTT.

11, 3. Σικελικὴ—ἐνεγέννησε ψυχαῖς] Haec Clementis verba omittere non debuit Eusebius. Ex his enim colligi videtur Pantaenum ex Sicilia oriundum fuisse. Annon id apte innuunt haec Clementis verba, Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιττα, etc.? Cum enim praecedentibus verbis Clemens Pantaenum designet, ut testatur Eusebius, haec quoque ad eundem Pantaenum referantur necesse est. Siculam igitur apem eum nominat Clemens, eo quod e Sicilia esset oriundus. Cur enim Siculam potius apem vocaret quam Atticam? P. Halloixius in Vita Pantaeni ait illum fuisse genere Hebraeum, idque ex Clementis verbis colligit. Verum Clemens plane contrarium innuit. Nam Hebraeum quidem illum ait a se auditum esse in Oriente, Pantaenum vero in Aegypto. VALES. ad Euseb.

Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιττα] Hoc non e Sicilia ortum indicat eum de quo loquitur, ut Xenophon dictus est Ἀττικὴ μέλιττα, sed, ut dixit Lucretius 3, 11:

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,*
*omnia nos itidem depascimur aurea dicta.* COL.

11, 7. Πέτρου] Quaeri possit cur Petri, Jacobi, Joannis et Pauli mentionem fecerit auctor, reliquis apostolis praeteritis. Respondeo id eum fecisse quod crediderit Christum his solis arcanorum scientiam praebuisse, ac tribus quidem primis ante ascensionem, postea vero Paulo, qui se affirmat in Epistolis ad Corinthios et Galatas ab ipso Christo, non vero a quoquam homine, omnia Christianae religionis mysteria edoctum fuisse, et reliquis quibusvis apostolis aequalem esse. Eusebius H. E. 2, 1. ὁ δ' αὐτὸς (Κλήμης) ἐν ἑβδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως (Ὑποτυπώσεων) ἔτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ (Ἰακώβου) φησίν· Ἰακώβῳ καὶ

Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ κύριος· οὗτοι τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν· οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα. POTT.

11, 16. τὰ φρέατα] Similitudo de puteis est etiam apud Basil. p. 154. H. SYLB. Basilius ad Eustathium: Καὶ γὰρ τὰ φρέατα, φασὶν, ἀντλούμενα βελτίω γίνεται. Philo Judaeus lib. De Gigantibus, πολλάκις δὲ καὶ πρὸς τὸ ἄμεινον ἐπιδίδωσιν, ὥσπερ φασὶ τὰς ἀπαντλουμένας πηγάς· καὶ γὰρ ἐκείνας λόγος ἔχει τότε μᾶλλον γλυκαίνεσθαι. POTT.

11, 21. οὐδεὶς—] Non tam ipsa verba Evangeliorum quam sensum exhibet. Quod etiam in iis fecit, quae mox e Joanne et reliquis Evangeliis sequuntur. POTT.

11, 26. διδάσκων] Augustinus epist. 7: "Ego ex eorum numero me esse profiteor, qui scribunt proficiendo et scribendo proficiunt." R. SYLB.

P. 12, l. 1. εἷς γὰρ—] In sequentibus respicere videtur Matth. 23, 8: Εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός· et Matth. 12, 12: Ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν· vel Luc. 6, 9: Τί ἔξεστι τοῖς σάββασι; ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; POTT.

12, 7. οὐ πολλοῖς] Strom. 6. p. 806. εἴρητο γὰρ ἀπ' ἀρχῆς μόνοις τοῖς νοοῦσιν. αὐτίκα διδάξαντος τοῦ σωτῆρος τοὺς ἀποστόλους, ἡ τῆς ἐγγράφου ἄγραφος ἤδη καὶ εἰς ἡμᾶς διαδίδοται παράδοσις. Conf. quae de traditione τῆς γνώσεως Petro, Jacobo et Joanni, ex Eusebio superius annotata sunt. POTT.

P. 14, l. 3. ἐποπτικὴν θεωρίαν] ἐπόπται dicebantur qui arcana mysteria in Eleusiniis contemplati fuissent. Hinc postea Clemens 2. p. 454. ἥτις ἂν εἴη θεωρία μεγίστη, ἡ ἐποπτικὴ, ἡ τῷ ὄντι ἐπιστήμη· et 5. p. 685. βρῶμα δὲ ἡ ἐποπτικὴ θεωρία. POTT.

14, 12. μυστήρια τὰ πρὸ μυστηρίων] Respicit Eleusiniae Cereris mysteria, in quibus qui majoribus mysteriis initiari cupiebant, per minora praeparabantur. Aristophanis scholiastes ad Plut. v. 846. ἔστι τὰ μικρὰ (μυστήρια) ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων. Hinc ab auctoribus ad alias res saepe allusum est. Non est inelegans illud Marini in Vita Procli, ἀχθέντα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς, ὥσπερ διά τινων προτελείων καὶ μικρῶν μυστηρίων εἰς τὴν Πλάτωνος ἦγε μυσταγωγίαν ἐν τάξει καὶ οὐχ ὑπερβάθμιον πόδα, κατὰ τὸ λόγιον, τείνοντα· καὶ τὰς παρ' ἐκείνων θείας ὄντως τελετὰς ἐποπτεύειν ἐποίει. Clemens postea 4. p. 564. τότε δὴ τὴν τῷ ὄντι γνωστικὴν φυσιολογίαν μέτειμεν, τὰ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων μυηθέντες μυστηρίων. Et quae ibi sequuntur conf., ut etiam 6. p. 689. et 7. p. 845. POTT.

14, 17. Κολασσαεῖς] Κολοσσαεῖς Sylb., alterius non recordatus formae, quae satis frequens est.

14, 25. ψάλλοντες—τὸ ὑπέρτονον] Sic ὑπέρτονα τοξεύειν dixit Irenaeus 1, 13. POTT. Alia hujusmodi v. in Thesauro.

P. 15, l. 5. γὰρ omittere poterat.

P. 17, l. 14. τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων] Sic alibi τὰ κύρια τῶν δογμάτων, τὰ γενναιότατα τῶν δογμάτων, etc. p. 355. 429. 650. 738. 753. 802. 916. POTT.

17, 20. ψευδῶν] Monet auctor ne re praestantissima abutamur, quod fecere haeretici. Confer p. 330. 337. 376. 760. praeter innumera alia loca LOWTH.

17, 27. διὰ τῆς ἀντιπαραθέσεως] Quia sc. τῷ ἐναντίῳ τὰ ἐναντία πέφυκέ πως μάλιστα γνωρίζεσθαι, inquit Philo p. 191. H. SYLB.

P. 18, l. 2. *διὰ τῆς τῶν ὑποσουμένων ἐπιστήμης*] "Per cognitionem eorum quae figurate et per involucrum proferuntur." Vid. p. 659. LOWTH.

18, 10. *ὅτι μέγας*—] Quemadmodum in fine septimi, ita hic Clemens methodum occultam in his libris et confusam excusat: in quibus, sicut notat accuratus censor Photius, *σποράδην τε καὶ ὥσπερ οὐκ ἐν τάξει τὴν τῶν κεφαλαίων παράθεσιν ποιεῖται*. HEINSIUS.

18, 11. *ἐξορχήσασθαι*] Sic Paedag. 3, 3. p. 264. *τὰ ἀπόρρητα εἰς τὸ συμφανὲς ἀπογυμνοῦντας ἐξορχουμένους*, et Protrept. p. 11. *οὐκ ἐξορχήσομαι τὰ μυστήρια*. POTT.

P. 20, l. 10. *τοὺς περὶ τὰς λέξεις καὶ τὰς τέχνας περιττοὺς*] *Qui verborum atque artium scientia excellunt.* Eodem sensu *περιττός* paulo post occurrit, ubi *τὸ περὶ τὰς αἰσθήσεις περιττόν, excellentia sensuum*, dicitur. POTT.

20, 13. *σοφοὺς ἅμα καὶ σοφιστὰς*] Diogenes Laertius in prooemio his gemina dicit, *οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί· καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχῳ, τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν, οὕτως καλεῖ*. Hinc Herodotus Solonem ac reliquos sapientes *σοφιστὰς* vocavit, et Solon *πρῶτος σοφιστὴς* ab Isocrate dictus est oratione *Περὶ ἀντιδόσεως*. Postea sophistae nomen eos solos significabat, *qui ostentationis, aut quaestus causa philosophabantur*, ut ait Cicero Acad. Quaest. 2. POTT.

P. 21, l. 3. *Μαργίτου*] Meminit Margitae hujus etiam Aristoteles Eth. Nic. 7. et libro *περὶ ποιητικῆς*, itemque Plato in Alcibiade altero. SYLB.

21, 13. *ὁμωνύμως*] De homonyma *σοφίας* appellatione agit etiam Basil. p. 186. H. SYLB.

P. 22, l. 13. *ὁ πλαστικὸς*] Conf. Tatianus p. 120. not. 2. ed. Oxon. Athenagoras p. 59. not. 1. POTT.

P. 23, l. 15. *Ἦν μὲν οὖν*] Sic infra Strom. 1. p. 377. *καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας*. Qua de re conf. Vossius Historiae Pelagianae lib. 3. part. 3. thes. 11. POTT.

P. 24, l. 5. *πολυτελείας ὀρθῆς*] Interpres videtur legisse *πολυμαθείας ὀρθῆς*, dum vertit *multam rectam eruditionem*, inquit Sylburg. Petavio legendum videbatur, *πολιτείας ὀρθῆς, recto vivendi instituto*, Theolog. dogm., prolegom. cap. 4. art. 8. POTT.

24, 14. *πολλὰς δικαίων ὁδοὺς*] Clemens p. 338. *ἀλλ' αἱ μὲν εἰς δικαιοσύνην ὁδοί, πολυτρόπως σώζοντος τοῦ θεοῦ (ἀγαθὸς γὰρ), πολλαί τε καὶ ποικίλαι, καὶ φέρουσαι εἰς τὴν κυρίαν ὁδόν τε καὶ πύλην· ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αἰθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες*. Quorum verborum postrema perioche e Clementis Romani epistola sumta est. POTT.

P. 25, l. 5. *ἡ πρὸς καιρὸν λιπαίνει*] *ἡ πρὸς χάριν λαλοῦσα λιπαίνει* Paedag. 3, 11. p. 293. POTT.

25, 19. *ἤδη γὰρ*—] Haec Clemens sumsit e Philonis Judaei lib. De cong. erud. quaer. gratia p. 435. [vol. 1. p. 530.] *τινὲς γάρ, τοῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεασθέντες ὠλιγώρησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας καὶ κατεγήρασαν οἱ μὲν ἐν ποιήμασιν, οἱ δὲ ἐν γραμμαῖς, οἱ δὲ ἐν χρωμάτων κράσεσιν, οἱ δὲ ἐν ἄλλαις μυρίαις, οὐ δυνηθέντες ἐπὶ τὴν ἀστὴν ἀναβραμεῖν*. POTT.

25, 23. ἀλλ' ὡς τὰ ἐγκύκλια μαθήματα] Haec etiam sumta sunt e Philone, qui paulo post sic pergit, καὶ μὴν ὥσπερ τὰ ἐγκύκλια συμφέρει πρὸς φιλοσοφίας ἀνάληψιν, οὕτω καὶ φιλοσοφία πρὸς σοφίας κτῆσιν. ἔστι γὰρ φιλοσοφία ἐπιτήδευσις σοφίας, σοφία δὲ ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων, καὶ τῶν τούτων αἰτίων. γένοιτ' οὖν ὥσπερ ἡ ἐγκύκλιος μουσικὴ φιλοσοφίας, οὕτω καὶ φιλοσοφία δούλη σοφίας. Φιλοσοφία δὲ ἐγκράτειαν μὲν γαστρὸς, ἐγκράτειαν δὲ τῶν μετὰ γαστέρα, ἐγκράτειαν δὲ καὶ γλώττης ἀναδιδάσκει. ταῦτα λέγεται μὲν εἶναι δι' αὐτὰ αἱρετὰ, σεμνότερα δὲ φαίνοιτο, εἰ θεοῦ τιμῆς καὶ ἀρεσκείας ἕνεκα, ἐπιτηδεύοιτο. Ἐγκύκλιος παιδεία, *liberalium disciplinarum orbis*, qualis fuerit aliis etiam locis innuit Clemens: conf. p. 373. 413. 429. 781. 787. 839. His porro similia dicit Clementis discipulus Origenes, Contra Celsum 3. p. 146. 147. εἰ δὲ παραστήσεις μοι διδασκάλους πρὸς φιλοσοφίαν προπαιδεύοντας, καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ γυμνάζοντας, οὐκ ἀποτρέψομεν ἀπὸ τούτων τοὺς νέους· πειράσομαι δὲ προγυμνασομένους αὐτοὺς ὡς ἐν ἐγκυκλίοις μαθήμασι καὶ τοῖς φιλοσοφουμένοις ἀναβιβάσαι ἐπὶ τὸ σεμνὸν καὶ ὑψηλὸν τῆς λεληθυίας τοὺς πολλοὺς Χριστιανῶν μεγαλοφωνίας, περὶ τῶν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων διαλαμβανόντων. Idem Philocaliae cap. 13. p. 41, 42. δύναται οὖν ἡ εὐφυΐα σου Ῥωμαΐον σε νομικὸν ποιεῖν τέλειον, καὶ Ἑλληνικόν τινα φιλόσοφον τῶν νομιζομένων ἑλλογίμων αἱρέσεων. ἀλλ' ἐγὼ τῇ πάσῃ τῆς εὐφυΐας δυνάμει σου ἐβουλόμην καταχρήσασθαί σε τελικῶς μὲν εἰς Χριστιανισμὸν, ποιητικῶς δέ. Διὰ τοῦτ' ἂν ἠξάμην παραλαβεῖν σε καὶ φιλοσοφίας Ἑλλήνων τὰ οἱονεὶ εἰς Χριστιανισμὸν δυνάμενα γενέσθαι ἐγκύκλια μαθήματα, ἢ προπαιδεύματα, καὶ τὰ ἀπὸ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας χρήσιμα ἐσόμενα εἰς τὴν τῶν ἱερῶν γραφῶν διήγησιν· ἵν', ὥσπερ φασὶ φιλοσόφων παῖδες περὶ γεωμετρίας καὶ μουσικῆς, γραμματικῆς τε καὶ ῥητορικῆς, καὶ ἀστρονομίας, ὡς συνερίθων φιλοσοφίᾳ, τοῦθ' ἡμεῖς εἴπωμεν καὶ περὶ αὐτῆς φιλοσοφίας πρὸς Χριστιανισμόν. POTT.

25, 24. οὕτω καὶ φιλοσοφία—] His similia sunt quae Stoici de philosophia ac sapientia tradebant. Plutarchus principio lib. 1. De placitis philosophor. οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ ἔφασαν τὴν μὲν σοφίαν εἶναι θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην, τὴν δὲ φιλοσοφίαν ἄσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου. Clemens Paedag. 1. cap. ult. philosophiam ex mente Stoicorum definit ἐπιτήδευσιν λόγου ὀρθότητος. Eandem quam hic Clemens sapientiae definitionem tradit Origenes Contra Celsum 3. p. 154. ejus partem superius recitavit Clemens Paedag. 2, 2. p. 181. Eandem alii philosophiae tribuunt, quam a σοφίᾳ non distinguunt, Alcinous Anim. in Porphyr. cap. 1. φιλοσοφία δέ ἐστιν ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. POTT.

25, 27. τῶν τούτων αἰτίων] Apud Basil. p. 180. legitur καὶ τῶν τούτοις αἰτίων. H. SYLB.

P. 26, l. 4. Σάρρα] Haec etiam a Philone didicit Clemens: nam hic haud procul a principio libri superius memorati in persona Sarae haec dicit [vol. 1. p. 521, 20.], εἴσελθε οὖν, φησὶ, πρὸς τὴν παιδίσκην μου, τὴν τῶν μέσων καὶ ἐγκυκλίων ἐπιστημῶν μέσην παιδείαν, ἵνα τεκνοποιήσῃ πρότερον ἐξ αὐτῆς· αὖθις γὰρ δυνήσῃ καὶ τῶν πρὸς τὴν δέσποιναν ὁμιλιῶν γενέσεις παίδων γνησίων ἀπόνασθαι. Ibidem plura ejusdem argumenti occurrunt, quibus Philo reliquas artes ac disciplinas sapientiae quodammodo ancillari ostendit. POTT.

26. 8. πιστὸς δὲ ἐλογίσθη] Ep. ad Rom. 4, 9. ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. POTT.

26, 15. Φίλων τὴν μὲν Ἄγαρ—] Philo vol. 1. p. 522. 9. [illegible] Αἰγυπτία, καλεῖται δὲ Ἄγαρ. τοῦτο δὲ ἑρμηνευθὲν ἐστι [illegible]

26, 17. τὴν Σάρραν] Philo non procul a principio libri [illegible] ρουβὶμ] [vol. 1. p. 139, 28.] ait, Σάρρα δὲ σύμβολον [illegible] γὰρ ἀρχή μου. Ibidem etiam allegoriam Sarae Abrahami et Agaris latius prosequitur. POTT.

26, 19. διδακτικὴν] Vult auctor sapientiam doctrina comparari posse. Quo sensu Philo, a quo Clemens haec sumsit, hac voce usus est libri Περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδ. συνόδου p. 429. [vol. 1. p. 524. 1[illegible]] [illegible] καὶ διδακτικὴ ἀρετὴ, ἣν Ἀβραὰμ μέτεισιν. Si quis tamen [illegible] apud Clementem et διδακτὴν apud Philonem substituere malit, haud repugnabo. Sunt enim hujusmodi voces εὐμετάβολοι. Sic enim hujus Strom. p. 348. μεθεκτοί pro μεθεκτικοί occurrit, et ἐφεκτοί pro ἐφεκτικοί Strom. 8. p. 924. Porro notum est Stoicos etiam docuisse, virtutem esse διδακτὴν, quod tradit in Zenone Laertius 7, 91. POTT.

26, 20. ἣν μετῆλθεν Ἀβραὰμ] De Abrahami philosophia Philo p. 335. de Rebeccae etymo p. 88. 109. 161. 287. 291. item p. 77. et 78. ubi tamen ἐπιμονὴ perperam pro ὑπομονὴ, ut et p. 52. ὑπονοητική pro ὑπομονητική. H. SYLB.

26, 22. Ἰσαὰκ] Hujus etymon et allegoriam Philoni debet Clemens: qui libri superius memorati p. 429. eo allusit, τὸ δὲ αὐτομαθὲς γένος, οὗ ἐκοινώνησεν Ἰσαὰκ, etc. Deinde Rebeccae interpretationem tradit, καλεῖται δὲ παρὰ μὲν Ἕλλησιν Ὑπομονὴ, παρὰ δὲ τοῖς Ἑβραίοις Ῥεβέκκα. Quam etymologiam aliis etiam pluribus locis enarrat. Eandem Clemens superius refert Paedag. 1, 5. p. 110. POTT.

26, 25. Ἰακὼβ] Philo l. c. [vol. 1. p. 524, 23.] haec adjicit, καὶ ἡ δι' ἀσκήσεως τελουμένη, περὶ ἣν Ἰακὼβ ἐσπουδακέναι φαίνεται· διὰ πλειόνων γὰρ καὶ διαφερόντων αἱ ἀσκήσεις δογμάτων, ἡγουμένων, προαπαντώντων, ὑστεριζόντων, πόνους τοτὲ μὲν ἐλάττους, τοτὲ δὲ μείζους ἐχόντων. Quae verba Clemens breviavit. POTT.

P. 27, l. 1. Ἰσραὴλ] Philo l. c. p. 431. [vol. 1. p. 526, 26.] Ἰσραὴλ γὰρ ὁρῶν θεὸν ἑρμηνεύεται. Sed Clemens fortasse ea Philonis verba prae oculis habuit, quae occurrunt libri Περὶ μέθης p. 251. ἡνίκα γοῦν ὁ ἀσκητὴς Ἰακὼβ, καὶ τοὺς ἀρετῆς ἄθλους διαθλῶν, ἔμελλεν ἀκοὰς ὀφθαλμῶν ἀντιδιδόναι, καὶ λόγους ἔργων, καὶ προκοπὰς τελειότητος, τοῦ φιλοδώρου θεοῦ βουληθέντος αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐνομματῶσαι, ἵνα ταῦτ' ἐναργῶς ἴδῃ, ἃ πρότερον ἀκοῇ παρελάμβανε· (πιστοτέρα γὰρ ὄψις ὤτων·) ἐπήχησαν οἱ χρησμοί· οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακὼβ, ἀλλὰ Ἰσραὴλ ἔσται σου τὸ ὄνομα, ὅτι ἴσχυσας μετὰ θεοῦ καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατῶς. Ἰακὼβ μὲν οὖν μαθήσεως καὶ προκοπῆς ὄνομα, ἀκοῆς ἐξηρτημένων δυνάμεων, Ἰσραὴλ δὲ τελειότητος. Ὅρασιν γὰρ θεοῦ μηνύει τοὔνομα. Eandem etymologiam superius tradit Clemens Paedag. 1, 7. p. 132. et infra Strom. 2. p. 439. Eo alludunt Constitutiones apostolicae 7, 36. τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ, τὸν θεοφιλῆ, τὸν ὁρῶντα θεόν. Optatus Milevitanus sub fin. lib. 2: "Israel, id est, qui mente Deum videat." Justino martyri Dialogi cum Tryphone p. 354. Israel est ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. Tertulliano "cum Deo invalescens." Qui de "visione Dei" loquuntur Israelem ducunt a verbo ראה. Sed longe praestat alia etymologia e sacris scripturis petita, a verbo שרה et nomine שר, secundum quam Israel Josepho est ἀντιστὰς ἀγγέλῳ θείῳ. Hieronymo Israel est princeps cum Deo, vel princeps Dei. "Quamvis igitur" inquit "grandis auctoritatis et eloquentiae, et ipsorum umbra nos opprimat,

qui Israel "virum," sive "mentem videntem Deum" transtulerunt; nos magis scripturae, et angeli, et Dei, qui ipsum Israel vocavit, auctoritate ducimur, quam cujuslibet eloquentiae saecularis." Verum in Hebraicis vocibus explicandis saepe lapsi sunt Patres Graeci Latinique. POTT.

27, 3. *τὴν σφραγῖδα τῆς γνώσεως*] De notitiae signaculo, e quibus constet, vise notationes nostras ad Philonis librum *περὶ τῶν μετονομαζομένων*, p. 214. et 224. H. SYLB.

27, 6. *Θάμαρ*] Hanc etiam etymologiam Clemens sumsit ex Philone l. c. p. 442. [vol. 1. p. 537.] *Θάμαρ ἐπὶ τριόδου καθέζεται, πόρνης δάξαν παρασχοῦσα τοῖς ὁδῷ βαδίζουσιν. ἵνα οἱ περιέργως ἔχοντες, ἀνακαλύψαντες ἀναφήνωσι, καὶ καταθεάσωνται τὸ ἄψαυστον καὶ ἀμίαντον καὶ παρθένιον ὄντως αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης εὐπρεπέστατον κάλλος· τίς οὖν ὁ ἐξεταστικὸς καὶ φιλομαθὴς, καὶ μηδὲν ἄσκεπτον καὶ ἀδιερεύνητον τῶν ἐγκεκαλυμμένων πραγμάτων παραλιπεῖν ἀξιῶν ἐστιν, ὅτι μὴ ὁ ἀρχιστράτηγος, καὶ βασιλεὺς, καὶ ταῖς πρὸς θεὸν ὁμολογίαις ἐμμένων τε καὶ χαίρων, ὄνομα Ἰούδας*; POTT.

27, 8. *δυνατὸς*.] Philoni Judas est *κυρίῳ ἐξομολόγησις*, lib. De plantatione Noe p. 233. [vol. 1. p. 349, 24.] *Ἰούδας, ὃς ἑρμηνεύεται κυρίῳ ἐξομολόγησις*. Idem lib. 1. De legis allegor. p. 55. *τοῦ μὲν ἐξομολογουμένου ὁ Ἰούδας σύμβολον*· [vol. 1. p. 59, 44.] Ad quod etiam non solum alludit Philo in verbis proxime superiori nota allatis, sed etiam Clemens in iis quae jam sequuntur, *σώζων τὴν πρὸς θεὸν ὁμολογίαν*. Et Strom. 7. p. 897. *Ἰουδαία γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται*. Constitutionum apostol. 2, 60. *Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται*· ubi haec annotavit Cotelerius, "Passim auctores Judam de confessione et laude, confessore et laudatore interpretantur. At Clementi Alexandrino in Strom. 1. p. 334. Judas est *potens*, *δυνατός*, יד quippe significat *robur* ac *potestatem*, et ירה *dejecit*, quod est potentis. POTT. Conf. Mang. ad Philon. vol. 1. p. 537.

27, 11. *Διὰ τοῦτο*—] Haec etiam Clemens sumsit e libro Philonis De cong. quaer. erud. gratia p. 446. [vol. 1. p. 542.] POTT.

27, 18. *καὶ ἐκάκωσεν*—] Philo l. c. p. 447. *διόπερ ἐπιφέρει, Καὶ ἐκάκωσεν αὐτὴν, ἴσον τῷ ἐνουθέτησε καὶ ἐσωφρόνισε*. Item paulo post p. 449. [vol. 1. p. 544.] Salomonis dictum recitat, quod hic apud Clementem sequitur. POTT.

27, 19. *παιδείας θεοῦ*—] *υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου* Hebr. Philo eodem modo haec verba recitat quo Clemens. Mox, *καὶ μὴ ἐκλύου* pro *μηδὲ ἐκλύου* Philo. Dein *ἐλέγχει* pro *παιδεύει* Proverb. et Philo: sed *παιδεύει* exstat Hebr. POTT.

27, 22. *τόπους*] Scribi etiam possit *τύπους*, ut supra Isaac dicitur *Χριστοῦ τύπος*. POTT.

P. 28, l. 15. *τροφὴ*] Victui comparat scientias: quippe quibus mens nutrita et aucta ad generationem, seu inventionem, apta fit, quemadmodum victu corpus. POTT.

P. 29, l. 8. *ἄθυμον*] Forte verius *ῥᾴθυμον*, *segnem*. SYLB. Fallitur.

29, 20. *τὸ κάλλιστον*] Videtur respexisse ad illud Theognidis, *κάλλιστον τὸ δικαιότατον*. Idem Aristoteles docet Ethic. ad Nicomachum libro 5. F. Morellus P. R. COL.

P. 30, l. 8. *ὁ εὐδαιμονικὸς*] Diogenes L. in Anaxarcho, *οὗτος διὰ τὴν ἀπάθειαν καὶ εὐκολίαν τοῦ βίου εὐδαιμονικὸς ἐκαλεῖτο*. ubi aliorum scriptorum de eo locos collegit Menagius.

P. 32, l. 7. *τὸ ἐκλεκτικὸν*] Probat hic Clemens eorum sententiam, qui *ἐκλεκτικήν*, *electivam*, philosophiam sectabantur, ac proinde alieno arbitrio soluti solam veritatem, a quocunque prodita esset, amplecti sese velle dicebant. Haec porro secta recentissima omnium fuit: nam, ut in fine prooemii sui refert Laertius, *ἔτι πρὸ ὀλίγου καὶ ἐκλεκτική τις αἵρεσις εἰσήχθη ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστου τῶν αἱρέσεων.* Hunc autem Potamonem *πρὸ Αὐγούστου καὶ μετ' αὐτὸν* vixisse memorat Suidas. Quinetiam inter medicinae studiosos, quidam apud Galenum occurrunt *ἐκλεκτικοί*, qui Festo Latine *miscellliones* dicuntur. Unde Galenus *Περὶ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ παθῶν τῆς ψυχῆς*, se monitum a parente refert ne cui sese sectarum addiceret, verum ab omnibus discens, et de omnibus judicium ferens, laudem quaereret; quod se fecisse alibi gloriatur. Quintilianus etiam 3, 1: "Neque enim me cujusquam," inquit, "sectae velut quadam superstitione addixi." Necnon ante Potamonis tempora Dio paucique similes eandem philosophandi rationem instituerunt, licet proprio sectae nomine caruerint. Quod de se Cicero profitetur, De offic. 1, 2. "Quoniam utrique, et Socratici et Platonici, esse volumus." Et c. 6. "Sequimur igitur hoc quidem tempore, et hac in quaestione potissimum Stoicos, non ut interpretes, sed, ut solemus, e fontibus eorum, judicio arbitrioque nostro, quantocunque modo videbitur, hauriemus." POTT.

32, 25. *ποιοῦντες*] Respicit Joan. 7, 17. *εἴ τις θέλει τὸ θέλημα αὐτοῦ ποιεῖν, γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς, πότερον ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ.* POTT.

P. 33, l. 5. *πολλῶν*—] Haec Clemens Strom. 6. p. 772. per memoriae lapsum Barnabae tribuit. Sunt autem Clementis Romani verba paulum mutata, quae in ejus ad Corinth. Epist. 1. c. 48. occurrunt. POTT.

*πυλλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ*] Huic lectioni favere videtur quod auctor superius p. 332. dixit, *δικαίου πολλὰς ὁδοὺς* esse. Sed verior lectio esse videtur infra p. 772. *πολλῶν τοίνυν πυλῶν ἀνεῳγμένων, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη* . . . Quod olim docuerunt Cotelerius in suis ad Clementem Romanum annotationibus et Menardus in judicio de Barnaba, ejus Epistolae praemisso. Porro simili metaphora usus est Ignatius, Epist. ad Philadelph. cap. 9. ubi de Christo haec dicit, *αὐτὸς ἂν θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ ἡ ἐκκλησία.* Ei vero Christus ansam praebuit, ubi de se dixit, *ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται*, Joan. 10, 9. POTT.

33, 11. *ἐν διακρίσει λόγων*] *ἐν δικαίᾳ κρίσει λόγων* Clemens Rom. Verum cum Clemens Strom. 6. p. 773. *διακρίσει* retineat, vix dubitari potest quin ea vera lectio sit. Quo facit etiam quod *διακρίσει* apud Paulum exstet, cujus Epist. I. ad Corinth. 12, 8, 9, 10. prae oculis habuisse videtur Clemens, dum haec scriberet. POTT.

*ἦτω γοργὸς ἐν ἔργοις*] *ἦτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις* Clemens Rom. Sed Clemens Strom. 6. *ἦτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἦτω ἁγνός.* Quae lectio ut plenior, sic fortasse verior est. POTT.

33, 20. *ὅ τε*] *φ τε* Potterus. Hoc si voluisset Clemens, *φ καὶ* scripsisset.

33, 24. *ἔργον δὲ τὸ ἐπιχείρημα*] Hoc ad rhetorem quomodo pertineat, disce ex Quintiliano 5, 10. COL.

P. 38, l. 14. *ὁ τῆς φιλοσοφίας*] Hoc adversus eos dictum, qui philosophiae aliarumque artium inventionem diabolo tribuerunt. POTT.

38, 26. *ὡς τὸ πνεῦμα*] Sensus non constat, nisi ante haec verba subintelligamus vocem *ἐγνώκεσαν* ex sententia superiore. LOWTH.

*ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐκδέξασθαι*] Subintelligendum *ἐστί*. POTT.

P. 39, l. 4. λόγῳ] In his quae sequuntur ludit in voce Λόγου, quae *Logon*, dei filium, *rationem*, et *sermonem* significat.

39, 7. λόγῳ] Ps. 33, 6. *τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν*. POTT.

39, 13. *κλάσας τὸν ἄρτον*] Conf. Matth. 26, 26. POTT.

P. 41, l. 17. δολερὰ—] Plut. Quaest. symp. 3, 1. cuidam barbaro hoc dictum tribuit, *ᾗ καὶ τὸ μὲν μύρον εἰκότως ὑποδυσωπούμεθα καὶ τὴν πορφύραν διὰ τὴν ἐπίθετον πολυτέλειαν, ὡς δολερὰ εἵματα καὶ χρίσματα*. De Lacedaemoniis conf. Cragius De repub. Lacedaem. lib. 3. instit. 1. et 5. POTT.

41, 21. *Μούσας Σειρήνων ἡδίους*] Theodoret. De cur. Gr. aff. p. 110, 20. ed. Sylb. *Πυθαγόραν ἐκεῖνον—εἰρηκέναι φασὶν οἱ τὰ ἐκείνου ξυγγεγραφότες ὡς χρὴ τῶν Σειρήνων προτιθέναι τὰς Μούσας*. COL.

41, 22. *τὰς σοφίας*] Accipiendum pro *sapientiae partes* aut *genera*: vel legendum *τὴν σοφίαν*. SYLB.

41, 23. *ἀσκεῖν μὲν μετὰ ἡδονῆς*] Voluit Pythagoras cum voluptate sapientiam conjungi, voluptates nempe reliquas, quae a sapientia alienae essent, improbans. Solent autem Musae pro symbolo honestae et cum virtute conjunctae, Sirenes autem pravae vitiosaeque voluptatis haberi. Porphyrius lib. De vita Pythagorae, *διττὴν γὰρ εἶναι διαφορὰν ἡδονῶν· τὴν μὲν ἐν γαστρὶ καὶ ἀφροδισίοις διὰ πολυτελείας κεχαρισμένην ἀπεικάζε ταῖς ἀνδροφόνοις Σειρήνων φδαῖς, τὴν δ' ἐπὶ καλοῖς καὶ δικαίοις, τοῖς πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίοις, ὁμοίως καὶ παραχρῆμα ἡδεῖαν, καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἀμεταμέλητον· ἣν ἔφασκεν ἐοικέναι μουσῶν τινι ἁρμονίᾳ*. Horatius Sat. 3, 2, 14. "*Vitanda est improba Siren* Desidia." POTT.

41, 25. *εἰ δὲ βούλεσθε, μηδὲ εἷς*] Nempe quod fabulosa sint quae de Oedipo feruntur. POTT.

41, 27. *Οὔκουν πλατύνειν*] Respicit Christi de Pharisaeis dictum, Matth. 23, 5. *πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν*. POTT.

P. 42, l. 15. *μηδεὶς τοίνυν καυχάσθω*] Respicit ad id quod apud Paulum sequitur, *ὥστε μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις*. POTT.

P. 43, l. 16. *σῶμα ὄντα τὸν θεὸν*] Clemens in Protrept. p. 58. *οὐδὲ μὴν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρελεύσομαι, διὰ πάσης ὕλης, καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης, τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας, οἳ καταισχύνουσιν ἀτεχνῶς τὴν φιλοσοφίαν*. Item Strom. 5. p. 699. ubi conf. annotata. POTT.

43, 18. *ἱστὰς νεωτέρας*] Nusquam monet Apostolus *τὰς νεωτέρας ζητήσεις φεύγειν*. Verum Timotheo scribit, *τὰς μωρὰς . . . ζητήσεις παραιτεῖν*, 2 Tim. 2, 23. et *τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεύγειν*, ibid. 22. Quae Clemens e memoria recitans commiscuisse videtur. POTT.

P. 45, l. 13. *ἀλλὰ γοῦν*] Scilicet Christianam doctrinam Isaaco dat, legitimo Abrahami filio, et ex divina promissione nato; caeteras autem disciplinas Ismaeli Agaris ancillae filio, aut filiis Cheturae, qui licet nec

e legitimis nuptiis, nec ex singulari aliquo promisso geniti fuerant, tamen veri Abrahae filii fuerunt, et singuli dona a patre suo acceperunt, ut scriptum est Gen. 25, 6. POTT.

45, 19. *πεπίστευκε*] Respicere videtur 1 Thess. 2, 13. *ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ἐστιν ἀληθῶς) λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν.* POTT.

45, 26. *καρδία γὰρ—*] *καρδία ὀρθὴ ζητεῖ αἴσθησιν*, inquit Salomon, Prov. 15, 14. Eorum, quae sequuntur, sensus occurrit Prov. 2. aliisque locis: ipsa verba frustra in S. libris quaerentur. POTT.

P. 46, l. 14. *ἐπικρυπτέον*] Respicit 1 Cor. 2, 7. *λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην.* POTT.

46, 16. *Ἡσαΐας*] Respicit 6, 6, 7. *καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν σεραφὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ.* POTT.

46, 19. *μεθεκτοὶ*] *Communicabiles.* Rectius *μεθεκτικοί, participes*: ut *ἐφεκτοί* pro *ἐφεκτικοί*, Strom. 8. p. 924. et e contra *διδακτικήν* pro *διδακτήν* superius p. 334. POTT.

46, 22. *βάλλειν*] Negative intelligendum *μὴ βάλλειν*, ut est apud Matthaeum. SYLB.

P. 47, l. 5. *σοφοὶ—*] Respicere videtur Prov. 24, 7, 8. *σοφοὶ οὐκ ἐκκλίνουσιν ἐκ στόματος κυρίου, ἀλλὰ λογίζονται ἐν συνεδρίοις.* POTT.

47, 19. *Μιᾶς—*] Similia scribit Lactantius 6, 7. POTT.

47, 20. *βάκχαι*] Fabulam de Bacchis narrat etiam Diodorus Siculus, p. 139. H. SYLB.

*τὰ τοῦ Πενθέως*] Respicit ad Bacchas Euripidis.

47, 23. *φωτὸς*] Ejus scilicet qui dixit, *ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου* Joann. 8, 12. POTT.

P. 48, l. 3. *ἡ ἀλήθεια*] Scilicet Christus qui dixit, *ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή* Joann. 6, 6. POTT.

48, 4. *ἐκπέσῃ*] Legi potest etiam *ἐμπέσῃ*. SYLB.

48, 6. *φυσικὴν ἀκολουθίαν*] Intelligit ordinem seu rationem, qua res una ad aliam sequendam natura est apta. Hinc Philo De vita Mosis 2. p. 660. *ἀκολουθίαν φύσεως ἀσπασόμενοι.* POTT.

48. 7. *τὸν ἄνδρα αἱ γυναικωνῖτιδες*] Respicit ad Bacchas paulo superius memoratas. POTT.

48, 15. *ἀτὰρ—*] De partium tam dissimilium inter se concordia vide et Nemesium libro *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου* p. 11. H. SYLB.

48, 17. *οὕτως*] Similia dicit Justinus M. paulo ante finem Apologiae minoris p. 34. edit. Oxon. *ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου Λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο.* Conf. ejusdem Apol. p. 20. Ibidem p. 26. haec dicit: *μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα· διὰ τοῦτο λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα, καὶ λόγον, καὶ ψυχήν· ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες, ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς· ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον.* Dein addit Socrati Christum *ἀπὸ μέρους* cognitum fuisse. Idem in majore Apologia p. 90, 91, affirmat Socratem, Heraclitum, et reliquos omnes *μετὰ λόγου βιώσαντας* Christi participes et quodammodo Christianos fuisse. POTT.

P. 49, l. 18. *τοὺς ἑπτὰ — σοφοὺς*] De his v. Menag. ad Diog. L. Thaletem. POTT. De septem sapientibus vise et Platonem Tom. 1. p. 343. Diog. Laert. p. 5. et 14. et Plutarchum in eorundem Symposio. H. SYLB.

49, 25. *οὗ μέμνηται*] Haec *ἐν παρόδῳ* adjicit Clemens, sumta occasione a mentione Epimenidis, ut quae superius dixerat de profanae doctrinae utilitate, Pauli apostoli auctoritate firmaret. POTT.

P. 50, l. 6. *πρὸς ἐντροπὴν*] Respicit 1 Cor. 15, 34. *ἀγνωσίαν γὰρ θεοῦ τινες ἔχουσι· πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω*. POTT.

50, 14. *Ἀκουσίλαον*] Inter eos qui Acusilaum Argivum septem sapientibus annumerant est etiam Plato in Protagora p. 295. ed. Bas. A. SYLB.

50, 21. *βραχυλογίαν*] Hac methodo alii plerique ex antiquioribus magistris praecepta tradebant. *Καὶ φασὶ τοὺς μὲν γυμνοσοφιστὰς καὶ δρυΐδας αἰνιγματωδῶς ἀποφθεγγομένους φιλοσοφῆσαι, σέβειν θεούς, καὶ μηδὲν κακὸν δρᾶν, καὶ ἀνδρείαν ἀσκεῖν*, inquit Diogenes Laertius in prooemio. Ejusmodi erant Pythagorae praecepta. Continuis sermonibus usi sunt posteriores, qui eloquentiae doctrinaeque studio sese magis ostentabant. Conf. quae dicit Plato Protagorae p. 238, unde quae sequuntur hausit Clemens. POTT.

50, 25. *Λακεδαιμονίοις*] Plato, praeter ea quae in Protagorae loco jam memorato respicit Clemens, haec dicit, De legibus 1. p. 642. *τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσιν ὡς φιλολόγος τέ ἐστι καὶ πολυλόγος· Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην, τὴν μὲν βραχυλόγον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν*. POTT.

50, 26. *γνῶθι σαυτόν*] De auctore hujus apophthegmatis consule quae congessit Menag. ad Diog. L. 1, 40. POTT.

P. 51, l. 4. *τὸ μηδὲν ἄγαν*] Conf. Diog. L. 1, 63. POTT.

51, 7. *μέτρον ἄριστον*] Conf. Diog. L. 1, 93. cum annot. Menagii. POTT.

51, 8. *ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα*] Sensus est, *Sponde; sed praesto est noxa*, i. e. non quidem veto spondere, sed hoc tamen moneo, cum fidejussione plerumque conjunctam esse noxam: qua de re Plutarchus quoque p. 99, 321, 339. et Laert. 27. H. SYLB. Conf. Clemens infra Strom. 6. et Menag. ad Diog. L. 1, 73. POTT.

51, 13. *πάντες ἄνθρωποι κακοί*] Conf. Diog. L. sub finem Biantis et quae annotavit Menagius, iidemque de iis quae sequuntur consulendi. POTT.

51, 20. *φιλόσοφον*] Laertius prooemii p. 8, 9. *φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον*. Idem tradunt Cicero Tusc. quaest. l. 5: Quint. 2, 1. aliique plurimi. POTT.

51, 22. *τρεῖς*] Tres philosophorum successiones, cum eorum auctoribus a Clemente doctus memorat Eusebius Pr. Ev. 10, 4. p. 471. Laertio *δύο* sunt *διαδοχαί* prooem. 5. 13. *Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασι διαδοχαί, ἥ τε ἀπὸ Ἀναξιμάνδρου καὶ ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου· τοῦ μὲν Θαλοῦ διακηκόστος, Πυθαγόρου δὲ Φερεκύδης καθηγήσατο. Καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μὲν Ἰωνικὴ, ὅτι Θαλῆς Ἴων ὢν (Μιλήσιος γάρ) καθηγήσατο Ἀναξιμάνδρου, ἡ δὲ Ἰταλικὴ ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε*. Conf. Augustin. lib. De civitate Dei 8. 2; Themistius quatuor philosophiae origines fuisse scribit orat. 15. *Τέως δὲ τριχῆ διεσπάσθη, μᾶλλον δὲ τέτραχα*. POTT.

51, 23. Πυθαγόρας] Eusebius Pr. Ev. 10. c. 4. p. 470. ὑψὲ δέ τι καὶ μᾶλλον τοῖς χρόνοις ὑποβεβηκότες οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι διαπρέψαι μνημονεύονται. ὧν Πυθαγόρας πρῶτος, Φερεκύδους γνώριμος, τὸ φιλοσοφίαν ἀνευρὼν ὄνομα, ὡς μέν τινες, Σάμιος, ὡς δὲ ἕτεροί φασι, Τυρρηνὸς ἦν, τινὲς δ' αὐτὸν Σύριον ἢ Τύριον εἶναι λέγουσιν· ὥστε σε βάρβαρον, ἀλλ' οὐχ Ἕλληνα γεγονέναι ὁμολογεῖν τὸν πρῶτον φιλοσόφων. Theodoretus De curand. Graec. affect. serm. 1. praeter alia multa haec etiam a Clemente nostro didicit: τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος, καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ Θεόπομπος Τυρρηνὸν εἶναί φασιν· ὁ δὲ Νεάνθης Τύριον ὀνομάζει. Τὸν δὲ Θαλῆν οἱ μὲν Μιλήσιον λέγουσιν, Λέανδρος δὲ καὶ Ἡρόδοτος Φοίνικα προσηγόρευσαν. Conf. Diogenes Laertius in principio Pythagorae. Josephus l. 2. Adv. Apionem dicit perinde difficile esse Pythagorae atque Homeri patriam indicare. Porro secundum Laertium in principio Thaletis Herodotus, Duris ac Democritus e Phoenicibus oriundum Thaletem tradebant: ὡς δ' οἱ πλείους φασὶν, ἰθαγενὴς Μιλήσιος ἦν, καὶ γένους λαμπροῦ. POTT.

P. 52, l. 5. μόνος] Quare μόνος? annon enim Pythagoras aliique plures cum Aegyptiis studiorum gratia congressi sunt? Certe Clemens infra p. 354. refert Pythagoram ac Platonem Aegyptios audivisse. Scribendum igitur μόνοις, ut sensus sit, "Cum solis ille Aegyptiorum prophetis congressus fuisse videtur, nec praeter illos ullum praeceptorem habuisse." Sic enim scribit in Thalete Diogenes Laertius: οὐδείς τε αὐτοῦ καθηγήσατο, πλὴν ὅτ' εἰς Αἴγυπτον ἐλθὼν τοῖς ἱερεῦσι συνδιέτριψεν. POTT. Recepi Potteri emendationem. Quod de Thalete hic dicit, mox repetit p. 354. extr.

52, 7. οὐδὲ Φερεκύδου] Hesychius etiam Milesius et Suidas scribunt, Pherecydam nullum magistrum habuisse, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. Verum Diogenes Laertius principio Pherecydae refert illum Πιττακοῦ διακηκοηκέναι. POTT.

52, 9. ἐν Μεταποντίῳ—κατεγήρασεν] *In Metaponto consenuit*, id est usque ad ejus exitum duravit. Nam haec secta Metapontum, Italiae urbem, semper coluit. Diogenes Laertius in prooemio: Ἰταλικὴ ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε. POTT.

52, 12. Ἀναξαγόρας] Laertius, Ἀναξαγόρας Ἡγησιβούλου ἢ Εὐβούλου, Κλαζομένιος. POTT.

52, 13. οὗτος μετήγαγεν] Hoc factum Archelao tribuunt Laertius et Suidas. Sed plerique Clementi potius assentiuntur. Etenim cum aliorum non paucorum, tum etiam ipsius Laertii testimonio constat Anaxagoram Athenis triginta annos docuisse. POTT.

52, 15. Ἀρχέλαος] Laertius initio Archelai, Ἀρχέλαος, μαθητὴς Ἀναξαγόρου, διδάσκαλος Σωκράτους. POTT.

Σωκράτης] Laertius in Socrate, διήκουσεν Ἀρχελάου τοῦ φυσικοῦ· οὗ καὶ παιδικὰ γενέσθαι φησὶν Ἀριστόξενος. Δοῦρις δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτὸν καὶ ἐργάσασθαι λίθους· εἶναί τε αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας οὔσας· ὅθεν καὶ Τίμωνα ἐν τοῖς Σίλλοις εἰπεῖν,

ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθυξόος, ἐννομολέσχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδὸς, ἀκριβολόγους ἀποφήνας,
μυκτὴρ, ῥητορόμυκτος, ὑπαττικὸς, εἰρωνευτής.

Sextus Empiricus lib. Adversus mathem. p. 139. τοῦ δὲ ἠθικοῦ μόνος ἐπεμελεῖτο Σωκράτης, κατά γε τοὺς ἄλλους αὐτοῦ γνωρίμους· εἴ γε καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι ῥητῶς φησὶν ἀπαρνεῖσθαι αὐτὸν τὸ φυσικὸν, ὡς ὑπὲρ

*ἡμᾶς καθεστηκὸς, καὶ σχολάζειν τῷ ἠθικῷ, ὡς πρὸς ἡμᾶς ὄντι. τοιοῦτο οἶδε καὶ ὁ Τίμων ἐν οἷς φησιν*

*ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος, ἐννομολέσχης,*

*τουτέστιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὴν ἠθικὴν θεωρίαν· διὸ καὶ ἐννομολέσχης προσέθηκεν, ἅτε τοῦ ἠθικοῦ μέρους ὄντος τοῦ περὶ τῶν νόμων διαλέγεσθαι.* POTT.

52, 18. *ἀπὸ τῶν φυσικῶν*] Socratem physicis relictis ad ethica se contulisse, testatur etiam Cicero in Bruto. H. SYLB.

P. 53, l. 5. *Καρνεάδης*] Carneadem memorare videtur, tanquam auctorem *τῆς νέας Ἀκαδημίας*; in quo Clementi adstipulantur Galenus et Lucianus. Verum Laertius id honoris Lacydae, Carneadis magistro, tribuit. POTT.

53, 6. *Κράτητος*] Cratetem intelligit, non Academicum philosophum modo memoratum, qui patria Atheniensis fuit, sed alium, Thebis oriundum, de quo Laertius in prooemio *Σωκράτους διήκουσεν Ἀντισθένης, οὗ Διογένης ὁ κύων, οὗ Κράτης ὁ Θηβαῖος, οὗ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, οὗ Κλεάνθης, οὗ Χρύσιππος.* POTT.

53, 13. *τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων*] Melius legeretur, *τῶν Κύρου τε καὶ Δαρείου χρόνων*, inquit Menagius ad Diogenis Laertii 9, 20. POTT.

*Παρμενίδης*] Laertius in prooemio: *Οὗ Ξενοφάνης, οὗ Παρμενίδης, οὗ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, οὗ Λεύκιππος, οὗ πολλοὶ μὲν, ἐπ' ὀνόματι δὲ Ναυσιφάνης καὶ Ναυκύδης, ὧν Ἐπίκουρος.* POTT.

53, 25. *Θάλην*] Laertius in Thalete, *δοκεῖ δὲ κατά τινας καὶ πρῶτος ἀστρολογῆσαι, καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπὰς προειπεῖν, ὡς φησιν Εὔδημος ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ· ὅθεν αὐτὸν καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἡρόδοτος θαυμάζει. Μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ καὶ Ἡράκλειτος καὶ Δημόκριτος.* Quod vero Thales eam praedixit solis eclipsim quae sub Halyatte contigit, testatur etiam Cicero De Divinat. lib. 1. Plinius 2, 12. aliique plures. POTT.

P. 54, l. 4. *Ἡρόδοτος*] 1, 74. *συμβολῆς γενομένης, συνήνεικε ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι· τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖς Ἴωσι προηγόρευσε.* POTT.

54, 5. *πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα*] Tatianus etiam Orat. contra Graecos p. 141. edit. Oxon. refert Thaletem vixisse circa 50 Olympiada. Laertius eum tradit natum fuisse anno primo trigesimae quintae Olymp., defunctum vero quinquagesima octava; idemque refert Cyrillus contra Julian. lib. 1. POTT.

54, 6. *Πυθαγόρας*] Apuleius in Floridis: "Fuit ferme Pythagoras id aevi, quo Polycrates Samo potiebatur." Laertius refert eum a Polycrate Amasidi, Aegyptiorum regi, commendatum fuisse; deinde vero Samon reversum, cum eam invenisset Polycratis tyrannide oppressam, in Italiam cessisse. Consentiunt Strabo lib. 14; Plutarchus De placitis philosophorum 1, 3; Jamblichus in Vita Pythagorae. POTT.

54, 7. *Τὴν ἑξηκοστὴν δεντέραν*] Laertius Pythagora 5. 45: *ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Tatianus prope finem Orat. cap. 63. Olympiadas describens, *Σόλων περὶ μ'.* [Codices nonnulli *μζ'*. Sed recte *μς'* codex Paris. ut apud Clementem.] *Πυθαγόρας περὶ ξβ'.* Eusebius Chronico Pythagorae doctrinam ad Olymp. 60. refert. Ad Solonem quod attinet, eum Laertius refert leges posuisse *περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην ὀλυμπιάδα.* Cyrillus lib. 1. contra Julianum *τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι Σόλων νενομοθέτηκε.* Consentiunt Eusebius aliique. POTT.

54, 8. Μνησίφιλος] Plutarchus in Themistocle c. 2 : Μᾶλλον οὖν τις προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου τὸν Θεμιστοκλέα τοῦ Φρεαρρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν, οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν φυσικῶν κληθέντων φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην σοφίαν, οὖσαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν καὶ δραστήριον σύνεσιν ἐπιτήδευμα πεποιημένου καὶ διασώζοντος, ὥσπερ αἵρεσιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Σόλωνος. POTT.

54, 10. Ἡράκλειτος γὰρ] Γάρ hoc loco transitionis nota est. Sic paulo post p. 354. Ἡράκλειτος γὰρ οὐκ ἀνθρωπ. et p. 363. Κάδμος γὰρ ὁ Φοῖνιξ etc. p. 356. Δημόκριτος γὰρ etc., et alibi saepe. POTT.

54, 12. Δαρεῖον] Exstant apud Laertium Darii Hystaspidae ad Heraclitum literae ejusque responsio, qua pernegat se unquam ad Persas profecturum, ἐγὼ δὲ ἀμηστίην ἔχων πάσης πονηρίης, καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκειουμένου φθόνου, καὶ διὰ τὸ περίστασθαι ὑπερηφανίας οὐκ ἂν ἀφικοίμην εἰς Περσῶν χώραν, ὀλίγοις ἀρκεόμενος, κατ' ἐμὴν γνώμην. POTT.

54, 19. Φρὺξ] Laertius in Antisthene, Ἀντισθένης Ἀντισθένους Ἀθηναῖος. ἐλέγετο δὲ οὐκ εἶναι ἰθαγενής· ὅθεν πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα εἰπεῖν, καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστίν. Consentiunt de Thressa ejus matre Seneca lib. De constantia Sapientis c. 18 ; Suidas v. Ἀντισθένης, et rursus in Socrate Laertius. Verum Antisthenis responso magis convenire videtur ut ejus matrem Phrygiam fuisse putemus : quod etiam asserit Plutarchus lib. De exsilio, τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς, πρὸς τὸν εἰπόντα, Ἡ Φρυγία σου ἐστὶν ἡ μήτηρ, καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν. POTT.

54, 22. Πυθαγόρας] Laertius in Pythagora, νέος δὲ ὢν καὶ φιλομαθὴς ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ πάσας ἐμυήθη τάς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετάς. ἐγένετο οὖν ἐν Αἰγύπτῳ, etc. Cicero De finibus lib. 5. "Cur ipse Pythagoras et Aegyptum lustravit et Persarum magos adiit." Conf. Plinius 25, 2. Lucianus in Βίων πρᾶσις, aliique plures. POTT.

54, 23. περιετέμετο] Superius refert Laertius Pythagoram initiatum fuisse πάσαις Ἑλληνικαῖς καὶ βαρβαρικαῖς τελεταῖς. Verba Porphyrii in Vita Pythagorae videntur ad circumcisionem referri debere ; dicit enim Pythagoram Amasidis literis munitum ad Diospolitas profectum fuisse, ut arcanas eorum disciplinas addisceret, τῶν δὲ οὐ δυναμένων προῖσχεσθαι αἰτίας διὰ τὸ δέος τοῦ βασιλέως, νομισάντων δὲ ἐν τῷ μεγέθει τῆς κακοπαθείας ἀποστήσειν αὐτὸν τῆς ἐπιβολῆς, προστάγματα σκληρὰ καὶ κεχωρισμένα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς κελεῦσαι ὑπομεῖναι αὐτόν· τὸν δὲ ταῦτα ἐκτελέσαντα προθύμως, οὕτω θαυμασθῆναι ὡς ἐξουσίαν λαβεῖν θύειν τοῖς θεοῖς τε καὶ προσιέναι ταῖς τούτων ἐπιμελείαις, ὅπως ἐπὶ ἄλλου ξένου γεγονὸς οὐχ εὑρίσκεται. Theodoretus Θεραπ. α'. p. 467. φασὶ δὲ τὸν Πυθαγόραν καὶ περιτομῆς ἀνασχέσθαι, τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκότα. POTT.

P. 55, l. 12. ἀσκήσαντας, μόνους] Cur μόνους? Certe a verbis Platonis, quae sequuntur, inferri non potest eum existimavisse, quod soli barbari sapientiae studia exercerent : sed contra dicit esse Graecos perinde ac barbaros, qui id facerent. Proinde nisi aliquid ad complendam hanc sententiam desit, quod suspicor, scribendum ἀσκήσαντας νόμους, quia de legum ferendarum scientia Platoni res est. Vel omittenda vox μόνους, quae forte e priori sententia in hanc irrepsit. Sic demum facilis erit sensus. Porro verba Platonis in Convivii p. 209 D. haec sunt, τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι ἄλλοθι πολλαχοῦ ἄνδρες, καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις, πολλὰ καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετήν· ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιούτους παῖδας· διὰ τοὺς ἀνθρωπίνους οὐδενός πω. E quibus

verbis si quis ἄλλοι pro ἀληθῶς apud Clementem reponere velit, haud repugnabo. POTT.

55, 17. ψυχὰς] Haec in fine Phaedonis exstant. SYLB.

55, 22. οὔ μείζον] Cicero Academicarum quaest. 1, 2. "Nec ullum arbitror, ut apud Platonem est, majus aut melius a diis datum munus homini." Platonis verba occurrunt Timaei p. 47 B. ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος· οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. POTT.

P. 56, l. 10. Τοῦ Θωὺθ.] Tertull. De anima c. 2: "Nedum divos, ut Mercurium Aegyptium, cui praecipue Plato adsuevit." Pamelius in eum locum scribens meminit hujus Clementis, monetque hic legendum "Theut" quemadmodum legitur apud Platonem in Phaedro, ubi narrat Socrates venisse Theut ad Thamum, regem Aegypti, eique artes suas demonstrasse. De eodem item in Philebo: Φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴτε θεός τις, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινὰ τοῦτο γενέσθαι Cicero lib. 3. De natura deor., ut monet Scaliger in Varronem, Theut vocat, locus tamen Ciceronis sic legitur in editione Lambini: "Mercurius quintus, quem colunt Pheneatae, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegypto praefuisse, atque Aegyptiis leges et literas tradidisse. Hunc Aegyptii Thoyth appellant." Suidas, Θωὺθ καὶ Θὼθ ὁ Ἑρμῆς. COL. Philo Byblius apud Eusebium Praeparat. evangel. 1, 9. p. 31, 32. edit. Paris., refert e Sanchoniathone. Taautum "primum literas invenisse, ac scribendorum commentariorum auctorem fuisse:" καὶ ἀπὸ τούδε ὥσπερ κρηπῖδα βαλόμενος τοῦ λόγου, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωὺθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θὼθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες μετέφρασαν. POTT.

56, 2. Χαρμίδῃ] P. 156 D. ἔμαθον δ' αὐτὴν (ἐπῳδὴν) ἐγὼ ἐκεῖ ἐπὶ στρατιᾶς παρά τινος τῶν Θρᾳκῶν τῶν Ζαμόλξιδος ἰατρῶν, οἳ λέγονται καὶ ἀπαθανατίζειν.

56, 16. Κονοίφιδι] "Corrige Χονούφιδι. Ita Aegyptius ille sophus dicitur Plutarcho in libro De genio Socratis, et ita dici debet:" inquit Menagius ad Diog. L. 8, 90. POTT.

56, 17. ἐν δὲ τῷ περὶ ψυχῆς] Per memoriae lapsum haec tribuit Clemens dialogo De anima, quae occurrunt De republica 10. p. 617 D. σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν. προφήτην οὖν τινα σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαστῆσαι· ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπί τι βῆμα ὑψηλόν, εἰπεῖν· Ἀνάγκης θυγατρὸς, κόρης Λαχέσεως, λόγος. POTT.

56, 21. πρὸς τοῦ βαρβάρου] Rittherhusius not. in Porphyrium De vita Pythagorae, his Clementis verbis laudatis, adjicit: "Legendum πρός του β., quod valet πρός τινος· ut apud Paulum 1 Thess. 4, 6: Ἐν τῷ πράγματι valet ἔν τινι πράγματι Sic enim legendum, ubi vulgo ἐν τῷ." POTT.

56, 22. ὦ Σόλων] Haec infra recitat Clemens p. 426: item Justinus M. Cohort. ad Graecos p. 71. edit. Oxon.; Eusebius Pr. Ev. 10, 4. p. 471; Cyrillus Alexandrinus Contra Julianum 1. p. 15; Theodoretus Θεραπ. serm. 1. p. 437. In Platonis autem Timaeo p. 22 B. sic se habent, Καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιῶν, ὦ Σόλων Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. ἀκούσας οὖν, Πῶς τι τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστὲ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. POTT.

56, 24. Βαβυλωνίους] Eusebius Pr. Ev. 10, 4. p. 472. a Clemente edoctus haec ait: Καὶ Δημόκριτος δὲ ἔτι πρότερον τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται. Laertius in Democrito meminit libri cui titulus hic fuit, Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων. POTT.

56, 25. Ἀκικάρου] Reinesius Var. lect. lib. 1. cap. 22, ait: "Hic dignus vindice nodus, sed in quem nemo doctorum hactenus incidit, qui solveret. Democritum, quem vel κατ' ἐξοχήν, vel ut ab aequivocis, inter quos alius historicus, alius poeta, alius rhetor, cum discernerent, Physicum appellarunt, ut est apud Varronem De re rustic. lib. 1. c. 1. et Plinium lib. 28. scripsisse περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων e Diogene Laertio discimus. Ea cum "moralibus Babylonicis et expositione columnae Acicari," de quibus Clemens, eadem fuisse, vero simile est. Sed quis iste Acicarus ejusque "columna?" Est inter ἅπαξ ἀναγινωσκόμενα in antiquitate, quantum ejus mihi cognitum est, universa: experiar tamen. Acoris quidam, qui et Acencheres, inter Aegypti reges fuit: Aegyptiis et Aethiopibus solemne doctrinas suas sacras et sapientiam arcanam de naturalibus et civilibus symbolis, quibusdam figuris animalium aliarumque rerum sublunarium caelatis, seu litteris mysticis, in pyramidibus et obeliscis proponere: partem etiam in templorum adytis conservarunt soli ejus custodes et doctores Ἀμμουνίες, seu sacerdotes, quorum in Solonis, Pythagorae, Democriti, Platonis Vita multa mentio. Istae hinc ἀπόκρυφα Ἀμμουνέων γράμματα a Philone Byblio apud Eusebium Pr. Ev. 10, 4. appellantur. Praeterea Democritum praeterquam Chaldaeam, Indiam et Persidem, etiam Aegyptum perlustrasse, conversatum aliquandiu cum sacerdotibus, et cognitione scientiarum omnium divitem ab iis in Graeciam rediisse, constat. Ex his non absurde videtur colligi posse quae illa "Acicari columna." Acicarus Clementi non alius est quam Acencheres. Babylon, de qua apud Diogenem, oppidum est Aegypti memoratum Straboni lib. 17. qui φρουρεῖον ἐρημόν appellat: olim sita super Nilum, nunc cum Cairo uno muro inclusa hoc nomine. Jac. de Vitr. lib. 3. Hist. Hierosol. A Bellonio paulo supra Cairum ponitur. De ea vero Diogenem et Clementem intelligi debere probat quod sequitur apud eum, Democritum scripsisse περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Ἱερὰ γράμματα in solis Aegyptiorum rebus nominantur." Haec ille. Steph. le Moyne Var. Sacr. p. 346, 347. haec dicit: "Ab ista voce עקקר, Akoker, vel Akiker, fluxit forsan vox quae occurrit apud Clementem Alexandr. Strom. 1. p. 303. ubi mentionem ingerit columnae cujusdam "Akikeri." Torsit locus iste viros eruditos, Bochartum inprimis et Bigotium, viros insignes. Existimavit Bochartus, per columnam Acicari apud Babylonios erectam, in qua multa secreta continebantur sculpta, posteritati transmittenda, fuisse עמוד העקרים columnam rerum fundamentalium, radicalium, et dogmatum, quorum cura homines deberet primo tangere, et quae praecipue deberent memoriae commendare. Et revera עקרים apud Hebraeos sunt radices, et fundamenta scientiae, et articuli primarii religionis Judaicae. Arguta sane conjectura, et quae forsan multis eruditis et verisimilitudinis specie, et auctoris nomine possent se commendare. Videant tamen, annon columna potius dicebatur עמוד החקר "columna exploratoris," investigatoris, hominis, qui operam totam suam impenderat, arcanis physices, moralis, et religionis vulgandis, referendis, et cum omnibus lectoribus liberaliter communi-

candis. Nam apud Babylonios et Chaldaeos vox חוקר, "Akeker," notat "indagatorem," inquisitorem, ruspatorem, et qui, praeteritis rebus vulgaribus et notis, ad occulta se confert, et ut illa possit eruere, nulli parcit labori et diligentiae. Hoc est proprie חקר, דרש, *ἐρευνᾶν*, cum maxima contentione aliquid investigare." Haec ille. Porro librum Ἀκίχαρον dictum edidisse Theophrastum refert Laertius 5, 50. ubi: "Qui, qualisve fuerit Acicharus, dicere, non nostrum est, sed aruspicis:" inquit Menagius. Probabile est eundem fuisse, quem Strabo Achaicarum vocat lib. 16. p. 762. ubi celebres *μάντεις* enumerans memorat Amphiaraum, Trophonium, Persarum magos, Indorum gymnosophistas, etc., *παρὰ δὲ τοῖς Βοσπορανοῖς Ἀχαΐκαρον*, "apud Bosporanos autem Achaicarum." Etenim apud Thracas Scythasque fuisse qui studiis operam darent constat exemplis Orphei et Anacharsidis. Quinetiam Judaei tradunt decem Israeliticas tribus non solum in Persiam et Mediam, sed etiam in regiones ultra Bosporum abductas fuisse. Democritus autem in omnes fere regiones, quae suo tempore studiis florebant, discendi causa peregrinatus fuisse dicitur: unde *λόγους Βαβυλωνίους, λόγον Χαλδαϊκὸν, λόγον Φρύγιον, περὶ τῶν ἐν Μερόῃ*, etc., edidisse memoratur. POTT.

56, 25. *στήλην*] Notum est antiquos, quae posteris tradi volebant columnis insculpsisse. Unde Manetho apud Eusebium se quae refert accepisse profitetur *ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν, ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ Θωὺθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ*. Paulo post p. 360, Clemens memorat *κόσμου στήλας*, quas Hercules ab Atlante accepit. Hac autem de re qui plura scire cupit adeat Fabricii Bibl. Gr. 1, 11, 3. POTT.

P. 57, l. 6. *γραμμέων*] *γραμμένων*, MS. Eusebii codex in bibliotheca collegii D. Joannis Baptistae asservatus. POTT.

*συνθέσιος*] Forte legendum *συνθέσεσι*. SYLB. Sed receptam lectionem firmat Eusebius. POTT.

*μετὰ ἀποδείξιος*] *μετὰ ἀποδείξεως οὐδείς με παρήλλαξεν, οὐδὲ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἀρσεπεδονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγέν.* Euseb. *μετ' ἀποδείξεως οὐδεὶς κἀμὲ παρήλλαξεν, οὔτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἀρπεδοναῦται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδώκοντα ἐπὶ ξένης ἐγεν.* MS. Joan. POTT.

57, 8. Ἀρπεδονάπται] Ἀρσεπεδονάπται indubitanter retinuit apud Eusebium Vigerus ejus editor, non advertens haec e Clemente petita esse. Est autem verior lectio Ἀρπεδονάπται, unde factum Ἀρπεδοναῦται in codice Joan. Porro *ἁρπεδόνας ἅπτειν* idem est, quod *γραμμὰς συντίθεσθαι*· in quo his viris, utpote mathematicorum filiis, praecipue studium erat. Vigerus perperam ducit ab *ἅρσις, πέδον* et *ἅπτω*. POTT.

57, 9. *ἐπῆλθε*] Haec etiam Eusebius paulum mutata in suam Pr. Ev. transtulit, *ἐπῆλθε γὰρ καὶ οὗτος Βαβυλῶνά τε καὶ τὴν Περσίδα καὶ Αἴγυπτον, τοῖς τε Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων*. Ubi pro *Αἰγυπτίοις* restituendum ex Clemente *μάγοις*. Porro pro *ἱερεῦσι μαθητεύων* codex Joan. exhibet *ἱστοροῦσι μαθητῶν*. Tatianus p. 64. edit. Oxon. de Democrito ait, *ὁ τὸν μάγον Ὀστάνην καυχώμενος*. POTT.

57, 11. *Ζωροάστρην τὸν μάγον*] *Ζωροάστρης ὁ Μῆδος* idem dicitur infra p. 399. Verum Strom. 5. p. 711. seipsum appellat *γένος Πάμφυλον*. Laertius in prooemio refert Magorum principem fuisse *Ζωροάστρην τὸν*

Πέρσην. Conf. de Zoroastre Recognitiones Clementis 4, 27; Clementina homil. 9. cap. 4. et utrobique Cotelerii notae. POTT.

57, 12. ἐδήλωσεν] Aptius ἐζήλωσεν, quod C. quoque monuit. SYLB. "Ita legebat Cyrillus lib. 3. Contra Julian. p. 87. uti constat non modo ex prolatis ibidem Clementis verbis, sed etiam ex sequentibus Cyrilli, qui Pythagoram appellat Zoroastris πανάριστον ζηλωτὴν," inquit, Tatiani editor Oxon. p. 64. POTT.

βίβλους ἀποκρύφους] Plinius 30, 1. "Hermippus, qui de tota ea arte diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque voluminibus ejus positis, explanavit." Recognitiones Clementis 4, 27: "Cham cuidam ex filiis suis, qui Mesraim appellabatur, a quo Aegyptiorum et Babyloniorum et Persarum ducitur genus, male compertam magicae artis tradidit disciplinam: hunc gentes, quae tunc erant, Zoroastrem appellaverunt, admirantes primum magicae auctorem, cujus nomine etiam libri super hoc plurimi habentur." POTT.

57, 13. Προδίκου] Prodici haereseως meminit postea Clemens Strom. 3. p. 525. et Strom. 7. p. 854. Ad verba e Recognitionibus Clementis modo laudata haec annotavit Cotelerius. "Cf. locum Clementis Alexandrini Strom 1. p. 357. de apocryphis Zoroastris libris circumlatis in Gnostica haeresi Prodici, cum loco Porphyrii in Vita Plotini de libro adulterino Zoroastris nomine inscripto apud Gnosticos." POTT.

57, 16. Ναζαράτῳ τῷ Ἀσσυρίῳ] Huetius Demonstrationis evangelicae propos. 4. haec dicit. "Pro eo, quod legi debet Ζαράτῳ, perperam legitur Ναζαράτῳ, de vitiosa iteratione postremae literae praecedentis. Zaratus autem est quem Zabratum appellat Porphyrius in Vita Pythagorae, et Zaratum Plutarchus lib. Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας. Atque hunc esse Zoroastrem supra probavimus." De hoc nomine confer quae annotavit Cotelerius ad Recognit. Clementis 4, 27; Cyrillus Contra Julian. lib. 4. qui ex Clemente sua transtulit, Zaran hunc virum appellat. POTT.

57, 19. Κλέαρχος—συνεγένετο] Hanc pericopen Eusebius transtulit in Pr. Ev. 9, 2. 6. p. 410. Ipsa Clearchi verba ex ejus lib. De somno laudata reperies ejusdem libri c. 5. POTT.

57, 20. εἰδέναι] Vigerus ad Euseb. "Dubium est eumne sibi visum dicat, aut utcunque cognitum." POTT.

57, 21. Ἡράκλειτος] Plutarchus haec verba Heracliti de Sibylla affert lib. De Pyth. oraculis, Σίβυλλα, μαινομένῳ στόματι ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώτιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν. Ex eodem libro sumptum est quod sequitur de petra, quae apud Delphos ostenditur. Sed omissa sunt quaedam ab Herveto, sequitur enim post illud, a Musis, ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν· ἔνιοι δέ φασιν ἐκ Μαλιαίων ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Σιδῶνος. At Plutarchus, εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Ποσειδῶνος. Sic in Aldina editione: at interpres Gallicus eruditissimus nobis est sequendus, qui cum manuscriptis eum auctorem contulit "Quidam autem aiunt ex Malea profectam illam, filiamque Lamiae fuisse, Neptuni filiae." Postremo et quae ex Serapione proferuntur, ex eodem loco decerpta sunt. COL.

57, 22. πεφάνθαι] φάναι Lowthius.

φασὶ γοῦν ἐν Δελφοῖς] Pausanias 10, 12, 1. Πέτρα δέ ἐστιν ἀνίσχουσα ὑπὲρ ταύτης· ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ στῆσάν φασιν ἕξαι τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ἡροφίλην, Σίβυλλαν δὲ ἐπίκλησιν τὴν πρότερον γενομένην. ταύταις ταῖς μάλιστα

*ὁμοίως οὖσαν ἀρχαίαν εὕρισκον, ἣν θυγατέρα Ἕλληνες Διὸς καὶ Λαμίας τῆς Ποσειδῶνός φασιν εἶναι.* POTT.

P. 58, l. 5. **Σιδῶνος**] Pro **Σιδῶνος** apud Pausaniam p. 327, 21. legitur **Ποσειδῶνος**, paterque Sibyllae perhibetur Jupiter. Plutarchus quoque in libro *περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν* Lamiam Neptuni filiam facit, ut monuit Joannes Opsopoeus. SYLB.

58, 13. *ἐν τῇ σελήνῃ*] Plutarchus lib. De his qui sero a Numine pun., p. 567. edit Paris. *ἔλεγε δὲ ὁ δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης· ᾄδειν γὰρ αὐτὴν περὶ τῶν μελλόντων ἐν τῷ προσώπῳ τῆς σελήνης περιφερομένην.* POTT.

58, 15. **Πυθαγόρειος**] Sic postea Strom. 5. p. 647. *ὁ μὲν βασιλεὺς Ῥωμαίων· (Νουμᾶς ὄνομα αὐτῷ·) Πυθαγόρειος ὤν.* etc. Plutarchus Numae c. 8. et aliis locis refert Numae instituta Pythagoricis simillima fuisse: *ἐξ ὧν καὶ μάλιστα λόγον ἔσχεν ἡ σοφία καὶ ἡ παίδευσις τοῦ ἀνδρὸς ὡς Πυθαγόρᾳ γεγονότος.* Similia dicit Livius Histor. lib. 1. et lib. 40. ubi errorem de Numa Pythagorae discipulo inde manasse existimat, quod utrisque similia instituta fuerint. Cicero De oratore 2, 37. dicit Numam, Pythagoreum licet existimatum, tamen "annis permultis ante fuisse quam ipse Pythagoras." Et paulo post principium lib. 4. Tusc. quaest., cum dixisset, "Pythagoram fuisse in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit;" nonnullis interjectis haec adjicit: "Quinetiam arbitror propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem, Pythagoreum a posterioribus existimatum: nam cum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent, regisque ejus aequitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, aetates autem et tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem fuisse crediderunt." Dionysius Halicarnassensis Antiq. Roman. lib. 2. *Πολλοὶ μὲν οἱ γράψαντες ὅτι Πυθαγόρου μαθητὴς ὁ Νουμᾶς ἐγένετο, καὶ καθ' ὃν χρόνον ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἀπεδείχθη βασιλεύς, φιλοσοφῶν ἐν Κρότωνι διῆγεν. ὁ δὲ χρόνος τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας μάχεται,* etc. POTT.

58, 20. *ὡς οὐκ ἐφάψασθαι*] De simulacris a Numa vetitis meminit etiam Plutarchus in Numa: cujus haec quoque ibidem verba sunt. H. SYLB. Item quod Numae tempore "nec simulacris, nec templis res divina constaret," refert Tertullianus Apol. cap. 25. et Ad Nation. lib. 2. sub finem. POTT.

P. 59, l. 4. **Χαλδαῖοι**] Hesychius, *Χαλδαῖοι, γένος μάγων πάντα γινωσκόντων.* POTT.

59, 5. **Σαμαναῖοι**] Cyrillus Contra Julian. l. 4. *καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι, καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι.* Quae quidem, ut alia etiam non pauca, e Clemente transtulit. POTT.

59, 6. *οἱ μέν γε*] Magos ex Arabia profectos, refert Justinus M. Dialogo cum Tryphone, *ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν, Μάγοι ἀπὸ τῆς Ἀραβίας παραγενόμενοι προσεκύνησαν αὐτῷ.* Hunc sequuntur Tertullianus et Epiphanius. Alii e Media, Parthia, Chaldaea, Mesopotamia venisse hos magos existimant. Conf. Montacutius Originum ecclesiasticarum part. 1. p. 206. seq. POTT.

59, 10. **Σαρμᾶναι**] Hi ab aliis Samanaei dicuntur. Origenes Contra Celsum 1. p. 19. *Αἰγυπτίων οἱ σοφοὶ, ἢ τῶν παρὰ Πέρσαις μάγων οἱ λόγιοι, ἢ τῶν παρ' Ἰνδῶν φιλοσοφούντων Βραχμᾶνες, ἢ Σαμαναῖοι, καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον τῶν ἐθνῶν.* Porphyrius De abstinentia l. 4. *Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἔστι τι γένος παρ' αὐτοῖς τῶν θεοσόφων, οὓς γυμνοσοφιστὰς*

καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. τούτων δὲ δύο αἱρέσεις· ὧν τῆς μὲν Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι. POTT. De Samanaeis et Sarmanis accuratius quaesiverunt Lassenius aliique, quorum sententias exposuit Muellerus in Fragm. Histor. vol. 2. p. 437.

59, 16. Βούττα] Idem hic, quem alii Buddam, et mendose Bubdam vocant. Ratramnus De nativitate Christi cap. 3: "An certe Bragmanorum sequemur opinionem, ut quemadmodum illi sectae suae auctorem Bubdam per virginis latus narrant exortum, ita nos Christum fuisse praedicemus?" POTT. Indicum nomen Buddha est.

59, 17. εἰς] ὡς Potterus frustra.

59, 21. διδάσκεσθαι] Quamvis tolerari possit haec vox, malim tamen ἀσκεῖν, quod habet Theodoretus De curand. Graec. affect. 12. p. 670. ubi a Clemente doctus haec dicit, καὶ γὰρ Ἑλλάνικος ἐν ταῖς ἱστορίαις ἔφη τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, μὴ κρεηφαγοῦντας, ἀλλὰ ἀκροδρύοις χρωμένους. POTT.

Κρεοφαγοῦντας] Formam recentiorem κρεωφαγοῦντας, intulit Sylb.

P. 60, l. 1. τοὺς ἑξηκονταετεῖς] Similia de Massagetis refert Herodotus sub finem lib. 1. et de Sardoniis Tzetzes in Lycophronis v. 796. POTT.

60, 3. Γερμανοῖς] Id memorat Caesar De bello Gallico 1, 1. "Cum ex captivis quaereret Caesar, quamobrem Ariovistus praelio non decertaret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matresfamilias sortibus et vaticinationibus declararent, utrum praelium committi ex usu esset, necne: eas ita dicere, non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam praelio contendissent." Idem referunt Dio Cassius Roman. hist. lib. 38. extremo, Polynaeus 8, 23; Julius Celsus in Vita Caesaris, et Plutarchus in Caesare c. 19. quo loco, ut alias non semel, iisdem fere verbis quibus Clemens noster usus est, ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἤμβλυνε τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι, καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ ψόφοις τεκμαιρόμεναι προεθέσπιζον, οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. POTT.

60, 7. σελήνην τὴν νέαν] De novilunii observatione quod Germanis tribuit narrat Caesar lib. 1. de Bello Gallico. R. SYLB.

60, 8. Ἰουδαῖον] Judaicas antiquitates caeteris omnibus anteire docuit etiam Fl. Josephus Contra Apionem, Justinus Martyr Paraenesi ad Graecos, et Eusebius Pr. Ev. H. SYLB.

60, 10. ὁ Πυθαγόριος—Φίλων] Sic Sozomenus Hist. Eccles. 1, 12: Φίλων δὲ ὁ Πυθαγόρειος. Ubi haec annotavit Valesius, "In codice Fuketiano scriptum est Πυθαγόριος. Atque ita semper in optimis exemplaribus hoc vocabulum scriptum inveni. ... Porro cur Sozomenus Philonem Pythagorium nominaverit nescio. Melius, meo quidem judicio, Platonicum dixisset, siquidem de Philone ab antiquis dictum accepimus, ἢ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει, teste Hieronymo in libro De scriptoribus ecclesiasticis." Sed Pythagoram etiam sectatus est Philo. Unde τῶν Πυθαγορείων ἱερώτατον θίασον vocat in principio lib. Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. POTT. Restitui sectam quae apud Sotomenum est scriptura Πυθαγόρειος.

60, 20. Ἰδαίων] De Idaeis Dactylis vise et Diodorum Siculum 5, 64. et Plutarchi Vitas p. 22. H. SYLB.

60, 22. Ἐφεσίων λεγομένων γραμμάτων] De his Plutarchus Symp. 7, 5. οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς

καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. Quales autem hae literae fuerint docet Clemens Strom. 5. p. 672. ubi conf. quae annotata sunt. POTT.

P. 61, l. 3. κόσμου κίονας] Scilicet columnas in quibus, more antiquo, coelestium corporum motus inscripserat. Hinc de Atlante coelorum columnas humeris sustinente nata est fabula. Conf. quae paulo superius de veterum στήλαις annotata sunt. POTT.

61, 9. θυσίας ἱλαρὰς] Heinsius scripsit θυσίας ἱερὰς. Verum nil mutandum. Intelligit enim sacrificia, quibus sperabant deos reddere ἱλαροὺς, *propitios*. Est enim ἱλαρὸς Hesychio ἵλαος, ἵλεως. Quinetiam ipsi deorum cultores sacrorum tempore ἱλαροὶ erant genioque indulgebant, et hymnos cantabant, atque his artibus deos ἱλαροὺς et ἱλάους faciebant. Quo spectant quae refert Athenaeus 8. p. 363. τὰς δὲ εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφὴ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὖ ἔχειν, εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὑτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μηθυμναῖον καὶ Λυαῖον καὶ Εὔϊον καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον, ὥσπερ καὶ τὸν μὴ σκυθρωπὸν καὶ σύννουν ἱλαρὸν, διὸ καὶ τὸ δαιμόνιον ἵλεων ἠξίουν γίνεσθαι ἐπιφωνοῦντες ἰὴ ἰή. Ὅθεν καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ τοῦτο ἔπραττον, ἱερὸν ὠνόμαζον. ὅτι δὲ τὰν αὐτὸν ἵλεων καὶ ἱλαρὸν ἔλεγον δηλοῖ Ἔφιππος, etc. Hujusmodi sacrificium est quo Graeci Homerici Apollinem iratum placant Iliad. A. POTT.

P. 62, l. 3. βάρβαροι] Hinc de Celso Origenes 1. p. 5. ait, ἐξῆς βάρβαρόν φησιν ἄνωθεν εἶναι τὸ δόγμα, δηλονότι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, οὗ Χριστιανισμὸς ἤρτηται. Καὶ εὐγνώμως γε οὐκ ὀνειδίζει ἐπὶ τῷ ἀπὸ βαρβάρων ἀρχῇ τῷ λόγῳ, ἐπαινῶν ὡς ἱκανοὺς εὑρεῖν δόγματα τοὺς βαρβάρους. Tatianus idem argumentum copiose tractavit principio Orat. ad Graecos, quem Clemens fere κατὰ πόδας secutus est. ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; p. 2. Deinde Telmissensibus tribuit τὴν δι' ὀνείρων μαντικὴν, Caribus τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν, Phrygibus et Isauris πτήσεις ὀρνίθων, reliqua ut praeteream, quae apud ipsum legi possunt. Conf. etiam Theodoretus De curandis Graec. affect. p. 467. In quo opere a Clemente non pauca mutuatus est. POTT.

62, 5. Αἰγύπτιοι] Hanc de rerum inventoribus pericopen, usque ad haec verba, Ἕλληνες τὰ ἐπιτηδεύματα ὠφέληνται, recitavit in Pr. Ev. 10, 6. Eusebius ῥήμασιν αὐτοῖς ut ait ipse. Sunt tamen quae omisit, quaeque e suis locis in aliena transtulit. Conf. Recognitiones Clementis 5, 20. quaeque ibi de rerum inventoribus e MSS. Regiis collegit Cotelerius; et Plinius 7, 56. POTT.

P. 62, 14. Τυρρηνοὶ] Athenaeus 4. p. 184. Τυρρηνῶν δέ ἐστιν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγες. POTT. De Tyrrhenis tubae inventoribus v. Schol. ad Eurip. Phoen. 1377. vol. 3. p. 349. ed. Oxon. cum annotatione Valckenarii.

62, 16. Κάδμος] Cadmum literas primum in Graeciam intulisse tradit etiam Herodotus 5, 58 Diodorus Sic. 5, 57. Fl. Josephus p. 917; Plutarch. Sympos. 9, 2. H. SYLB. Quibus addi poterunt, quae congessit Fabricius Bibliothecae Graecae 1, 23, 2. Porro hanc de Cadmo periochen omisit Eusebius, ut etiam sequentia verba usque ad θάλασσαν ἔπλευσε, cod. Joan. Nihilominus ea, quae ad Cadmum spectant, olim apud Clementem exstitisse, locuples testis est Cyrillus Contra Julian. 7. p. 231. ubi postquam dixerat literas a Judaeis ad Phoenices descendisse, haec addit, παραδοῦναι δὲ τοῖς Ἕλλήνων παισὶ, Κάδμου δηλονότι παρ' αὐτοῖς γεγονότος, καὶ αὐτὰ δὲ διδάξαντος τὰ πρῶτα στοιχεῖα. ταύτης ἰδίᾳ

μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς Στρωματεῦσι Κλήμης, ἀνὴρ ἑλλόγιμος καὶ φιλομαθής, καὶ ἀναγνωσμάτων Ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα τῶν πρὸ αὐτοῦ. Theodoretus etiam ut alibi saepe, sic in his etiam Clementem nostrum secutus est, serm. 1. De curand. Graec. affect. p. 467, 468. καὶ τὰ γράμματα δὲ Φοίνικας εὑρηκέναι λογοποιοῦσιν οἱ Ἕλληνες, καὶ τὸν Κάδμον ταῦτα πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα κομίσαι. Ἰατρικῆς δὲ ἄρξαι τὸν Ἀσίν φασι τὸν Αἰγύπτιον, εἶτα τὸν Ἀσκληπιὸν αὐξῆσαι τὴν τέχνην. σκάφος δὲ πρῶτον ἐν Δμβύῃ ναυπηγηθῆναι λέγουσιν. POTT.

P. 63, l. 2. Ἡροδότος] Sunt etiam qui φοινικῆια γράμματα a Cretensibus dicta autumant, qui literas a sese, ut dicebant, inventas foliis palmarum, quas Graeci φοίνικας vocant, inscribere consueverunt. Conf. Suidas v. Φοινικῆια γράμματα, Apostolius 20, Proverb. 29. Meursii Creta 4, 1. sub finem. POTT.

63, 7, Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναναίνς] Apud Eusebium Τέλμις τε καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰουδαίων δάκτυλοι, πρῶτοι ἐν Κύπρῳ σίδηρον εὗρον. Trapezuntius, "Tolmentem vero et Damnamenaeum Judaeos in Cypro primos ferrum invenisse." Atque ita Polydorus Virgilius in lib. De inventoribus. Clemens habet rectius, Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναναίνς οἱ τῶν Ἰδαίων. Apollonii scholiastes auctoris Phoronidis, carmina citat, in quibus tres tantum Dactyli nominantur,

Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων.

Vide proverbium Κέλμις ἐν σιδήρῳ, de iis qui nimium sibi credunt. Sunt qui quatuor numerent, ait Greg. Gyraldus Synt. 1. Salaminum, Damnameneum, Herculem et Acmonem. Plin. 7, 56. "Ferrum Hesiodus in Creta eos, qui vocati sunt Dactyli Idaei." Itaque hic fortasse legendum erat ἐν Κρήτῃ, non ἐν Κύπρῳ. Sed et Strabo lib. 14. scribit Telchinas, quos quidam et Corybantes putant ex Creta in Cyprum venisse, et primos ferrum, et aes operatos esse. Diod. Siculus 5, 15. in loco, quem Berecynthum dicunt, Idaeos Dactylos ignis usum et aeris, ferrique naturam invenisse tradit. COL. Τέλμης τε Δαμναμενεύς codex Joan. Vera nomina esse Κέλμις, et Δαμναμενεύς, e veteri Phoronidis auctore constat. Eorumdem etiam multis in locis meminit Nonnus, et e multis Dactylis, quos memorat Apollonii vetus scholiastes, duo praecipui sunt Κέλμις et Δαμναμενεύς. POTT.

63, 9. Ὁ δὲ ἄλλος Ἰδαῖας] At Eusebius, Δέλας δὲ ἄλλος Ἰουδαῖος [duo codices Ἰδαῖος] εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης. Trapezuntius: "Aeris autem tincturam aut temperiem, qua robur accipit, Delam Judaeum comperisse, quamvis Hesiodus Delam ex Scythia fuisse asserat." Plin. 7, 56. "Aes conflare et temperare Aristoteles Lydum Scythem monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat." Scribe ergo "Delas autem alius Idaeus aeris," etc., quamvis de patria diversa sentiant. COL. Δέλλας habere MS. Palat. refert Sylburgius.

χαλκοῦ] χαλκῷ codex Joan. POTT.

63, 11. ἅρπην] Vid. Brodaeus Miscell. lib. 1, 19. et Justus Lipsius Saturn. 2, 9. ubi ἅρπην esse Latinorum *sicam*, ex Josepho et veteribus glossis docet. SYLB. Eusebium secutus Polydorus Vergilius falcem vocat, id est, ensem falcatum, non falcem ruralem. Claudianus De laud. Stilic. 1, 110, 111.

..... Non falce Gelonus
non arcu pepulere Getae

COL. ἅρπιν cod. Joann. POTT.

63, 14. Σαννίτης] Samnitas scutum invenisse testatur etiam Athenaeus 6. p. 273. ab Sylb. citatus. Σαννίτης, non Σαμνίτης, Graeca nominis forma est, de qua vid. Thesaurus vol. 7. p. 104.

P. 64, l. 1. τὸν νάβλαν καλούμενον] τὴν νάβλαν καλουμένην Eusebius. Frequentior in usu est νάβλας quam νάβλα, ut apud Athenaeum 4. p. 175 D. νάβλα εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ, ἢ ψαλτήριον, ἢ κιθάρα. Diversum tamen esse a psalterio conjicit ex Cicerone De aruspicum resp. et Quintiliano H. Stephanus. L. Coelius Rhodigin. 9, 4. pro psalterio accipit; et quidam interpretes ex Hebraeo I. Paral. 15. ἀναφωνοῦντες ἐν νάβλοις καὶ κιθάραις. Ibidem, ἐν νάβλαις περὶ τῶν κρυφίων. Vox ab Hebraeo non multum discedit. Ovid. Artis Amatoriae 3, 327:

Disce etiam duplici genialia naulia palma
Verrere .....

Pollux 4, 61. ἀλλὰ μὴν καὶ νάβλης μνημονεύεται Φιλήμων ἔδει παρεῖναι Παρμένων αὐλητρίδα, ἢ νάβλην τιν'. Sic enim lego ex literarum vestigiis scripti libri. COL. Apud Pollucem nunc recte καὶ νάβλας (nisi νάβλα scripsit)—νάβλαν τινά.

64, 6. Νώροπες] Comparandum Νώρακος, πόλις Παννονίας (alii Παιονίας) apud Stephanum Byz. unde νώροπα χαλκόν apud Homerum repetunt grammatici. POTT.

64, 9. περί τε μουσικήν] De musicae musicorumque instrumentorum inventoribus comparandus Plinius H. N. 7, 56. POTT.

64, 13. τρίχορδον] Pollux 4, 60. τρίχορδον δὲ, ὅπερ Ἀσσύριοι πανδοῦραν ὠνόμαζον, ἐκείνων δ' ἦν τὸ εὕρημα. Non τρίχορδον, sed δίχορδον ab Assyriis inventum esse Clemens supra tradit in fines 5. 75.

64, 14. Ὕαγνιν pro Ἄγνην restituendum esse indicarunt Palmerius Exercit. in Chron. marm. Arundel. p. 687. et Worthius ad Tatian. p. 6. Plutarchus lib. De musica ε'. κρούματα Ὀλυμπον πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι· Ὕαγνιν δὲ πρῶτον αὐλῆσαι, εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτα Ὀλυμπον. POTT. De Olympo v. Suidas s. h. v. cum annot. interpretum. "Basilius orat. πρὸς νέους, Εἰ δὲ τὰ Μαρσύου, ἢ τὰ Ὀλύμπου τῶν Φρυγῶν περιεργάζοιντο κρούματα." COL.

64, 20. τρίκροτον] τρίκωπον Eusebii codices plerique, quod vel ab ipso vel ab librario substitutum videtur. De voc. τρίκροτος v. Thesaurum vol. 7. p. 2439.

P. 65, l. 2. πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι] Haec Clemens a Tatiano didicisse videtur. Hic enim p. 5. haec dicit, καὶ ἐπιστολὰς συντάσσειν ἡ Περσῶν ποτε ἡγησαμένη γυνὴ, καθάπερ φησὶν Ἑλλάνικος· Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ. Non quod illa primum epistolas scripserit, ut plerumque existimabant post Tatiani et Clementis interpretes viri eruditi, sed quod certam tabularum epistolicarum formam docuerit. Conf. Dodwellus praefat. ad libellum De aetate Phalaridis et Pythagorae. POTT.

65, 14. ἐμοὶ περίβλημα] In epistola Anacharsidis ad Hannonem inter epistolas Genevae editas p. 349. hoc effatum sic se habet, ἐμοὶ μὲν περίβλημα, χλαῖνα Σκυθική· ὑπόδημα, δέρμα ποδῶν· κοίτη δὲ, πᾶσα γῆ· δεῖπνον καὶ ἄριστον, γάλα καὶ τυρὸς, καὶ κρέας ὀπτόν· πιεῖν, ὕδωρ. Cicero Tuscul. quaest. 5, 32. "Illius (Anacharsidis) epistola fertur his verbis: Anacharsis Hannoni salutem. Mihi amictui est Scythicum tegmen; calceamentum, solorum callum; cubile, terra; pulpamentum, fames; lacte, casco, carne vescor." POTT.

65, 15. ἔργα] Similia superius dixit Paedagogi initio. POTT.

P. 66, l. 11. Λᾶσος] De hoc v. Suidas s. h. v. POTT.

66, 24. εἰς ἔκδοσιν] Antiquiores advocati orationes a se compositas tradebant reis ac litigantibus, qui pro se eas pronuntiabant. Qualis ea fuit, quam a Lysia oblatam Socrates recusavit. Cicero De oratore, lib. 1. "Quinetiam cum ei (Socrati) scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in judicio uteretur, non invitus legit. et commode scriptam esse dixit; sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri." POTT.

P. 67. l. 5. νόμους] Sc. scriptos. Strabo de Locrensibus, Πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγράπτοις πεπιστευμένοι εἰσί. Marcianus Heracleotes:

. . . . . οἱ δὲ λεγόμενοι
Ἐπιζεφύριοι, πλησίον κεῖνται Λοκροί.
Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις
Γραπτοῖσιν, οὓς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ. POTT.

Μίνω] Tatianus, a quo Clemens haec sumpsisse videtur, Orat. ad Graecos c. 63. p. 140. edit. Oxon. Μίνως γάρ, ὁ πάσης προῦχειν νομισθεὶς σοφίας, ἀγχινοίᾳ τε καὶ νομοθεσίᾳ, ἐπὶ Λυγκέως, τοῦ μετὰ Δαναὸν βασιλεύσαντος, γέγονεν, ἐνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἶναχον. Λυκοῦργος δὲ πολὺ γεννηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Δράκων δὲ περὶ ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἐννάτην εὑρίσκεται γεγονὼς, Σόλων περὶ μ', Πυθαγόρας περὶ ξβ'. POTT. Nostrum et Leopardi lectionem confirmat chronologia Clementis infra p. 138, 52. SYLB.

67, 6. ἐνδεκάτῃ] Interpres legit ἐν δεκάτῃ. SYLB.

67, 9. ἑκατὸν πεντήκοντα] Tatianus l. c. ἑκατόν habet. Itaque deesse in Tatiano quinquaginta annos putavit Jos. Scaliger, in Chronicum Eusebii scribens, ad annum ab Abrahamo 1132. E contra vero annotat ad Tatianum Fronto Ducaeus, "eundem ex Clemente p. 328. Dieuchidam citasse: Διευχίδας γὰρ ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἐνενηκοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν ἀκμὴν Λυκούργου φέρει· nimirum anno 1125. ab Abrahamo, qui tantum quinquennio distat ab anno 1130. in quo Eusebii Chronicum vult Lycurgum floruisse; ut Tatiani lectio, quae centum annis tantum vult eum praecessisse Olympiades, eum refert ad annum 1161. Denique apud Eusebium Pr. Ev. 10, 3. p. 291. eodem modo legitur, πολὺ μετὰ τὴν Ἰλίου γεννηθεὶς ἅλωσιν πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατόν. Itaque nihil est necesse ut annos illos quinquaginta textui Tatiani adjungamus." Haec illic. POTT. Tatianum centum annorum numerum rotundum pro centum et octo, qui chronologiae Eratosthenicae conveniat, posuisse opinatur Fischerus in Tabulis chronol. p. 36.

67, 17. ἡρῷον] De heroi inventione meminit etiam Plutarchus lib. Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν νῦν Πυθίαν p. 621. Ἔνιοι δὲ καὶ πρῶτόν φασιν ἡρῷον ἐνταῦθα (nempe ἐν τῷ τῶν Μουσῶν ἱερῷ) μέτρον ἀκουσθῆναι· συμφέρετε πτερὰ οἰωνοί, κηρόν τε μέλισσαι. H. SYLB.

P. 68, l. 6. πάντες] Respicit Christi dictum Joan. x. 8: Πάντες, ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. Conf. quae annotata sunt ad principium Strom. 2. POTT.

68, 14. ἄγγελος] Clemens superius memoravit nonnullos fuisse, qui diabolum philosophiae auctorem existimarent, Strom. p. 326. sub finem.

Putarunt enim e veteribus non pauci angelos malos sive feminarum amore captos, sive ut homines in errores traherent, varias illis artes ac disciplinas revelasse. Tatianus Orat. ad Graec. p. 28, 29. *ὑπόθεσις δὲ αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας οἱ ἄνθρωποι γίνονται. Διάγραμμα γὰρ αὐτοῖς ἀστροθεσίας ἀναδείξαντες, ὥσπερ οἱ τοῖς κύβοις παίζοντες, τὴν εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο λίαν ἄδικον.* Hermias philosophus cum Tatiano editus p. 213, 214: *Δοκεῖ γάρ μοι (σοφία) τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας.* Tertullianus Apolog. c. 35. "Qui astrologos et aruspices et augures et magos de Caesarum capite consultant, quas artes, ut ab angelis desertoribus proditas et a Deo interdictas, ne suis quidem causis adhibent Christiani." Idem De idololatr. c. 9. "Angelos esse illos desertores, amatores feminarum, proditores hujus curiositatis (astrologiae), proinde quoque damnatos a Deo." Idem De cultu femin. 1, 2. "Nam et illi, qui ea constituerunt, damnati in poenam mortis deputantur: illi scilicet angeli, qui ad filias hominum de coelo ruerunt, ut haec quoque ignominia feminae accedat. Nam et cum materias quasdam bene occultas, et artes quasdam non bene revelatas, seculo multo magis imperito prodidissent (siquidem et metallorum opera nudaverant, et herbarum ingenia traduxerant, et incantationum vires provulgaverant, et omnem curiositatem usque ad stellarum interpretationem designaverant), proprie et quasi peculiariter feminis instrumentum istud muliebris gloriae contulerunt, lumina lapillorum, quibus monilia variantur; et circulos ex auro, quibus brachia arctantur, et medicamenta ex fuco, quibus lanae colorantur; et illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur." Clemens postea Strom. 5. p. 650. *οἱ ἄγγελοι ἐκεῖνοι, οἱ τὸν ἄνω κλῆρον εἰληχότες, κατολισθήσαντες εἰς ἡδονὰς, ἐξεῖπον τὰ ἀπόρρητα ταῖς γυναιξὶν, ὅσα τε εἰς γνῶσιν αὐτῶν ἀφῖκτο, κρυπτόντων τῶν ἄλλων ἀγγέλων, μᾶλλον δὲ τηρούντων εἰς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν.* Conf. Strom. 6. p. 822. Paedag. 3. c. 2. extremum, et quae ibi annotata sunt. Porro his aliisque hujusmodi opinionibus originem praebuisse videtur Enochi liber supposititius, qui Spicileg. Patrum sec. 1. a Joan. Grabio editi p. 350. de quodam lapso angelo haec continet, *ἐδίδαξε γὰρ τὰ μυστήρια, καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρανῷ· ἐπιτηδεύουσι δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ, εἰδέναι τὰ μυστήρια, ταλμῶσιν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Sequuntur hac de re alia non pauca, quae perscribere nimis longum esset. POTT.

68, 27. *ᾧ γὰρ κωλῦσαι*] Paulus J. C. in l. Nullum, 109. de regul. Juris; et l. Culpa. 50. eodem. R. Infra eadem disputatio repetitur p. 333, 10. SYLB.

P. 69, l. 3. *ἐκτίσθαι*] Fortasse rectius *κτίζεσθαι*, ut in praecedente membro *γίγνεσθαι*. SYLB.

69, 13. *λεγόντων*] Imperativus. SYLB.

69, 17. *μετανοῆσαι οἷός τε ἦν*] Eandem sententiam postea defendisse Origenem, Clementis discipulum, satis notum est. POTT.

69, 20. *τὸ μὲν μὴ κωλυτικὸν*] Similia dicit infra Strom. 4. p. 508. et 8. p. 931. *τὸ μὴ κωλῦον ἀνενέργητόν ἐστιν· διὸ οὐκ ἔστιν αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον, ἀλλὰ τὸ κωλῦον· ἐν γὰρ τῷ ἐνεργεῖν καὶ δρᾶν τι τὸ αἴτιον νοεῖται. Ἔτι τὸ μὴ κωλῦον κεχώρισται τοῦ γινομένου· τὸ δὲ αἴτιον πρὸς τὸ γινόμενον. οὐκ ἂν οὖν εἴη αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον.* Quod allatis etiam exemplis ibidem probat. POTT.

69, 25. *οὐχὶ μὴ κωλῦον, ἀλλὰ προτρέπον*] Lowthius scribendum admonuit, *οὐχὶ μὴ προτρέπον, ἀλλὰ κωλῖον*· et delenda sequentia, *εἰ καὶ μὴ*

προέτρεπεν. Quoad vero hoc postremum, ei assentiri haud possum. Sensus enim est, "Daemonium Socrati causam agendi fuisse, non eum hortando, sed prohibendo, etiam tum, cum non hortaretur." Vult enim auctor ostendere non solum eum, qui hortatur; sed etiam eum, qui prohibet, etiamsi non hortetur, vere causam esse. Porro Socrates apud Platonem refert, daemonium, quod sibi assistebat, prohibere solitum, non vero hortari, Theag. p. 93. ἔστι γάρ τι θείᾳ μοίρᾳ παρεπόμενον ἐμοί, ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον· ἔστι δὲ τοῦτο φωνή, ἥ ὅταν γένηται, ἀεί μοι σημαίνει ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀπατροπήν· προτρέπει δὲ οὐδέποτε. Quae infra recitat Clemens p. 399. Similia apud Platonem occurrunt in Socratis apolog. p. 30. POTT.

P. 70, l. 26. ἀληθῆ] Quod falsi prophetae vera quaedam falsis miscuerint notarunt etiam scriptor Recognit. 4. c. 21, 22. et 8. c. 60. pseudo-Ambrosius ad 1 Thess. 5, 21. et pseudo-Chrysostomus ad Matth. 7, 21. Conf. Maimonides De fundamentis legis cap. 10. n. 3. POTT.

70, 29. ἄγγελος τῆς μετανοίας] De hoc angelo conf. quae annotavit Cotelerius ad Hermae Past. 2, 1. p. 85. edit. Amstelod. POTT.

P. 71, l. 3. ῥῆξαι] *Dejicere.* Est verbum athletis ac bellatoribus notissimum, apud quos ῥῆξαι est καταβαλεῖν, ut exp. Hesychius. Inde epitheta ῥηξίφρων, ῥηξήνωρ etc. POTT.

71, 27. ταῦτα] Cum ταῦτα, si vera est scriptura, subaudienda praepositio κατά, aut similis: aut legendum ταύτῃ. SYLB.

P. 72, l. 5. πνεῦμα αἰσθήσεως] Respicere videtur Exod. 28, 3. πᾶσι τοῖς σοφοῖς διανοίᾳ, οὓς ἐνέπλησα πνεῦμα αἰσθήσεως. Conf. quae supra dixit Clemens p. 330. POTT.

P. 74, l. 12. κλητοὶ] 1 Cor. 1, 24. αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Χριστὸν θεοῦ δύναμιν καὶ θεοῦ σοφίαν. POTT.

74, 13. ἀδικία] Respicit Rom. 9, 14. Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο. POTT.

74, 14. λαὸς περιούσιος] Ep. ad Tit. 2, 14. καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον. POTT.

P. 75, 5. τὰς τραπέζας] Lowthius ait, "Videtur alludere ad dictum istud Servatoris a veteribus laudatum, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται." De quo conf. quae postea dicentur extremo Strom. 1. p. 424. Respicit vero hoc loco Clemens Christi verba, quae refert Matthaeus 25, 27. ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. POTT.

P. 76, l. 22. ναρθηκοφόροι—] Proverbialis ille versus de multis feruligeris et paucis bacchis legitur etiam infra p. 236, 51. SYLB.

P. 77, l. 9. ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχει] H. MS. ὡς ἄρα πολυμάθεια νόον ἔχειν. SYLB. Secundum Menagium l. c. scribendum, ὡς ἄρα ἡ πολυμάθεια νόον οὐχὶ διδάσκει. Malim vero, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκει. Nam hoc propius ad verba Clementis accedit, et eo modo Heracliti dictum protulit Athenaeus 13. p. 610. "πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν," Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος· ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖός φησι, πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. Καὶ ὁ Τίμων δὲ ἔφη,

ἐν δὲ πλατυσμὸς
πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

Plerique hoc modo Heracliti sententiam proferunt, Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει· ut Laertius principio Heracliti; Julianus imp. orat. 6. Gellius lib. ult., c. ult. POTT.

77, 15. *οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ*] Hactenus Plato. Quae sequuntur usque ad *ἑτέρων μὲν*, Clementis nostri verba sunt: ea tamen tanquam Platonis recitavit loco jam dicto Theodoretus De cur. Gr. affect. 1. p. 470: ea nempe e Clemente, pro more suo, mutuatus. POTT.

77, 19. *Ἀλλ' αὖ τοῦ ἀγ. δι' ἐπ.*] Scribendum ope Theodoreti, *ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ δεῖ ἐπιστήμης καὶ τῆς ἀληθ.* POTT.

77, 20. *ὄντων τἀγαθοῦ ὁδῶν*] *ὄντων* et *ὁδῶν* habent anomaliam generis. SYLB. Scribi forte melius possit, *ἑτέρων μὲν ὄντων τἀγαθῶν*, [voluit *τῶν ἀγαθῶν*] *ἑτέρων δὲ ὁδῶν ἐπὶ τἀγαθόν.* Cujusmodi quiddam cum ea, quae praecedunt, tum quae sequuntur etiam, postulare videntur. POTT.

77, 21. *ἐγκύκλιον*] Conf. quae dicta sunt ad p. 333. POTT.

P. 78, l. 18. *φησὶ*] Parentheticum *φησίν* aliena haec verba ostendit, ut alibi saepe: nec *φύσει* substituere opus est. SYLB. Hanc sententiam rursus laudavit Clemens Strom. 2. p. 466. tacito auctoris nomine. POTT.

78, 22. *καθαρὰ*] Respicit Christi dictum Matth. 5, 8. *μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.* POTT.

P. 79, l. 8. *τῆς ἀκροβυστίας*] Respicit Rom. 2, 26. *ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται;* POTT.

79, 26. *ἡ σοφία*] Sunt haec ex 9. Proverb. et familiare est sanctis Patribus *τῆς Σοφίας* nomine auctores innuere, qui Ecclesiastam, Ecclesiasticum et Proverbia scripserunt, ut *ποιητικῆς* nomine, poetas. Quod vero sequitur, "Sed resilias, ne diu moreris in loco ejus," desumtum est ex appendice ejusdem capitis in editione Romana nuper aucti ut et illa. "Ita enim transibis aquam alienam, et transmeabis fluvium alienum," *καὶ ὑπερβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον*, ex uno libro adduntur, cujus auctoritas confirmari hoc Clementis loco potest, et commentario Didymi nondum edito, qui fluvium interpretatur *διδασκαλίαν ἀπατηλὴν καὶ παρασύρουσαν, οὐ πρὸς καρποφορίαν ἄγουσαν.* Vide quae annotata sunt in Paedagogum. COL. De Sapientiae nomine Solomonis libris indito conf. quae annotavit Cotelerius ad finem Clementis Romani Epist. 1. ad Corinthios. POTT.

P. 80, l. 2. *ὕδωρ ψιλὸν*] Aquarii nempe, de quibus Augustinus lib. De haeres. cap. 64. R. SYLB. Ebionaei solam aquam in eucharistia adhibebant. Quo allusit Irenaeus 5, 1. p. 394. edit. Oxon. "Reprobant itaque hi commixtionem vini coelestis, et sola aqua seculari volunt esse, non recipientes Deum ad commixtionem suam." Conf. Epiphanius hæres. 30. 16. In eundem errorem incidit etiam Tatianus, sectae Encratitarum pater, tradente Epiphanio haeres. 46. *μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις.* Unde ejus discipuli appellabantur *Ὑδροπαραστάται, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες*, ut ait Theodoretus Haeretic. fab. 1, 20. Cyprianus p. 276. edit. Amstelod. "Quidam novella institutione in calice Dominico sanctificando et plebi ministrando non hoc faciunt, quod Christus, hujus sacrificii auctor et doctor, fecit et docuit;" tum pergit solam aquam consecrantes copiose refellere. POTT.

P. 81, l. 20. *θεοδίδακτοι*] Respicit 1 Thess. 4, 9. *αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε.* POTT.

*ἱερὰ ὄντως γράμματα*] Vere sacras appellat Christianorum li[illegible] eas distingueret ab Aegyptiorum, Chaldaeorum, Aethiopum,

literis, quae dicebantur quidem, sed vere non erant *ἱερὰ γράμματα*. POTT.

P. 82, l. 3. *δυνάμει*] Respicere videtur Rom. 1, 4. *τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης.* 1 Thess. 1, 5. *τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ*· vel alium locum his consimilem. POTT.

82, 9. *ἐδικαίου*] Conf. quae superius dixit auctor p. 331. POTT.

82, 23. *δύναμις οὖσα*] Respicit 1 Cor. 1, 24. *αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν θεοῦ δύναμιν καὶ θεοῦ σοφίαν.* POTT.

P. 83, l. 1. *φραγμὸς*] Respicere videtur Matth. 21, 33. *ἄνθρωπος ἦν τις οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῇ περιέθηκε*· vel Esai. 1, 2. POTT.

83, 25. *ἀρχαιοτάτη*] Graeci Christianis objiciebant eorum religionem ac dogmata nuper inventa ac proinde falsa esse: unde apologiarum scriptores saepe ostendunt Judaeorum res, a quibus Christiani originem suam traxerunt, Graecorum philosophia ac historiis omnibus longe vetustiores fuisse. Justinus M. prophetarum Hebraeorum scripta asserit esse *πρεσβύτερα πάντων τῶν γεγενημένων συγγραφέων*, Apol. 1. p. 46. edit. Oxon. Idem vero argumentum latius persequitur Paraenes. ad Graec. p. 62. et seq. Theophilus in principio lib. 3. Ad Autolycum, *λῆρον ἡγῇ τυγχάνειν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, οἰόμενος προσφάτους καὶ νεωτερικὰς εἶναι τὰς παρ' ἡμῖν γραφάς. Διὸ δὴ κἀγὼ οὐκ ὀκνήσω ἀνακεφαλαιώσασθαί σοι, παρέχοντος θεοῦ, τὴν ἀρχαιότητα τῶν παρ' ἡμῖν γραμμάτων.* Ejusdem libri p. 127. edit. Paris. *θέλω δέ σοι καὶ τὰ τῶν χρόνων, θεοῦ παρέχοντος, νῦν ἀκριβέστερον ἐπιδεῖξαι, ἵνα ἐπιγνῷς ὅτι οὐ πρόσφατος, οὐδὲ μυθώδης ἐστὶν ὁ καθ' ἡμᾶς λόγος, ἀλλ' ἀρχαιότερος καὶ ἀληθέστερος ἁπάντων ποιητῶν καὶ συγγραφέων.* Dein p. 137. haec addit, *τῶν οὖν χρόνων καὶ τῶν εἰρημένων ἁπάντων συνηριθμημένων ὁρᾶν ἔστι τὴν ἀρχαιότητα τῶν προφητικῶν γραμμάτων, καὶ τὴν θειότητα τοῦ παρ' ἡμῖν λόγου, ὅτι οὐ πρόσφατος ὁ λόγος, οὔτε μὴν τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς οἴονταί τινες, μυθώδη καὶ ψευδῆ ἐστιν, ἀλλὰ μὲν οὖν ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερα.* Quae adduxi, ut pateret cur Clemens aliique veteres apologiarum scriptores in hoc argumento tantopere laborarint. Conf. Lactantius 4. cap. 5. POTT.

P. 84, l. 1. *Τατιανῷ*] Τικιανῷ habet Eusebii codex MS. in collegio D. Joannis Baptistae asservatus. POTT.

84, 4. *Ἀπίων*] Apionem citat etiam Tertullianus in Apologetico adversus gentes c. 19. in quem locum Pamelius scribens monet Plinium 37, 5. ejus meminisse. "Apion," inquit, "cognomento Plistonices, paulo ante scriptum reliquit esse etiam nunc in Labyrintho Aegypti colossaeum Serapim." Justinus Orat. adhortatoria ad gentes, eum dicit Posidonii filium, et Africanus apud Eusebium Pr. Ev. 3, 3. diligentissimum historiae perscrutatorem. Ptolemaeum etiam Mendesium et Mendetis sacerdotem testem laudant Tatianus, Justinus et Africanus apud Eusebium. COL. Conf. etiam de Apione Tatianus cap. 59. Gellius 5, 14. et 7, 8. Recognitiones Clementis 10, 52. quaeque ibi annotavit Cotelerius. POTT.

84, 5. *τετάρτῃ*] Apionis de rebus Aegyptiacis *πέντε εἰσὶ γραφαί*, inquit Tatianus. Ille autem fuit adversus quem Josephus Judaeorum gentem defendit. POTT.

84, 8. *Ἀμώσιος*] Regem hunc Justinus, Theophilus, aliique *Ἄμασιν*

vocant. Ἀμωσίου, cod. Joan. Clemens Tatianum sequitur, qui eum Ἄμωσιν vocat. POTT.

84, 10. Πτολεμαῖον] Conf. iterum Justinus in Paraenes., Tatianus, etc. POTT.

84, 12. Ἀθυρίαν] Ἀούαριν, Euseb. Οὐάρην, cod. Joan. Μαρίαν hodiernus Tatianus p. 130. sed Eusebius ejus verba recitans Ἀβαριν quod nomen etiam retinet in iis quae ex Josepho transtulit in Pr. Ev. 10, 13. p. 501. Ἄβαριν eum Josephus vocat, quod propter similem sonum β et υ idem fere est ac Ἀβαριν. Hinc patet, Clementis Ἀθυρίαν, et Tatiani Μαρίαν mutandum esse in Ἀβαριν, vel Ἄβαριν, vel, si placeat, Ἀούαριν. POTT.

84, 14. ὁ δὲ Πτολεμαῖος] Tatianus p. 129. Αἰγυπτίων δέ εἰσιν αἱ ἐπ' ἀκριβὲς χρόνων ἀναγραφαὶ, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων ἑρμηνεύς ἐστι Πτολεμαῖος, οὐχ ὁ βασιλεὺς, ἱερεὺς δὲ Μένδητος. Οὗτος τὰς τῶν βασιλέων πράξεις ἐκτιθέμενος, κατ' Ἄμωσιν, βασιλέα Αἰγύπτου, γεγονέναι Ἰουδαίοις φησὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν εἰς ἅπερ ἦλθον χωρία, Μωυσέως ἡγουμένου. Λέγει δὲ οὕτως· Ὁ δὲ Ἄμωσις ἐγένετο κατ' Ἴναχον βασιλέα. Origenes Contra Celsum 4. p. 167. ait Mosen tradi ὑπό τινων Ἑλληνικῶν συγγραφέων κατὰ χρόνους γεγονέναι Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως. Tertullianus Apol. c. 19. 'Si quem audistis interim Moysem, Argivo Inacho pariter aetate est." Idem tradit Clemens infra p. 401; Justinus etiam martyr Paraenes. ad Graecos p. 62. et Theophilus Ad Autolycum 3. p. 129. Caeterum Eusebius, in principio praefationis Canonis Chronici, hunc Clementis locum respexit, Μωυσέα γένος Ἑβραῖον, προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοῦ σωτῆρος, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτὸν θεογνωσίας χρησμοὺς καὶ λόγια θεῖα γραφῇ παραδεδωκότα, τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου· τῶν τε ἐκ περιτομῆς, Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος, ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχόντες ἱστορίας. Ἴναχον δὲ τῶν Ἰλιακῶν ἔστησαν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν. Sed quid sibi vult ἑπτακοσίοις? Etenim Clemens mox dixit, Inachum Trojae tempora praecessisse εἴκοσι γενεάς, vel ἔτη τετρακόσια. Ei consentit Tatianus p. 131. ὁ δὲ ἀπ' Ἰνάχου χρόνος ἄχρι τῆς Ἰλίου ἁλώσεως ἀποπληροῖ γενεὰς εἴκοσι. Paulo post p. 132. διόπερ εἰ κατὰ Ἴναχον πέφηνεν Μωυσῆς γεγονὼς, πρεσβύτερός ἐστι τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τετρακοσίοις. Porro si γενεά designet annos 19 aut 20, ut quandoque accipi solet, tum εἴκοσι γενεαὶ exhibebunt annos quadringentos, qui Tatiani ac Clementis numerus est. Quod si γενεαί tres annos centum includant, tum γενεαὶ εἴκοσι καὶ μία Eusebianum annorum septingentorum numerum edent. Quod vero γενεά hoc sensu usurpatum fuerit ipse Clemens paulo infra testatur p. 401. εἰς μέντοι τὰ ἑκατὸν ἔτη τρεῖς ἐγκαταλέγονται γενεαί. Atque hinc orta fuisse videtur de numero annorum dissensio. POTT.

P. 85, l. 2. τεσσαράκοντα] Sic Clemens et Eusebius Graece. Hervetus τέσσαρσι, quia quatuor tantum Argivorum reges enumerat Tatianus ab Inacho ad Triopam, cujus tempore fuit Cecrops. Rursus: "His autem sunt aliae 15," in libro Clementis erat, τούτων δὲ ἄλλα πεντήκοντα δυοῖν νεώτερα, in libro Eusebii, τούτων δὲ ἄλλων δυοῖν νεώτερα. Postremo quod paulo post est, "generationes quidem viginti vel plures," in Graeco Eusebii fuit, γενεαὶ μὲν εἴκοσιν ἢ μιᾷ πλείους, cum tamen Trapezuntius verterit tantum, "generationes 20 connumerentur." Atque annis quidem quadringentis antiquiorem esse Iliacis

temporibus Mosem vult Tatianus, si quidem Inachi sit aetate Moses, ut et ait Tertullianus in Apologetico c. 19; verum Eusebius in Chronicis, ut in illum Tertulliani locum scribens Pamelius admonet, tempore Cecropis eum floruisse tradit, non Inachi, magisque cum historia convenit. Lege Augustinum l. 18. De civit. Dei c. 8. COL.

85, 6. *τούτων δὲ ἄλλα πεντήκοντα δυοῖν νεώτερα*] Euseb. *τούτων δὲ ἄλλων δυοῖν*. Vera fortasse lectio est, *τούτων δὲ ἄλλοις πεντήκοντα δυσὶ νεώτερα τὰ Φθ*. ut *ν* in *ἄλλων* sit numeralis nota, *πεντήκοντα* videlicet, et hic sit sensus "His autem, aliis quinquaginta duabus generationibus recentiora sunt Phthiotica." Interpres pro numero isto *πεντήκοντα δυοῖν* reponit minorem *πεντεκαίδεκα*, et paulo ante, *τέσσαρσι* pro *τεσσαράκοντα*· quod e supputatione colligi annotat. SYLB. Certe *πεντήκοντα* ferri non potest: nam si Clemens ab Inacho numerat viginti vel paulo plura secula ad Trojae tempora, quomodo inter Pelasgum, qui Inacho posterior, et Deucalionem, qui Trojae temporibus longe prior erat, intercedere possunt secula quinquaginta duo? POTT.

85, 13. Βηλούχου] Belochum Assyriorum regem 8. reperies in Chronicis Eusebii ad annum mundi 3410. quanquam paulo ante quam regnaret Amasis, et paulo post Inachum. COL.

85, 15. *κατὰ Ἶναχον*] Georgius Syncellus, *κατὰ Ἶναχον, πρῶτον Ἄργους βασιλέα, καθ' ὃν καὶ πάντες, οἵ τε ἐκ περιτομῆς, οἵ τε ἐκ χάριτος, ἱστορικοὶ, Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος, Κλήμης ὁ ἱερὸς Στρωματεὺς, Τατιανός τε καὶ Ἀφρικανὸς, συνομολογοῦσι γεννηθῆναι Μωσέα, καὶ κατὰ Φορωνέα, τὸν Ἰνάχου παῖδα καὶ Νιόβης, ἀκμάσαι*. POTT.

85, 16. *ὁ ἐπὶ Ὠγύγου*] Haec respexit Eusebius in Chronico p. 25. veteres Argivorum reges enumerans, *ὁ ἐπὶ Ὠγύγου παλαιότατος παρ' Ἕλλησιν ἱστορούμενος ἐν τῇ Ἀκτῇ, τῇ νῦν Ἀττικῇ, κατακλυσμὸς τούτοις γέγονε τοῖς χρόνοις. Διαφόρως γὰρ ἱστορεῖται, τῶν μὲν Φορωνέως, τῶν δὲ ἐπὶ Ἄπιδος λεγόντων. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀπ' Αἰγύπτου πορεία τοῖς ἱστορικοῖς οὕτω φέρεται διαφόρως κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τῷ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμῷ. Συμφωνοῦσι δὲ τούτοις ἐν τούτῳ καὶ Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος, Ἰουδαῖοι ἱστορικοὶ, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου Κλήμης ὁ Στρωματεὺς καὶ Ἀφρικανός*. Hic porro Clemens Tatianum sequitur, qui haec dicit p. 132: *Κατὰ γὰρ Φορωνέα, τὸν μετ' Ἶναχον, μνημονεύεται παρ' Ἀθηναίοις Ὤγυγος, ἐφ' οὗ κατακλυσμὸς ὁ πρῶτος*. POTT.

P. 86, l. 3. *Νιόβης*] Nioben Phoronei filiam fuisse testatur Apollodorus 2, 1, 1. ubi aliorum scriptorum locos attulit Heynius vol. 2. p. 97.

86, 6. *Κρότωπον*] Mendose apud Tatianum legitur, *κατὰ δὲ Κέκροπα ἢ ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος* pro *κατὰ δὲ Κρότωπον*· nam ita exscripsit ex Tatiano Clemens et ex Clemente Eusebius. Ceterum apud Eusebium in Chron. legendum esse *Triopas*, non *Troyphias*, admonuit P. Leopardus 4, 9. quod et manuscripti confirmant. COL. Quinetiam Fronto Ducaeus in Tatianum annotavit, *Κρότωπον* ibi pro *Κέκροπα* ex Eusebio ac Clemente substitui debere. Ad haec accedit, quod paulo infra p. 401. Clemens iterum dixerit Deucalioneum diluvium, et Phaethontis incendium *κατὰ Κρότωπον συμβῆναι*. Si quis autem *Κέκροπα* malit, is Eusebium auctorem habeat, qui in prooem. Can. Chronici e Tatiano ac Clemente haec refert, *πρῶτος Κέκροψ . . . ὁ διφυὴς . . . κατὰ δὲ τοῦτον καὶ Μωυσῆς παρ' Ἑβραίοις ἐγνωρίζετο, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν, ἐφ' οὗ ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ, ἥ τε ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις ἐν Αἰθιοπίᾳ*. Eadem

occurrunt in Epitome regum Atheniensium et in Ἱστοριῶν συναγωγῆς p. 361. a Scaligero translata sunt. POTT. Apud Eusebium Κροτωπόν pravo accentu: v. Arcad. p. 67, 19.

86, 7. ἐκπύρωσις] πύρωσις cod. Joan. POTT.

86, 8. Σθένελον] Σθένελον legitur apud Clem. et Tatianum, cujus haec sunt, apud Eusebium duobus locis κατὰ δὲ Σθενέλαον, et in catalogo regum Argivorum Tatianus ipse duos Sthenelaos enumerat. In Chronico Eusebii ad annum mundi 3715, non "Sthenelus," sed "Sthenelaus" legendum est. Quod vero sequitur: "A Jove qui genitus," est Homeri versus a Clemente verbis Tatiani additus, ὃν πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς. Habes deinde in Graeco Clementis, ἥ τε ἐκ Κρήτης εἰς Φοινίκην ἀνακομιδή, apud Tatianum vero, ἥ τε ἐκ Φοινίκης τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδή. Apud Euseb. p. 190. sic legimus ut apud Tatianum, Trapezuntius tamen vertit "Et Europa ex Phoenicia rapta fuerat," at p. 292. ut apud Clementem. Certe raptam ex Phoenicia in Cretam constat Europam a Jove, ut scribit Euseb., regnante Danao, Sthenelai successore. Porro Cadmum exstitisse Lyncei tempore Eusebius quoque in Chronicis testis est, qui Argivorum rex fuit undecimus, sed inibi foedus est error in impressis, "Armenia capta a Cadmo," P. Pithoei vetus codex, "Armonia capta," Victorinus, "Hermiona rapta a Cadmo;" vera lectio est, "Harmonia rapta a Cadmo." Filia fuit Veneris, ut fabulae tradunt. Hoc eo addidi, quod ex nostris chronologis quidam aliam quandam regionem viciniorem Boeotiae, quam sit Armenia, substituat. COL. Recta nominis scriptura Σθένελος est.

P. 88, l. 23. Ἰώ] De Ionis vagis erroribus narrat Diodorus Sic. p. 12. et Plutarchus p. 274. H. SYLB.

P. 89, l. 4. Λέων] Hyginus Poetico Astronomico cap. 20. "Sed de Hammonis simulacro Leon, qui res Aegyptias conscripsit, ait," etc. Ejusdem meminit Tatianus Orat. ad Graecos p. 96. ubi editor ex Arnobii 4. Contra gentes colligit hunc non fuisse Byzantium, vel Alabandensem, quorum meminit Suidas, et quos Vossius Αἰγυπτικά scripsisse existimavit, sed Leonem Pellaeum. POTT.

89, 6. Δήμητρα] Apollodorus 2, 6, 3. ἱδρύσατο δὲ ἄγαλμα Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ τὴν Ἶσιν Ἰὼ ὁμοίως προσηγόρευσαν. POTT.

89, 12. τὸν Ἄπιν] Conf. quae superius dixit Clemens Protrept. p. 43, Nicephorus Histor. eccles. 15, 8. Σέραπις δέ ἐστιν ὁ Ζεύς, ἢ ὁ Νεῖλος, ἢ Ἄπις τις ἀνὴρ ἐν Μέμφιδι πόλει· ὃς, λιμοῦ γενομένου, ἐκ τῶν ἰδίων Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπήρκεσεν· ᾧ τελευτήσαντι νεὼν καὶ στήλην ἱδρύσαντο· ὅπου δὴ καὶ βοῦς ἐπίσημά τινα ἔχων διετρέφετο, εἰς σύμβολον, ὡς εἰκάσαι, γεωργίας. ὃν καὶ αὐτὸν Ἄπιν ὁμωνύμως τῷ δεσπότῃ ἐκάλουν. τὴν δὴ σορὸν Ἄπιδος ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου μεταγαγόντες εἰς τὸν ναόν, Σόραπιν ἐκάλουν αὐτοῦ τὴν στήλην, ἢ καὶ Σέραπιν μεταθέσει τῶν στοιχείων. De Apide conf. etiam Herodotus in Thalia, Themistius ὑπατικῷ λόγῳ, Orosius Histor. l. 2. POTT.

89, 22. σὺν καὶ Ἡρακλεῖ] Sic etiam Eusebius in prooemio Canonis Chronici p. 55. "Hercules, cum quo Apollo servivit Admeto," ubi Scaliger monuit hoc ab nemine traditum alibi reperiri. Videtur igitur memoriae error esse, fortasse ex Homeri Il. 21, 443. explicandus, ubi Apollo de se ac Neptuno ait, ὅτ' Ἀγήνορι Λαομέδοντι πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτόν. quem locum Potterus comparavit.

P. 90, l. 16. κεκλῆσθαι Ἄρτεμιν] Idem tradit Pausanias 10, 12, 2. POTT.

90, 21. ἄλλη Ἐρυθραία, Ἡροφίλη] Hanc Pausanias l. c. eandem cum superiori Sibylla fuisse, et de ea contendisse Erythraeos, refert, Ἐρυθραῖοι δὲ (ἀμφισβητοῦσι γὰρ τῆς Ἡροφίλης προθυμότατα Ἑλλήνων) Κώρυκόν τε καλούμενον ὄρος, καὶ ἐν τῷ ὄρει σπήλαιον ἀποφαίνουσι, τεχθῆναι τὴν Ἡροφίλην ἐν αὐτῷ λέγοντες· Θεοδώρου δὲ, ἐπιχωρίου ποιμένος, καὶ νύμφης παῖδα εἶναι, etc. POTT.

90, 24. Κάρμαλον] Ad Κάρμαλον proxime accedit *Cermalus*, locus in urbe sic nominatus, teste Festo: *Carmenta* tamen, quam hic innuit, potius requirit Καρμενταλιον. SYLB. Hanc autem Sibyllam Ἰταλὴν vocat auctor, non quod ex Italia oriunda fuit, sed quia Italiam incoluit. Dionysius Hal. Ant. Rom. 1, 31. ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας Εὔανδρος, Ἑρμοῦ γενόμενος καὶ νύμφης τινὸς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίας, ἣν οἱ μὲν Ἕλληνες Θέμιν εἶναι λέγουσι, καὶ θεοφόρητον ἀποφαίνουσιν, οἱ δὲ τὰς Ῥωμαϊκὰς συγγράψαντες ἀρχαιολογίας τῇ πατρῴᾳ γλώσσῃ Καρμένταν ὀνομάζουσιν· εἴη δ' ἂν Ἑλλάδι φωνῇ Θεσπιῳδὸς τῇ νύμφῃ τοὔνομα· τὰς μὲν γὰρ ᾠδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι κάρμινα. Paulo post refert se vidisse aras consecratas Carmentae ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Καπιτωλίῳ παρὰ ταῖς Καρμεντίσι πύλαις. POTT.

90, 25. Λουπέρκιον] Dionysius l. c. addit: Οἱ δ' οὖν Ἀρκάδες, ὑπὸ τῷ λόφῳ συνοικισθέντες, τά τε ἄλλα διεκοσμοῦντο κτίσματα, τοῖς οἴκοθεν νομίμοις χρώμενοι, καὶ ἱερὰ ἱδρύονται· πρῶτον μὲν τῷ Λυκαίῳ Πανὶ, τῆς Θέμιδος ἐξηγουμένης· (Ἀρκάσι γὰρ θεῶν ἀρχαιότατός τε καὶ τιμιώτατος ὁ Πάν) χωρίον ἐξευρόντες ἐπιτήδειον, ὃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι Λουπερκάλιον, ἡμεῖς δ' εἰποιμεν Λυκαῖον. POTT.

P. 91, l. 7. ἔτη κζ'.] Eusebius Pr. Ev. 10, 14. ubi rerum Judaicarum seriem chronologicam exhibet, Josuae praefecturae annos triginta tribuit: sed in Chronico Clementem sequitur, Ἑβραίων ἡγεμόνευσεν Ἰησοῦς Ναυῆ ἔτη κζ'. POTT.

91, 8. Χουσαχάρ] Χουσαρσαθαΐμ Judic. 3, 8; Χουσαράθων Theophilus ad Autolycum l. 3; Χουσάρθην eum vocat Josephus Antiq. Jud. 5, 3. mutato in Graecam formam nomine. POTT.

91, 13. Ἔτεσιν ἐφεξῆς ν'.] Gothonieli pro annis ν' Eusebii Chronicon tribuit annos μ'. Quae discrepantia facit ut in ceteris quoque collatione opus esse videatur. In propriis etiam nominibus nonnulla est diversitas: ut Αἰγλώμ v. 6. et 8. et Ἐγλώμ v. 19. In Μαδιηναίοις v. 13. η est pro α, ut et supra in Θήμαρ p. 122, 52. in Ἀμμανίταις v. 17. α pro ω, per allusionem fortassis ad Amanum montem, Graecis notiorem: sicut item in Φυλιστιείμ v. 21. allusio est ad φυλῆς appellationem tritissimam. De quibus calculum permitto Hebraicae linguae peritioribus. SYLB. Porro annos ν' cum Clemente Gothonieli tribuit Eusebius Praeparat. evang. loco superius dicto. Idem vero in Chronico annos λβ' eidem adnumerat. Verum ἡσύχασεν ἡ γῆ ἔτη μ', inquit auctor Judic. 3, 11. quocum consentit Theophilus. POTT.

91, 16. ἀνὴρ ἀμφοτεροδέξιος] Sic LXX. interpretes. Τὸν Ἀὼδ υἱὸν Γήρα, υἱὸν τοῦ Ἰεμενὶ, ἄνδρα ἀμφοτεροδέξιον, Judic. 3, 15. Eum vero sinistra tantum usum fuisse Hebraica veritas perhibet. POTT.

91, 22. Ὀζιοῦς ὁ τοῦ Ῥησοῦ] Josepho Ozis filius est Boceae, nepos Abiezeris, A. I. 5, 12. μεθ' ὃν Ἀβιεζέρης, υἱὸς ὢν αὐτοῦ, τὴν τιμὴν παραλαβὼν, παιδὶ αὐτοῦ, Βοκήει τοὔνομα, αὐτὸς αὐτὴν κατέλιπεν αὐτῷ· παρ' ᾧ διεδέξατο Ὄζις, υἱὸς ὢν, μεθ' ὃν Ἠλὶς ἔσχε τὴν ἱερωσύνην. Abiezer Ἀβισοὺ dictus est I. Paral. 6, 4, 5. Φινεὲς ἐγέννησε τὸν Ἀβισοὺ, Ἀβισοὺ ἐγέννησε τὸν Βοκκὶ, καὶ Βοκκὶ ἐγέννησε τὸν Ὀζί. Porro Ἀβισού vel Ἀβισού, deperdita

S. Scripturae auctoritas firmat. Quem Clemens Ἀσαμάν vocat, is a caeteris Ἀσά dicitur, et annos quadraginta unum regnasse ab illis perhibetur. Quo fit ut Clementis tempora ad ea, quae a reliquis numerata sunt, prope accedant. Nam sacri codices et Eusebius Abiae tres, Asae quadraginta unum annos tribuunt, utrisque quadraginta quatuor. Theophilus Abiae septem, Asae quadraginta unum, utrisque quadraginta octo. Clemens autem Abiae annos viginti tres tribuit, et totidem Asae, ac proinde utrisque quadraginta sex. POTT.

P. 95, l. 6. *κόπρον*] 4 Reg. 6, 25, 28, 29. POTT.

95, 13. Ἀβδαδωναῖος] An legendum Ἀδαδωναῖος, id est Azarias ὁ τοῦ Ὠδήδ, vel, ut quidam legunt Ἀδάδ; 2 Paralip. 15, 1. LOWTH. Quidam doctus monuit hunc esse Obadiam, et id nominis compositum esse ex Ἀβδίας et Ἀδωναί, quod est Dei nomen, non advertens Clementem paulo infra Abdiam, seu Obadiam, ab Abdadonaeo distinguere p. 400. Μιχαίας, Ἀβδιοὺ, Ἐλισαῖος, Ἀβδαδωναὶ, Ἀμώς. Scaliger in Hist. Synag. cum Eusebii Chronico edita p. 377. *ἐπὶ τούτῳ* (Ὀχοζίᾳ) *ἔτι προφητεύει* Ἐλισαῖος, *καὶ σὺν αὐτῷ* Ἀβδαδωναῖος. Haec scilicet, ut alias etiam non pauca, a Clemente nostro mutuatus. Abdadonaei meminit etiam Epiphanius, vel quicunque auctor fuit Catalogi prophetarum, quem e MS. Regio erutum in suis ad Constitutionum apostol. 4, 6. notis edidit Cotelerius, Ἐλισαῖος, λζ'. Ἰωναδὰμ, λη'. Ζαχαρίας, ὁ καὶ Ἀζαρίας, λθ'. Ζαχαρίας ἄλλος, μ'. Ὡσηέ, μα'. Ἰωὴλ, μβ'. Ἀμὼς, μγ'. Ἀβδιοὺ, μδ'. Ἰωνᾶς, με'. Ἡσαΐας, μς'. Μιχαίας, μζ'. Ναοὺμ, μη'. Ἀμβακοὺμ, μθ'. Ὠβὴδ, ν'. Ἀβδαδὼν, να'. Ἱερεμίας, νβ'. Quo loco Abdadon longe ab Elisaeo, quocum Clemens eum junxit, remotus est. POTT.

95, 14. Ὀζίου] Hoc est Ὀχοζίου jam supra dicti. Ejus enim mater erat Γοθολία, seu Athalia. Emendandus Theophilus, qui Γοθονιὴλ pro Γοθολία, virum pro muliere, substituit. POTT.

95, 15. *ἔτη ὀκτὼ*] Septimo regni sui anno caesa Athalia, Joas ei successisse fertur, Paral. 23, 1. et seq.; 4 Reg. 11, 4. et seq. *ἔτεσιν ζ'*, inquit Eusebius tam in Chronico, quam in Pr. Ev. *ἔτεσιν ἑξ*, Theophilus. Apud LXX interpretes, loco Regum jam dicto, Athalia sex annos regnasse, septimo autem anno ei Joas successisse dicitur: et 2. Paralip. 22, 12. Joas dicitur *κατακεκρυμμένος ἓξ ἔτη, καὶ* Γοθολία *ἐπὶ τῆς γῆς*. Sed Clementem in errorem duxisse videtur quod 2 Paral. 23, 1. Joas a Jodae sacerdote regno dicatur restitutus *ἕτει ὀγδόῳ*. POTT.

*τέκνα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς*] Verum Athalia non memoratur quemquam ex Achabi, regis Israelitici, a quo oriunda fuit, stirpe occidisse. Scribendum igitur fuerat *τέκνα τοῦ υἱοῦ αὐτῆς*. Nam Ahaziae, filii sui, liberos ad unum omnes occidit, excepto Joas, qui post eam regnavit. Conf. 4 Reg. 11, 1; 2 Paralip. 22, 10. POTT.

95, 22. *συνάγεται*] Haec usque ad *πρὸ τῆς τῶν* Ὀλυμπίων *θέσεως* Jos. Scaliger in Histor. Synagogen cum Eusebiano Chronico editam transtulit p. 377. POTT.

95, 26. Ἀπὸ *δὲ τῶν* Τρωϊκῶν] Eadem Tatianus Oratione contra Graecos, Ὅμηρον *ἠκμακέναι* Φιλόχορος *μετὰ τὴν* Ἰωνικὴν *ἀποικίαν ἐπὶ ἄρχοντος* Ἀθήνησιν Ἀρχίππου, *τῶν* Ἰλιακῶν *ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα*. Eusebius Pr. Ev. citans haec verba Tatiani legit p. 289. *μετὰ τὴν* Ἰωνικὴν *ἀποικίαν ἔτεσι μ', ἐπὶ ἄρχοντος* Ἀθήνησιν Ἀρξίππου. Quae verba Tatiano etiam videntur addenda, sed illud Ἀρξίππου, mendosum est. Eusebius idem in Chronico de Homeri aetate agens ad annum mundi 4090

Philochori sententiam ita narrat, "Philochorus emigrationis Ionicae tempore sub Archippo Atheniensium magistratu, et post captam Trojam annis centum et octoginta." Itaque huic non convenit cum Tatiano, qui quadraginta annis post Ionicam emigrationem ait. COL. Clementis sententiam hoc modo supplevit Scaliger, *ἑκ. ὀγδ. ἔτη γίνεται, ἔτεσι μ' ὕστερον τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας.* Porro de Homeri aetate hoc loco agit Clemens, quod ille scriptorum Graecorum antiquissimus habitus sit. Hinc Tatianus, quem secutus est Clemens, de barbarae Graecaeque doctrinae antiquitate acturus p. 105. *Ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον· καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν.* Cicero Tusc. quaest. 1. initio, "Cum apud Graecos antiquissimum sit e doctis genus poetarum: siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo." POTT.

95, 28. *Ἀρίσταρχος*] Eadem diversitas hic reperitur. Nam Tatianus quidem et Clemens Aristarchum dicunt Ionicam *ἀποικίαν* constituisse centesimo et quadragesimo post excidium Trojanum anno, Eusebius autem in Chronico centesimo tantum. Idemque in manuscriptis legitur. COL. Tatianus p. 108. *οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον, κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν.* POTT.

P. 96, l. 3. *Ἀπολλόδωρος*] Tatianus, *οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων πεντήκοντα·* sed in editione Basiliensi additur in margine alia lectio, quae cum Clemente convenit, *τεσσαράκοντα.* Apud Eusebium Pr. Ev. 10. rectius citantur eadem illa, *ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα.* Nec abscedit in Chronico scribens, "Apollodorus Atheniensis post ducentesimum quadragesimum annum eversionis Ilii." Illud porro, "cum Agesilaus Doryssaeus," Graece fuit, *Ἀγησιλάου τοῦ Δορυσσαίου Λακεδαιμονίων βασιλεύοντος.* Eusebius in Chronico circa tempora Roboami Solomonis f. quintum Lacedaemoniorum regem numerat Doristhum, ac deinde sextum Agesilaum. Rectius apud Pausaniam 3, 2, 4. *τοὺς δὲ ἐφεξῆς βασιλεύσαντας τῆς οἰκίας ταύτης Δόρυσσον τὸν Λαβώτα, καὶ Ἀγησίλαον Δορύσσου.* Sic ergo in Chronico, et apud Clementem scribendum est, nisi istud velis tanquam patronymicum retinere. COL. Tatiani verba sic se habent, *οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατὸν, ὅπερ γένοιτο ἂν ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων πεντήκοντα.* POTT.

96, 5. *Λυκοῦργον*] Plutarchus in principio Lycurgi e Timaeo refert Lycurgum *οὐ πόρρω τῶν Ὁμήρου χρόνων γεγονέναι· ἔνιοι δὲ καὶ κατ' ὄψιν ἐντυχεῖν Ὁμήρῳ.* Strabo 10. p. 482. eundem dicit, *ἐντυχόντα, ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ.* Cicero Tuscul. quaest. 5, 3. "Lycurgi temporibus Homerum fuisse traditur." POTT.

96, 10. *καὶ Ἐλισαίου*] *Ἡλίου καὶ Ἐλισαίου*, Scaliger in Histor. Synag. POTT.

96, 12. *περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον*] Eusebius in Chron. "Quidam eum, ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum ponunt." Tatianus Contra gentes, 1, 49. *τούτων δὲ οἱ περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἡκμακέναι μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν.* COL.

96, 16. *Ἐρατοσθένης*] Haec etiam e Tatiano sumta sunt, *οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη, μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως.* In iis porro quae sequuntur Clemens Tatiano paulum latior est. Eusebius in Chronico

ut supervixerint esse deprehensa. Scribendum vero Ἰεχωνιας, ὁ καὶ Ἰωάχας, etc. Sic enim in Chronico Eusebius. Ἐβασιλευσε Ἰωάδ ἔτη γ΄. Ἰεχονίας, ὁ καὶ Ἰωαχείμ μῆνας γ΄. Porro Jechonian dictum Joachin existimabant propter illud Matth. 1, 11. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονιαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. POTT.

93. 23. ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωακείμ.] Scaliger ad Eusebii Chronicon haec annotavit: "Eliakim Hebraice vocatur יהויקים *Joakim*, Graeci interpretes, Ἰωακείμ, vel Ἰωακίμ. At is, qui ante Sedekiam tres menses tantum regnavit, pessimus rex Judaeorum, cum quo captivus abductus est Ezechiel propheta, vocatur יהויכין, Ἰωαχείμ, in Bibliis Graecis Ἰωαχίμ. Itaque distinguuntur a Graecis interpretibus, solis literis κ et χ: cum tamen facillimus literis distinguendi essent μ et ν. Hoc necessario monendum fuit, quia horum regum nomina in Latinis exemplaribus ex inscitia librariorum saepe confunduntur: et utriusque regis, ut nomina, sic gesta. Atque adeo Clemens Alexandrinus eum, cui Sedekias successit, ἀφάνισμον dicit τῷ μετὰ Ἰωσίαν βασιλεύσαντι. Doctissimus Hieronymus, initio Commentarii in Danielem, recte monuit alterius nomen desinere in CIM, alterius in CHIN." POTT.

93. 24. Σεδεκίας, ἔτη ἑνδεκα] Sic plerique alii ac speciatim in Chronico Eusebius. Idem vero in Pr. Ev. Sedeciae ἔτη ΙΑ΄, "annos duodecim," tribuit. Quod factum videtur, vel ad supplendum tempus, quo regnavit Joachin, cujus ibi nulla facta mentio est, vel quod Sedecias aliquot menses ultra undecim annos compleverit: unde Clemens dicit Nabuchodonosorem, tradente Beroso, Sedeciae δωδεκάτῳ ἔτει, Judaeis bellum intulisse. POTT.

93, 26. Βουζί] Lowthius ait, "Videtur legendum Ἰεζεκιὴλ Βουζί. Ezechiel quidem memoratur paulo post: sed solet Clemens prophetarum tempora diversis epochis assignare, ut videre est supra in Elia et Elisaeo. Nisi quis malit legere Σοφωνίας Χουζί. Vide p. 335." POTT.

Οὐρίας] Hic memoratur Jerem. 26, 20. et interfectus fuisse dicitur a rege Joachin, ante Sedeciae tempora. Non voluit igitur Clemens hunc ad Sedeciae tempus pervenisse, sed tantum coaevum fuisse Jeremiae, qui ad id usque tempus superfuit: ac proinde paulo post eos prophetas enumerans, qui ad Judaeorum usque captivitatem superstites fuerunt, solos Jeremiam et Habacuc memorat. POTT.

P. 99, l. 14. Ναβουχοδονόσορ] Tatianum abbreviavit Clemens, cujus verba sunt haec, Orat. ad Graec. c. 58. p. 125. Βηρωσὸς ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου, κατ' Ἀλέξανδρον γεγονὼς, Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων ἐκθέμενος, ἀφηγεῖταί τινος αὐτῶν ὄνομα Ναβουχοδονόσορ, τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους· ἅτινα διὰ τῶν καθ' ἡμᾶς προφητῶν ἴσμεν κεκηρυγμένα, γεγονότα μὲν πολὺ τῆς Μωυσέως ἡλικίας κατώτερα, πρὸ τῆς τῶν Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. Βηρωσὸς δέ ἐστιν ἀνὴρ ἱκανώτατος, καὶ τούτου τεκμήριον, Ἰόβας περὶ Ἀσσυρίων γράφων, παρὰ Βηρωσοῦ φησι μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. His similia scripsit Theophilus Antiochenus sub finem lib. 3. ad Autolycum. Berosi etiam meminit Justinus M. Paraenes. p. 124. edit. Oxon., alios ut praeteream. POTT.

99, 19. προφητεύουσιν] In sententia praecedente et sequente plurale προφητεύουσιν exstat, sed huic loco magis convenit singulare προφητεύει· quod adhibuit Scaliger in Histor. Synag. Sedeciae tempora ex

Clemente nostro describens, *ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι προφητεύει Ἰεζεκιήλ· μεθ' ὃν Ναοὺμ ὁ προφήτης.* POTT.

99, 22. *Δαρείου τοῦ πρώτου*] De Dario Hystaspide hoc accipiendum esse postea dicit auctor. POTT.

*ὁ ἐν τοῖς δώδεκα ἄγγελος*] Ille hic et p. 143, 19. *ἐκ τῶν δώδεκα ἄγγελος* Malachias est: ea enim vox *angelum* Hebraice significat, ut notavit etiam interpres. SYLB. Hoc modo Clemens infra tribus locis describit Malachiam p. 395, 396, 400. Similiter Tertullianus lib. Adv. Judaeos cap. 5. "Malachiam, inquit, angelum, unum ex duodecim prophetis." Idem Scorpiaces c. 8. "Ipse clausula legis et prophetarum, nec prophetes, sed angelus dictus." Quibus ansam praebuit apocryphus Esdras 4, 1. vers. ult.: "Malachiae, qui et angelus Domini dictus est." Etenim "Malachi" Hebraice "angelus meus" est; unde etiam quidam e Judaeis Esdrae, vel Haggaei cognomen, non autem nomen proprium fuisse, commenti sunt. POTT.

P. 100, l. 16. *ἀνακαινισμὸς*] Respicit Apocryphum Esdrae librum, quo Esdras refertur legem, quae igne absumta fuerat, per Dei afflatum restituisse. Conf. 4. Esdrae 14, 39. et seq. POTT.

100, 18. *προεκεκηρύχει*] Conf. 1 Esdrae 1, 6, et seq. POTT

100, 19. *τελεσθείσης*] Conf. 1 Esdrae 6, 16; item 2 Esdrae 7, 15. POTT.

100, 20. *καὶ ἐπὶ τῆς σκηνῆς*] Malim cum articulo, *καὶ ἡ ἐπὶ τῆς σκ.* conf. Nehem. 8, 16. POTT.

P. 101, l. 2. *τὰ ὑπὸ Δανιὴλ*] Conf. Tertullianus lib. Adv. Judaeos cap. 8. ubi ut haec Danielis verba per adventum Christi completa fuisse ostenderet, Persicorum et Aegyptiorum regum, ac Romanorum etiam imperatorum seriem chronologicam exhibet, in qua tamen in numeris annorum recensendis a Clemente saepe abit. POTT.

101, 3. *ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες*] Quoniam adversus Judaeos tractari solet hic locus de septuaginta hebdomadibus, et varietas quaedam lectionis apparet in iis quae citantur a Clemente, propterea ad haec nonnulla colligemus. Ac primum quod *συνετμήθησαν* vertit "abbreviatae sunt" Hervetus, ex Vulgata Latina est; sed et Tertullianus Adversus Judaeos ita reddidit. Quidam teste Theodoreto "decretae sunt;" Pagninus, "decisae;" rabbini, "praecisae, praedefinitae, praedestinatae;" Vatablus, "praefinitae." D. Hieronymus "abbreviatas" dicit, quod post "breve" tempus venturus esset Messias, ut Matth. 24. dies persecutionis dicuntur "breviandi propter electos," id est pauci futuri. Eusebius Demonstr. Ev. 8, 22. *ὁ ἀρχάγγελος ἐπιφανεὶς τὴν ἀνανέωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ αὐτίκα τότε καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἔσεσθαι θεσπίζει, τόν τε μετὰ τὴν ἀνανέωσιν αὐτῆς χρόνον εἰς ἐτῶν ἀριθμὸν περιορίζει, προλέγει τε ὡς κατὰ τὴν ὡρισμένην προθεσμίαν αὖθις καθαιρήσεται.* Sic in manuscr. legitur, non *κατὰ τὴν ἀνανέωσιν αὐτῆς.* COL. Ex Daniele citata ferme sunt eadem quae prostant in nostris editionibus, sed alia quaedam a nostris in Daniele Graecis diversa. A nostra Danielis versione diversa sunt usi Barnabas, scriptor Homiliarum Clementinarum, Justinus Martyr, ipse nonnunquam Origenes. VALCKEN. Diatr. de Aristobulo p. 32.

101, 5. *τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν*] Hervetus addidit "tuam," nam a Graeco Clementis et LXX abest; et notat Eusebius l. c. vocem illam Aquilae et Symmachi propriam esse, atque in quibusdam exemplaribus sub asterisco addi. Item lege hic, *τοῦ συντελεσθῆναι τὴν ἁμαρτίαν.* COL.

101, 6. *καὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι*] Vulg. Biblia Danielis 9, 24–27. *καὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀνομίας, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀδικίας.* Mox, *πλατεῖα καὶ περίτειχος* pro *πλατοῖα καὶ τείχος*· sed simplex *τείχος* habet etiam Complut. editio. Rursum, *τὴν δὲ πόλιν* pro *καὶ τὴν π.* Tum, *ὡς ἐν κατακλυσμῷ*· et mox, *τάξει ἀφανισμοῖς.* Tum, *διαθήκην, πολλήν* pro *διαθ. πολλοῖς*· et mox Complut. *καὶ ἐν ἡμίσει τῆς ἑβδ.* Quae deinceps sequuntur cum Complutensi editione plane consonant, excepta ultima periodo, quae a Complut. edit. abest: in caeteris editionibus ponitur ea periodus post illa Clementis, *δυναμώσει διαθήκην πολλὴν ἑβδομὰς μία.* Post ea enim verba in vulg. editionibus sequuntur ista: *Καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίας, καὶ πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμῷ.* SYLB. In codice Vaticano haec postrema in margine scripta esse annotavit Flam. Nobilius. POTT.

101, 13. *καὶ κενωθήσονται οἱ καιροὶ*] Sic etiam legitur in optima edit. Xysti V. *καὶ ἐκκενωθήσονται*, et apud Eusebium p. 237. Tertullianus: "Et innovabuntur tempora," quasi legerit Graece *καὶ καινωθήσονται*· quomodo etiam legi putant hic quidam apud Clementem, et haec duo confundunt. Sequitur *καὶ μετὰ τὰς ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδας*, "post sexaginta duas hebdomad." ut habet Romana editio, non, ut Antverpiensis "sexaginta quatuor." Postremo *κρῖμα οὐκ ἔστιν αὐτῷ*, non ut caeteri *ἐν αὐτῷ*. Eusebius in Chron. "Et judicium non erit in eo." COL.

101, 16. *ἐκκοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένοι ἀφανισμοῖς*] Ita Romana editio, nisi quod addit *τάξει* ante *ἀφανισμοῖς*. Eusebius cum Clemente legit. Tertullianus: "Et concidentur quomodo in cataclysmo, usque ad finem belli, quod concidetur usque ad interitum:" atque ita quoque Theodoretus. In Eusebii Chronico sic vertit Hieronymus: "Et templum et sanctum corrumpet populum duce veniente, et caedentur in cataclysmo bellis." Sic enim legimus in duobus codicibus manuscriptis, non "cataclysmo belli." Latina: "Et post finem belli statuta desolatio," propius ad Hebraea. COL.

101, 18. *διαθήκην πολλὴν ἑβδομὰς μία*] At Romana et Antverp. *διαθήκην πολλοῖς*. Tertullianus, "Et confirmabit testamentum multis. Hebdomada una, et dimidium hebdomadis auferetur meum sacrificium." Latina, "Confirmabit testamentum multis hebdomada una." COL.

*καὶ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος*] Haec apud LXX in contextu Danielis non reperiuntur, quae Graece sic habuit Florentina editio Clementis: *Καὶ ἥμισυ τῆς ἑβδομάδος καταπαύσει θυμίαμα θυσίας, καὶ πτερυγίου ἀφανισμοῦ, ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξιν ἀφανισμοῦ*· quae quomodo corrigenda censuerit interpres, apparet ex ejus translatione. In editionis Romanae annotationibus admonetur ante illa verba, *ἀρθήσεται θυσία*, in quibusdam libris haec scripta reperiri, et in marginem libri Vaticani intrusa esse: *Καταπαύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίας καὶ ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμῷ.* Ea vero sunt ex alia forte quadam editione, ex qua sumsit haec Tertullianus: "Et destruet pinnaculum usque ad interitum." Nam, ut monet D. Hieronymus, tres fuerunt editiones Danielis, Aquilae scilicet, Theodotionis et Symmachi, sed tamen juxta Theodotionem Ecclesiae legebant. Quidam extrema hujus loci Danielis ex Hebraeo sic vertunt: "Cessare faciet sacrificium et oblationem, et propter alam vel extensionem abominationum destruet, donec consummatio se effuderit super admirantem," hoc est admirari fecerit videntes desolationem. Jerem. 18, 16: "Ut fieret

terra eorum in desolationem," *εἰς ἀφανισμὸν καὶ συριαμόν*, ad verbum, "in admirationem;" et 25, 9: "Ponamque eos in stuporem," omnes scilicet, qui id audiverint, obstupescent. Vide etiam haec extrema aliter reddita apud D. Augustinum epist. 79. Eusebius in Chron.: "Et usque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem:" hoc est, irreparabilis erit et in perpetuum stabilita destructio. COL.

P. 102, l. 5. *ἐν ταύταις ταῖς ἑξήκοντα*] In Graecis, quae proferuntur ab Herveto, Florentina editio interpunctionem habuit post vocem *ἥμισυ*, quod si in Latina interpretatione constituatur post vocem "Dominus," sic retineri poterit haec lectio et exponi. In loco Danielis, qui allatus est a Clemente complectens ea, quae apud LXX reperiuntur, et quae aliunde adjici diximus, mentio fit primum septuaginta hebdomadum, deinde septem, tertio loco sexaginta duarum, postea unius, quarto dimidii hebdomadis, postremo alterius dimidii. Septem hebdomadas concludi aedificatione templi ait, jam in sexaginta duabus Christum esse et in una hebdomade, in qua dictum est illum confirmaturum pactum, sequitur dimidium hebdomadae numerandum a tempore, quo constituta est a Nerone abominatio desolationis in civitate sancta usque ad ejus necem, postremo alterum dimidium a nece Neronis ad eversionem Jerusalem. Non enim septem annos continere vult hanc hebdomadem, sed annos sex, menses quatuor, quorum unum dimidium pertinet ad ultimos imperii Neronis annos, alterum ad septemdecim menses Galbae, Othonis et Vitellii cum biennio imperii Vespasiani, cujus anno secundo eversa fuisse Hierosolyma Chronica Eusebii testantur. Vide quae postea Clemens ait, seipsum explicans p. 439. Quod vero attinet ad hanc Clementis chronologiam, in qua immanis reperitur annorum numerus, et qui septuaginta excedit hebdomadas, animadvertendum est nonnullos non continuare annos omnes septuaginta hebdomadum, sed interrumpere: ut ab edicto Darii ad initium belli Judaici, ab eodem edicto ad discessum Nehemiae, ab edicto Artaxerxis ad Christi caedem, item ab initio duodecimi Neronis ad annum secundum Vespasiani; quominus admirandum Clementem usque ad eversionem urbis deducere hebdomadas: aut non continuare hiatum illum annorum a Christi passione ad tempus quo Nero abominationem desolationis constituit. Vide quae ad stabiliendam suam sententiam, quae in quibusdam cum Clemente convenit, disserit pluribus Scaliger lib. 6. De emendat. temp. p. 288. COL. Apponam Eusebii verba Chronic. serm. 1. quae huc spectare videntur: *τὰς μέντοι ὁ' ἑβδομάδας παρὰ τῷ Δανιὴλ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἐντεῦθεν εἴτις ἀριθμήσειεν, αἳ γίνονται ἔτη υϟ' εὕροι ἂν αὐτὰς ἐπὶ Νέρωνα, Ῥωμαίων αὐτοκράτορα, περαιουμένας, καθ' ὃν πολιορκεῖσθαι ἀρξαμένη ἡ πόλις μετὰ Νέρωνα ἔτει β' Οὐεσπασιανοῦ τὴν ἰσχάτην ἅλωσιν ὑπομένει.* POTT.

102, 9. *ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος*] Vid. p. 408. LOWTH.

*καὶ αὐτὸς καὶ Ὄθων*] Rectius *καὶ αὐτὸς, καὶ Γάλβας, καὶ Ὄθων*, ut infra p. 147. [406. Pott.] nam ante Othonem imperavit Galba. SYLB.

102, 14. *τοῦ ἑνδεκάτου ἔτους*] Scilicet Joachimi: qui cum annos undecim regnasset, cessit Jechoniae, seu Joachino, cujus regni tertio mense Judaei captivitatem passi sunt. Conf. 4 Reg. 23, 36; 24, 8, 10, 14. Porro quod Clemens Joachinum Ἰωακεὶμ imprudenter appellarit, superius annotatum est. POTT.

102, 17. τῷ ἑβδόμῳ ἔτει] Seu octavo, ut dicitur 4 Reg. 24, 12. POTT.

102, 18. Οὐαφρῆ] In Flor. ed. Οὐαφρηοῦς, duplici lectione in unam contracta, Οὐαφρῆ nempe et Οὐαφροῦ, vel potius, retracto accentu, Οὐάφρου, ut bis postea [p. 396.] SYLB. Exscripsit hunc locum Eusebius in Chron. ad Olympiad. 47: "Sententiae autem nostrae etiam Clemens congruit, in primo Stromate, 47 Olympiade captivitatem Judaeorum factam esse contestans, regnante apud Aegyptios Vaphre, apud Athenas Phaenippo, et supputari septuaginta annos desolationis templi usque in secundum annum. Darii." Clemens ait Φιλίππου Ἀθήνησιν ἄρχοντος, et ad 48. non 47. refert Olymp.; in uno manuscr. P. Pithoei erat 49. Olymp., in aliis duobus 47. Sequitur apud Eusebium locus alter sic ex auctoritate codicum vet. legendus: "Capta Hierosolyma ab Assyriis, ad Vaphrem, regem Aegypti, Judaeorum reliqui transfugerunt. Hujus Vaphris Hieremias quoque propheta certo loco meminit." Vide Jeremiae 44, 30. "Ecce ego tradam Pharaonem Ephree, regem Aegypti, in manu inimicorum ejus." LXX. Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι τὸν Φαραὼ Οὐαφρῆ, βασιλέα Αἰγύπτου, εἰς χεῖρας ἐχθροῦ αὐτοῦ. Clemens ait: Οὐαφρηοῦς βασιλεύοντος. COL. Porro non Philippum sed Phaenippum, archontis Atheniensis, quem memorat Clemens, nomen fuisse existimavit Jos. Scaliger. POTT.

102, 20. καὶ ἔμεινεν] Haec quoque retulit in Chronicum suum Eusebius ad Olymp. 64. "Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens: Et perseveravit captivitatis ann. septuaginta, usque ad secundum Darii filii Hystaspis, qui Persis, Assyriis et Aegypto regnavit: sub quo Aggaeus, et Zacharias, et unus de duodecim, qui vocatur Angelus, prophetaverunt, sacerdotioque functus est Jesus, filius Josedech. Haec supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis templi altero anno Darii fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias propheta, secundo anno Darii dicens: Domine omnipotens, quousque non misereberis Jerusalem, et civitatibus Judae, quas despexisti? iste septuagesimus annus est." Ita legitur in manuscriptis: atque illud, "despexisti," verius est, quam quod fuit hactenus, "aspexisti:" nam et Vulgata vertit, "quibus iratus es," quod in margine additum erat. Nihilominus tamen hic locus non efficit ut ei assentiamur, praesertim cum Eusebius ipse Pr. Ev. cap. ult. in primo anno Cyri finitos esse captivitatis annos fateatur. Quod ipsum affirmant et Josephus Antiq. l. 11; Lactant. 4. c. 5; Cyrill. 8. in Julianum; Julius Africanus Annal. 5; Sulpitius 2. Hist., et alii. Nam si in secundo Darii anno finirentur, necesse esset ut a desolatione Jerusalem ad primum Cyri annum non plus triginta numerarentur, cum quadraginta ab eo ad secundum Darii numerent auctores hujus sententiae. At constat Nabuchodonosor regnasse post desolationem, ut traditur 4 Reg. 25, annos viginti octo. Post eum quatuor imperarunt Evilmerodach, Niglissarus, Laborsadachus, et Nabonidus, ut Josephus, Hieronymus et Eusebius tradunt, septemdecim annis; ita erunt anni quadraginta tres a desolatione Jerusalem usque ad primum Cyri. Ergo ad secundum Darii plures septuaginta. Vide B. Pererium, lib. 10. in Danielem. COL.

102, 22. τῆς Δαρείου] Subaudiendum βασιλείας· ut paulo post, τῆς Δαρείου βασιλείας. SYLB.

102, 27. Ἡρόδοτος] 3, 70.

P. 103, l. 2. ἔτη τριάκοντα] Consentit in Chronico Eusebius: ἐνὸς δέοντα τριάκοντα, "unum de triginta," inquit Herodotus 1, 214; τριάκοντα ἐκτὸ Theophilus. POTT.

Καμβύσης δεκαεννέα] Nisi potius scribendum sit: Καμβύσης δὲ ἐννέα. Nam Eusebius Cambysi octo annos tribuit, quibus si septem menses addantur, quibus magi ante Darium regno potiti sunt, Cambyses novennali spatio potietur. Herodotus Cambysi annos septem et menses quinque tribuit 3, 66. ἀπήνεικε Καμβύσεα τὸν Κύρου, βασιλεύσαντα μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε. POTT.

Δαρεῖος ἓξ καὶ τεσσαράκοντα] ἓξ πρὸς τοῖς τριάκοντα, Eusebius. Idem Xerxae tribuit annos viginti quinque, et post eum Artabano menses septem, antequam Artaxerxes imperio potitus est: cui, perinde ac Clemens, annos quadraginta unum tribuit. POTT.

103, 4. ὀκτώ] δεκαοκτώ Eusebius. POTT.

103, 5. Ὦχος ἡ Ἀρσὴς τρία] Ochi duo fuere: primo, Artaxerxes Ochus, cui Eusebius annos viginti sex et alio loco viginti septem tribuit: dein, Arses Ochus, seu Arsiochus, cui Eusebius annos duos et alio loco quatuor dedit. Clemens priorem Ochum, seu nominum similitudine deceptus, seu memoriae lapsu, omisit; ut etiam Darium, Arsae filium, regum Persiae postremum, qui cum sex annos regnasset, ab Alexandro devictus est, ut statim sequitur. POTT.

103, 6. τριάκοντα πέντε] δεκαπέντε potius, prout jam numeri sese habent. POTT.

103, 10. δεκαοκτὼ] δώδεκα Eusebius aliique. POTT.

Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ] Quoniam varia erant Lagidarum Ptolemaeorum cognomina, eo factum est ut in iis enumerandis historici non consentiant. Consentiunt plerique a Lagi filio usque ad Philometora, ut Tertullianus, Eusebius, Epiphanius (nisi quod hic eum Philopatora dicat), et Strabo, qui reges illos successisse ait, παῖς παρὰ πατρὸς ἀεὶ διαδεχόμενοι, usque ad Philometora. Tertius, Evergetes dicitur etiam Epiphanes in prologis Trogi cum Justino editis; sic enim lego illud Utrusphonae. Quartus, Straboni ὁ Φιλοπάτωρ τῆς Ἀγαθοκλείας, de quo Justinus lib. 30. Quintus, ejus filius Epiphanes, cui tutor a Romanis datus M. Lepidus, maritus Cleopatrae, Antiochi Epiphanis sororis. Sextus, Philometor, quem Popilius adversus Antiochum est tutatus. Strabo, τοῦτον ἀδελφὸς διεδέξατο ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι. Hic fratris filium occidit. Justinus lib. 38. Idem ergo est Evergetes et Physcon et Soter, frater Philometoris, non duo, ut viri docti cum Eusebio volunt. Septimus, ejus filius ὁ Λάθουρος ἐπικληθεὶς Straboni, Latyros in prologo Trogi 39. Lathyrus aliis, quem mater ejecit. Octavus, Alexander, Eusebio 9. quem ita de eo lego in 2 manuscr.: "Expulso de regno Physcone Ptolemaeo per matrem Cleopatram, et in Cyprum secedente, Ptolemaeus, qui et Alexander, succedit." Nonus, Lathyrus iterum, de quo ita Euseb. legendus: "Ptolem. qui a matre fuerat ejectus, regressus de fuga, regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant." Decimus, filius ejus, quem Strabo Auletem, Euseb. Dionysium. Alii Dionysium fratrem Cleopatrae putant; sed quia non diu regnavit, ab aliis cum Notho et Alexandro II omittitur. COL.

103, 11. εἰκοσιεπτά] Eusebius ὀκτὼ καὶ τριάκοντα.

P. 104, l. 4. *ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι*] Eusebius, *ἔτη ιζ', μῆνας ε'*. Idem Ptolemaeo Evergetae, quem a Physcone diversum facit, annos viginti novem tribuit. POTT.

104, 6. *ἐννέα καὶ εἴκοσι*] Sic etiam quodam in loco Eusebius: sed alias huic regi triginta annos tribuit. POTT.

P. 105, l. 21. *ἐπιστολὰς*] Solomonis et Hirami Tyrii epistolas memorant Menander Ephesius apud Theophilum Antiochenum Ad Autolycum 3. p. 131, 132. edit. Paris., et Josephus A. I. 8, 2. ubi refert ipsas epistolas in Tyri archivis suo tempore asservatas fuisse. Idem eosdem reges aenigmata sibi invicem misisse, ex Dii Historia Phoenicia refert lib. 1. Adv. Apionem. Ipsae epistolae etiamnum exstant apud Eusebium Pr. Ev. 9, 31. et seq. POTT.

105, 27. *ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ*] Sic etiam apud Eusebium legitur. Scribendum erat, *ἐκ τῆς φυλῆς Δάν*. Respexit enim harum epistolarum auctor 2 Paralip. 2, 13. "Misi tibi virum prudentem et scientissimum ... filium mulieris de filiabus Dan; cujus pater fuit Tyrius. POTT. *Δάν* facile in $\overline{Δαδ}$, quod nominis *Δαβίδ* compendium est, corrumpi potuit.

*Ὑπέρων τοὔνομα*] Architectus hic Hiram, vel Huram, dictus est 3 Reg. 7, 13. et 40. Unde igitur *Ὑπέρων* nomen? scilicet ex epistolae verbis perperam scriptis aut lectis. Ea vero apud Eusebium sic se habent, *ἀπέσταλκά σοι Τυρίων καὶ Φοινίκων ὀκτακισμυρίους, καὶ ἀρχιτέκτονά σοι ἀπέσταλκα ἄνθρωπον Τύριον, ἐκ μητρὸς Ἰουδαίας, ἐκ τῆς φυλῆς τῆς Δαβίδ· ὑπὲρ ὧν ἂν αὐτὸν ἐρωτήσῃς τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάντων κατ' ἀρχιτεκτονίαν, ὑφηγήσεταί σοι, καὶ ποιήσει.* Clemens legisse videtur, *ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ, Ὑπέρων, ἂν αὐτ.* pro *ἐκ τῆς φυλῆς Δαβίδ· ὑπὲρ ὧν ἂν αὐτ.*, indeque *Ὑπέρωνα* proprium esse architecti nomen putavit. Quod in codicibus continuo ductu absque ulla vocum distinctione exaratis facilius quam in nostris fieri potuit. POTT.

105, 29. *Ὀνομάκριτος*] E Tatiano haec sumsit Clemens, cujus verba sub finem Orat. ad Graec. c. 63. sunt haec, *Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν, ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενα φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. τοῦ δὲ Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος. Ἀμφίων δὲ, δυσὶ προάγων γενεαῖς, τοῦ πλείονα πρὸς τοὺς φιλομαθεῖς συντάττειν ἀπείργει ἡμᾶς. Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον γεγόνασι, διέτριβον γὰρ ὁ μὲν παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν, ὁ δὲ παρὰ τοῖς Φαίαξιν.* Suidas Orphei scripta recitans: *Χρησμοὺς, οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. Τελετὰς, ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου.* Alii aliis auctoribus Orphei poemata tribuerunt. Conf. Lilius Gyraldus in Vitis poetarum, Vossius De poetis Graecis. POTT.

P. 106, l. 5. *μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν*] Tatiani editor scribendum putavit, *κατὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν·* quod quidem respondet Tatiani verbis, *κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον.* Sed nihil muto, quia *μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν*, decem scilicet annos post Trojam captam, Ulysse domum redeunte, introducitur ab Homero, inter Phaeaces quidem Demodocus, inter Penelopes autem procos Phemius. Odyss. 1, 153.

*κῆρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλέα θῆκεν*
*Φημίῳ, ὅς τέ νυ πολλὸν ἐκαίνυτο πάντας ἀείδων*
*Φημίῳ, ὅς ῥ' ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ.*

Et 8, 43: ..... καλέσασθε δὲ θεῖον ἀοιδὸν,
Δημόδοκον· τῷ γάρ ῥα Θεὸς πέρι δῶκεν ἀοιδὴν
τερπνὴν, ὅππη θυμὸς ἐποτρύνῃσιν ἀείδειν. POTT.

106, 8. Μουσαῖον] Pausanias 1, 22, 7. ἐγὼ δὲ ἔπη ἐξελεξάμην, ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον (f. φερόμενον)· δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον εἰς Δημήτερα ὕμνος Λυκομήδει. POTT.

106, 9. Κράνητα] Scribendum Κρατῆρα. Suidas Κρατῆρας vocat, v. Ὀρφεύς· Κρατῆρας, ταῦτα Ζωπύρου φασίν. Idem Ἱεροὺς λόγους vocat quos Clemens in singul. num. Ἱερὸν λόγον. Κρατῆρα legendum monuerunt etiam Lowthius et Reinesius Var. lect. lib. 1. et rursus lib. 3. cap. 3. POTT.

106, 10. εἰς Ἅιδου κατάβασιν] Suidas hoc opus Herodico Perinthio tribuit, εἰς Ἅιδου κατάβασιν· ταῦτα Ἡροδίκου Περινθίου. POTT.

106, 11. Τριγράμμοις] Τριασμούς hoc poema vocavit Suidas: Ἔγραψε δὲ τριασμούς· λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ. Sed verum hujus operis nomen fuisse Τριαγμοί locuples testis est Harpocration v. Ἴων, quod olim observavit Casaubonus, itemque Menagius Observat. in haec Diogenis Laertii (8, 8.) verba (e quibus sua sumsisse videtur Clemens) in Pythagora p. 493. Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς φησιν αὐτὸν ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα. Conf. Reinesius Var. lect. 1, 22. et Bentleius in Dissertatione critica Malelae subjuncta. POTT.

106, 13. Κέρκοπος] Malim Κέρκωπος per ω. Sic enim scribendum esse monuit Suidas, Κέρκωψ, Κέρκωπος· Κέκροψ δὲ, Κέκροπος. Idem Orphei scripta enumerans, Κέρκωπος retinuit, v. Ὀρφεύς· Ἱερούς λόγους ἐν ῥαψῳδίαις κδ'. λέγονται δὲ εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ· οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Cicero lib. 1. De natura deorum: "Orpheum poetam Aristoteles docet nunquam fuisse; et hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujusdum fuisse Cercopis." POTT.

P. 107, l. 1. Βροντίνου] Suidas l. c. Πέπλον καὶ Δίκτυον· καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου· οἱ δὲ Βροτίνου. Ubi scribendum Βροντίνου, ut paulo post hunc virum rectius ipse vocat. POTT.

107, 7. πεντεκαιδεκάτην] Archilochum Olymp. 23. claruisse testantur Tatianus et Eusebius. POTT.

107, 8. Θάσον ἐκτίσθαι] Quomodo ex eo, quod Thasus Olympiade 15. condita fuit, apparet Archilochum post Olymp. 20. claruisse? Certe Archilochus non e Thaso, sed Paro oriundus fuit, idque ante Thasum conditam. Porro videtur hic locus mutilus esse. Thasi autem una cum Archilocho meminit fortasse Clemens, eo quod urbs ea jussu oraculi Telesicli, Archilochi filio, dati condita fuerit. Stephanus Byzantinus v. Θάσος· Ὅτι δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσος δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος τῷ τοῦ Ἀρχιλόχου,

ἄγγειλον Παρίοις. Τελεσίκλεις, ὥς σε κελεύω,
νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

Hinc Thasum Pariorum coloniam vocat Thucydides 4, 104. et Strabo 10. p. 487. ait, Πάρος· ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχίλοχος ὁ ποιητής· ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος. POTT.

107, 11. Καλλῖνος] Haec Clemens a Strabone, vel uterque ab eodem auctore didicit. Sic enim ille 14. p. 647. καὶ τὸ παλαιὸν δὲ συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἁρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους, εὐτυχήσαντος πολὺν χρόνον· τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει Μιλησίους κατασχεῖν τὸν τόπον. Καλλῖνος μὲν

οὖν ὡς εὐτυχούντων ἔτι Μαγνήτων μέμνηται καὶ κατορθούντων ἐν τῷ πρὸς Ἐφεσίους πολέμῳ· Ἀρχίλοχος δὲ ἤδη φαίνεται γνωρίζων τὴν γενομένην αὐτοῖς συμφορὰν, κλαίειν θᾶσσον οὗ τὰ Μαγνήτων κακά· ἐξ οὗ καὶ νεώτερον εἶναι Καλλίνου τεκμαίρεσθαι πάρεστιν. POTT.

107, 17. τοὺς τοῦ κύκλου ποιητὰς] De his videndus Proclus in Chrestomathia et Welckeri liber de cyclo epico.

107, 19. οἱ Βάκιδες] Tres enumerat schol. Arist. Eq. 123. Pac. 1071. POTT. Aliorum scriptorum loci indicati sunt in Thesauro vol. 2. p. 53, 54.

107, 21. Ἀμφιλύτου] Erat Amphilytus vates Acarnania oriundus. Ejus historiam fuse narrat Herodotus 1, 62. Ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνήρ, etc. Clemens eum Atheniensem appellat, quod Athenis commoratus sit: unde etiam ἡμεδαπὸν eumdem vocat Socrates in Platonis Theage p. 90. Βάκις τε καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ ἡμεδαπὸς Ἀμφίλυτος. POTT.

107, 24. Ἀρισταῖος] Ἀριστέας scribendum esse docuit D. Hoeschelius ad Origen. Adv. Celsum p. 113. Conf. Herodotus 4, 13; Plutarchus Romulo; Strabo 14; Athenaeus 13; Suidas, Gellius 9, 4. POTT.

Ἀμφιάραος ὁ Ἀθηναῖος] An potius ὁ Ἀργεῖος? Notum enim est Argis oriundum, ibique plerumque versatum fuisse Amphiaraum, Oiclis filium, vatem Thebano bello clarissimum. POTT.

107, 25. Τιμόξεος] A. Τιμόθεος· sed rectius forte Τιμόξενος. SYLB.

P. 108, l. 2. ἡ Σαμία] Auctor Epitomes temporum sub Hosea, postremo Israelis rege, hoc modo Sibyllas enumerat, τούτῳ τῷ ἔτει Σίβυλλα ἡ Ἐρυθραία ἐν Αἰγύπτῳ ἐγνωρίζετο. γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλαι ια' Σίβυλλαι, ἡ Ἑβραία, ἡ Περσὶς, ἡ Δελφὶς, ἡ Ἀδάη, ἡ Κιμμερία, ἡ Σαμία, ἡ Ῥοφία, ἡ Κυμαία, ἡ Λιβύη, ἡ Τρῳὰς, ἡ Φρυγία, ἡ Τιβυρτία. Lactantius 1, 6. e Varrone decem Sibyllas numeravit: 1. Persicam; 2. Libyssam; 3. Delphicam; 4. Cumaeam; 5. Erythraeam; 6. Samiam; 7. Cumanam, nomine Amaltheam, Demophilen, vel Herophilen; 8. Hellesponticam in agro Trojano natam; 9. Phrygiam; 10. Tiburtem, nomine Albuneam. Alii alia eis nomina et patrias, diversum etiam numerum tribuunt. POTT.

Κυμαία] κύμη MS. Ottob.

108, 3. Φυτὼ] Verius forte Πυθώ, transposita aspiratione: ut intelligatur Delphica Sibylla. SYLB.

108, 5. πρεσβύτερος δὲ ὁ Μόψος] Duo fuere Mopsi, quorum prior cum Argonautis navigavit, posterior Calchantem vicit. Conf. Lycophronis Cassandra 426. et 980. ibique Tzetzae scholia. POTT.

108, 10. προγνώσει] De Pythagorae et Abaridis vaticinatione conf. Porphyrius De vita Pythagorae 24. et seq., quaeque ibi annotavit Ritterhusius. POTT.

P. 109, l. 1. Οἰνώνη καὶ Βρῆνος] Guil. Canterus Notis ad Lycophronem legit Οἰνώνη Κεβρῆνος, scil. θυγάτηρ· ut Apollodorus 3, 12, 5. Οἰνώνην, τὴν Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατέρα. Non tamen male A, qui legendum censet Οἰνώνη καὶ Κρῆνος· causalis sane particula, quae sequitur, ei lectioni quadantenus patrocinatur. SYLB. Sed ibi quoque Κεβρὴν scribendum.

109, 2. Ἴαμος] De Iamo et Iamidis posteris ejus meminit etiam Pausanias p. 94, 10. et 179, 1; [3, 11, 6. 3, 12, 8. 4, 16, 1. 6, 2, 3. 5.] de Telemo Homerus Odyss. 9. extremo. SYLB. Conf. de Iamo Petrus Victorius Var. lect. 12, 15. POTT.

109, 12. Μόψος ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς] Nostram lectionem, Μόψος

ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς, cum alia tuentur, tum ea, quae a Natale Comite narrantur Mythologiae 4. p. 557. SYLB.

109, 14. Ἀλκμέων] Scribendum Ἀλκμαίων· nam ε et αι propter soni similitudinem sunt admodum εὐμετάβολοι. Clemens Acarnanem vocat, quod eum locum habitarit, quem qui postea Acarnanes dicti sunt, tenuerunt. Nam Acarnanes ab Acarnane, Alcmaeonis filio, nominati sunt, teste Pausania in Arcadicis p. 492. [8, 24, 9.] ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκαρνᾶνος τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ τὸ ὄνομα τὸ νῦν γενέσθαι λέγουσι τὰ προτοῦ Κούρησι καλουμένοις. De Anio Delio notus est Virgilii versus Aeneid. 3, 80.

Rex Anius, rex idem hominum, Phoebique sacerdos. POTT.

109, 21. ἡ γραφὴ] Conf. quae ad principium Strom. 2. dicenda sunt. POTT.

P. 110, l. 6. Ἀδάμ] Adamum prophetam credidit Justinus M. cum dixit Christi adventum praedictum fuisse, πρὶν ἢ φανῆναι αὐτὸν ἔτεσιν πεντακισχιλίοις, Apolog. 1. p. 62. edit. Oxon. In Recognitionibus Clementis Petrus affirmat, "certum esse primum hominem prophetam fuisse:" lib. 1. sect. 47. Conf. Clementinorum homil. 3. sect. 17. et seq., 42. et seq.; homil. 8. sect. 10. et Clementina Epitome de gestis Petri sect. 40. Unde haeretici librum Adami nomine inscriptum ediderunt, de quo conf. Constitutionum apostol. 6, 16. et quae ibi annotavit Cotelerius. POTT.

110, 7. μετάνοιαν κηρύξας] Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα, 2 Pet. 2, 5. POTT.

110, 15. ὁ τοὺς συλλογισμούς] Recte Fr. Junius intelligit γράψας· ut Misaelis liber sanctarum argumentationum significetur: cujusmodi complures alii recensentur inter apocryphos. SYLB.

110, 20. τοὺς αὐτοὺς χρόνους] Hoc est tempora τοῦ Νόμου. POTT.

110, 28. τῆς Σωθιακῆς περιόδου] Sothiacae revolutionis meminit etiam Plutarchus in Sympos. Problem. Sed interpres mavult πρὸ τῆς Ἰλιακῆς ἁλώσεως, quippe quod ab Inacho usque ad captam Trojam intercesserint plus quam quadringenti anni, ut ipse Clemens ante docuit p. 138, 26. SYLB. Sothiaca vero περίοδος est πλάνη Ἰσιακή. error, seu peregrinatio, Isidis, seu Ius, Inachi filiae, poeticis scriptoribus notissimae. Nam Σῶθις eadem est quae Io, vel Isis: et περίοδος est πλάνη. Hesychius, περίοδος: ἡ τῆς γῆς περιήγησις. Unde Περίοδος Πέτρου, *Peregrinatio Petri*, ab apocryphis scriptoribus celebrata. Maximinus apud Eusebium H. Eccl. 9. τῆς τυφλῆς ἐκείνης πλάνης καὶ περιόδου παντάπασιν ἀποστάντες. POTT.

P. 111, l. 3. κατὰ Κρότωπον, γενεαὶ τεσσαράκοντα] Pro Κρότωπον quidam Κέκροπα legunt, ut superius p. 379. edit. nostrae, ubi dicit Clemens, Cecropem τεσσαράκοντα γενεαῖς Inacho posteriorem esse. Ibidem vero vult inter Inachum et Trojae tempora, quae Cecrope et Crotopo longe posteriora fuere, tantum intercessisse paulo plures quam εἴκοσι γενεαί. Unde pro τεσσαράκοντα Hervetus hoc loco legit τέσσαρες. Conf. quae superius annotata sunt. POTT.

111, 20. Εἶτα ἐπὶ τὴν Ἑλένης] Convenient haec cum Eusebii Chronicis, modo ita corrigantur ex fide optimi codicis Pithoeani, ut ad annum Menesthei nonum scribantur illa: "Hercules in morbum incidit pestilentem, qui ob remedium doloris se jecit in flammas, et sic morte finitus est anno aetatis quinquagesimo secundo. Quidam ante tricesimum eum periisse scribunt." Deinde ad decimum quartum Menesthei haec referenda, quae ita lego in codice Reg. MS.: "Alexander

Helenam rapuit, et Trojanum bellum decennale surrexit: causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certamen fuit, una earum Helenam pastori judici pollicente. Excidium autem Trojae accidit tempore Elon, judicis Hebraeorum, cui successit Abdon, eique mox Samson, ut ad res sacras profana referamus." Sed primi illius judicis nomen restituendum est Eusebio, legendumque: "Post Esebonem libro Hebraeorum fertur judex Elon rexisse populum annis decem, qui non habetur apud LXX interpretes." In cod. Pith. dicitur Aelaon, in Vict. Aelon, in Reg. Elaon, in Vulgata Ahialon. Sane mirum est quod a LXX praetermissum dicit hunc judicem, cum ita legamus Judicum 12, 11. καὶ ἔκρινε μετ' αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ Αἰλὼμ ὁ Ζαβουλωνίτης. Sed et hic noster ante p. 354: "Deinde Ebron Zabulonites octo annis. Deinde Aeglon ex Ephraim octo annis. Nonnulli autem septem annis Abatthan conjungunt quatuor annos Ebron." In Graeco erat τὰ Ἐβρὼμ τεσσαράκοντα ἔτη. Plane Ebrom ille est Elon, Aeglon autem Abdon Ephraimites, Abatthan demum Esebon sive Ἐβεσών, cujus forte annos cum Elonis annis jungebant. COL.

111, 22. ἀπὸ δὲ Τροίας ἁλώσεως] Excidit periodus a raptu Helenae ad captam Trojam: unde Scaliger in Histor. Synag. ante haec verba inserit, ἐντεῦθεν ἐπὶ Τροίας ἅλωσιν ἔτη δέκα. Quae forte omisit negligens librarius propter ἔτη δέκα in proxime sequenti sententia repetitum. POTT.

111, 25. τριακονταοκτώ] εἴκοσι ὀκτώ Scaliger in Histor. Synag. POTT.

P. 112, l. 2. ἔτη ὀγδοήκοντα] Conf. Tatianus p. 107, 108. edit. Oxon. POTT.

112, 14. πάλιν ἀπὸ τῆς πρώτης] Jos. Scaliger lib. 5. De emend. temp. Sentit Plinius urbem conditam anno 1. Olympiadis septimae, quae sententia multos assertores habet, Dionysium, Eusebium, alios, et in primis veterem Chronologum apud Clementem: ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῆς Ῥώμης κτίσιν ἔτη κδ'. Nam quo minus integri sint 24, desunt tot dies, quot sunt a Palilibus ad proximos dies aestivos, quibus ludicrum Olympicum celebrabatur. Neque aliter Solinus censet, qui dicit coeptante Olympiade 7. Romam Palilibus conditam, hoc est circa initia 7. Olympiadis. COL.

ἐπὶ Ῥώμης κτίσιν] Theophilus p. 137. edit. Paris. ἐκτισμένης τῆς Ῥώμης ὑπὸ Ῥωμύλου, τοῦ παιδὸς Ἱστορουμένου Ἄρεως καὶ Ἰλίας, ὀλυμπιάδι ἑβδόμῃ. POTT.

112, 15. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνος ἀναίρεσιν ὕπατοι] Idem eodem libro p. 221. agens de consulatu Junii et Bruti ita legit hunc locum. At vetus chronologus apud Clementem, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν βασιλέων ἀναίρεσιν ὕπατοι ἐγένοντο ἐπ' ἔτη διακόσια τεσσαράκοντα τρία. In Florent. edit. Clem. legebatur, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνος ἀναίρεσιν ὕπατοι ἐγένοντο ἐπὶ ἔτη διακόσια μγ'. Hervetus haec convertens, addidit "a Dario." Certe si chronologos caeteros consulas, annorum numerus, quos affert Clemens, magis convenit cum spatio temporis a condita Roma ad regifugium quam ad eversionem Babylonis. Et hic omissis Graecis videtur epochas Romanorum persequi: quamobrem huic emendationi assentientes, quod sequebatur, ἀπὸ δὲ τῆς Βαβυλῶνος ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, legemus ita, ἀπὸ δὲ τῆς βασιλέων ἀναιρέσεως ἐπὶ τὴν Ἀ. τ. Totidem reperies in Chron. Eusebii ab olymp. 66. ad 114. ubi regifugium et Alexandri mors notantur. COL. Theophilus p. 137. vult a Roma

condita ad Tarquinium Superbum annos fuisse 220, hunc vero regnasse annos 25. Itaque ejus sententia inter urbem conditam et *τὴν βασιλέων ἀναίρεσιν, regum expulsionem*, intercedebant anni 245. POTT.

112, 17. Βαβυλῶνος ἁλώσεως] Βαβυλῶνος ἅλωσις intelligenda est quae per Cyrum facta est, ut declarat Eusebii Chronicon. SYLB.

112, 19. *ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Αὐγούστου νίκην*] Scaliger lib. 5. p. 237: Dupliciter sumitur initium Actiacae victoriae: aut enim a classe Antonii et Cleopatrae victa et Thoth fixo, aut ab Alexandria recepta. Diem ipsum docet Dio, classis devicta iv Non. Sept., Caesare Octav. tertio, M. Valerio, Messala Corvino coss., anno imperii Augusti 15, Juliano 16. Rursus Chronologus vetus apud Clementem, *ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ἐπὶ τὴν Αὐγούστου νίκην, ὅτε Ἀντώνιος ἔσφαξεν αὐτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἔτη ἐννενήκοντα τέσσαρα*. A sequenti igitur anno Juliano putat Actiacam victoriam, nempe a consulatu 4 Augusti et Alexandria recepta. Horatius Od. 4, 14:

Nam tibi quo die
portas Alexandria supplex,
et vacuam patefecit aulam,
fortuna lustro prospera tertio
belli secundos reddidit exitus. COL.

112, 22. *ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, ὃν ἔθηκε Δομετιανὸς*] Scaliger lib. 5. p. 243. hunc locum citans: Tetraeterides, inquit, per Capitolinos agonas servabantur. Quorum primus a Domitiano institutus fuit, duodecimo ejus et Servii Cornelii consulatu. Anno Iphiti 1014 scribebat librum suum De die natali Censorinus, quo anno prodit celebratum undequadragesimum agonem Capitolinum, anno Christi 238. Idem lib. 1. cap. 10. Auson. lectionum docet exemplo ludorum Olympicorum institutos fuisse hos agonas, in quibus omne genus artifices certabant, et quercu coronabantur, et Romae, non per lustra ut antea, magnum annum vocabant, sed per Capitolinos agonas computabant. COL.

P. 113, l. 10. Εὐαίνετον] Seu potius Ἡγησίαν. Erat enim Evaenetus archon, cum Alexander in Asiam profectus est, ut paulo ante refert Clemens; Hegesias vero, cum post undecim annos Babylone mortuus est. POTT.

113, 17. *ἀπὸ μὲν Ἀδάμ*] Discrimen illud est inter Hebraeos et LXX, quod ab illis quidem ab Adamo ad diluvium numerentur anni tantum 1656. at LXX, ut est apud Eusebium circa tempora Salomonis, "ab Adamo usque ad diluvium 2242 anni," quae verba sunt addenda etiam alio ejusdem Chronici loco circa 199 Olympiadem post illa verba, "a diluvio usque ad Abraham," consentientibus tribus manuscriptis codicibus. Vide D. Augustinum De civit. Dei 15, 23. Marianum Scotum et Adonem Viennensem, et his historicis antiquiorem Gregorium Turonensem, ex cujus historiae calce corrigendum est caput, et idem numerus LXX scribendus. COL. Theophilus Ad Autolyc. 3. p. 138. ab Adamo ad M. Aurelium Verum, eumdem recenset annorum numerum, quem Clemens ab Adamo ad Commodum: in intermediis annorum numeris computandis non semper inter eos convenit. POTT.

P. 115, l. 5. *δύο καὶ ἑβδομήκοντα*] Antiqui Patres septuaginta, vel septuaginta duas linguas gentesque, totidem praeterea angelos illis praefectos, numerabant. Quem numerum e diversis sacrae Scripturae locis colligebant. Clementinorum auctor homil. 18. c. 4. cum Clemente

nostro a numero filiorum Jacob rationem init, *ὅστις κατὰ ἀριθμὸν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, οἱ εἰσῆλθον εἰς Αἴγυπτον, οἵ εἰσιν ἑβδομήκοντα, καὶ πρὸς τὰ ὅρια τῶν ἐθνῶν περιγράψας γλώσσαις ἑβδομήκοντα.* Quod quidem inferebant ex Deut. 32, 8: "Quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam: constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel. Pars autem Domini populus ejus." Quem locum prae oculis habuit auctor Recognitionum sancti Clementis 2, 42, haec scribens, "Est enim uniuscujusque gentis angelus, cui credita est gentis ipsius dispensatio a Deo ... Deus enim excelsus, qui solus potestatem omnium tenet, in septuaginta et duas partes divisit totius terrae nationes, ejusque principes angelos statuit; uni vero, qui in archangelis erat maximus, sorte data est dispensatio eorum qui prae caeteris omnibus excelsi Dei cultum atque scientiam receperunt." Alii eidem numero aptabant eorum numerum qui turrim Babylonicam exstruxerunt. Epiphanius Contra haereses p. 6. *διασκέδασε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς εἰς ἑβδομήκοντα δύο διένειμε, κατὰ τῶν τότε ἀνδρῶν ἀριθμὸν εὑρεθέντα.* Conf. idem haeres. 39. Sethianorum. Procopius Gazaeus in Deut. locum jam dictum utramque rationem conjunxit. Alii LXX vel LXXII seniorum numerum respiciunt. Isidorus in Allegoriis S. Scripturae: "Septuaginta (al. 72.) viri seniores, super quos cecidit Spiritus Dei, septuaginta (al. 72.) nationum linguas in hoc mundo diffusas ostendunt." Alii huc trahunt septuaginta duas ab Adamo ad Christum generationes, Luc. 3, 23. Irenaeus 3, 23. "Propter hoc Lucas genealogiam, quae est a generatione Domini nostri usque ad Adam, septuaginta duas generationes habere ostendit, finem conjungens initio, et significans quoniam ipse est, qui omnes gentes exinde ab Adam dispersas, et universas linguas, et generationem hominum cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est." Rufinus Expositione in Symbolum apostolorum, refert de 70 seu 72 nationibus, totidemque angelis praefectis, et linguis, veteres Christianos et Judaeos consentire. Eundem numerum gentium agnovisse Aegyptios testis est Horapollo 1, 14. *οἰκουμένην δὲ γράφοντες κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσιν, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς ἀρχαίας φασὶ τῆς οἰκουμένης εἶναι.* POTT.

115, 14. *τοῖς θεοῖς*] Homerus peculiarem dialectum diis tribuit Il. 1, 403. *ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα.* 2, 813. *τὴν ἦτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν, ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.* 14, 291. *χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.* 20, 74. *ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.* Vetus scholiastes ad Il. 1, 403. haec annotavit, *τῶν δὲ διωνύμων τὸ μὲν πρότερον ὄνομα Ὅμηρος εἰς θεοὺς ἀναφέρει, τὸ δὲ δεύτερον εἰς ἀνθρώπους.* POTT.

115, 18. *ἀλόγων ζώων διαλέκτους*] Celsus apud Origenem 4. p. 222. *φασὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ συνετοὶ καὶ ὁμιλίας ἐκείνοις εἶναι, δηλονότι τῶν ἡμετέρων ἱερωτέρας, καὶ αὐτοί που γνωρίζειν τὰ γινόμενα, καὶ ἔργῳ δεικνύειν ὅτι γνωρίζουσιν, ὅταν προειπόντες ὅτι ἔφασαν οἱ ὄρνιθες ὡς ἀπίασί ποι, καὶ ποιήσωσι τόδε ἢ τόδε, δεικνύωσιν ἀπελθόντας ἐκεῖ, καὶ ποιοῦντας ἃ δὴ προεῖπον. ἐλεφάντων δὲ οὐδὲν εὐορκώτερον, οὐδὲ πρὸς τὰ θεῖα πιστότερον εἶναι δοκεῖ.* POTT.

P. 116, l. 3. *φύσει*] Putabant olim nonnulli certa nomina rebus natura convenire, ea vero inter barbaros praecipue quaerenda esse, quod illi Graecis antiquiores essent. Plato in Cratylo p. 292. disserens *περὶ ἀληθείας τῶν πρώτων ὀνομάτων*, seu quod prima nomina verissima sint, et rerum naturis maxime consona, hanc ejus rei rationem affert:

ὅτι παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν· εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι. Hinc Psammetichi, Aegyptiorum regis, commentum de voc. βεκός, quod referunt Herodotus in principio libri 2. et Tertullianus lib. 1. Ad nationes cap. 8. Comparanda etiam Origenis disputatio de natura nominum Adv. Celsum 1. p. 18, 19; 5. p. 261. ad quos locos videndae Spenceri annotationes. POTT.

116, 11. Αὔγουστος] Theophilus Ad. Autolyc. 3. p. 137. ex Cratore, M. Aurelii Veri liberto, et Tertullianus Adv. Judaeos c. 8. Romanorum imperatorum seriem chronologicam exhibent, sed in numeris annorum recensendis a Clemente non parum dissentiunt. POTT.

116, 27. ἑπτὰ] ὀκτὼ emendat Casaubonus ex Eutropio, ad Suetonii Vitellium cap. ult. LOWTH.

116, 28. ἔτη ια'] Legendum videtur ἔτη θ'. Imperavit siquidem decem annis, demptis diebus sex, teste Xiphilino. Vide notata paulo post. LOWTH.

P. 117, l. 8. ϡνγ'] Florent. ed. λ ν γ' perperam decadis nota pro hecatontade posita. Nostrae scripturae ϡνγ', id est 953, patrocinatur Chronicon Eusebii, aliquot tamen annis variantibus. Puto autem illam nongenarii notam ex octingenarii nota deflexam esse, nempe ω inverso, et deorsum cum cauda quadam devexo; eo prope modo, quo Indicarum sive Arabicarum zifrarum V septem, Λ octo significat. Necessitas vero eum characterem excogitavit, quia post ω non supererat alius ex alphabeto, quo nona centuria designaretur. SYLB.

117, 9. ἐγεννήθη δὲ ὁ κύριος] Notanda diversa ratio numerandi annos Augusti. Alii enim annos ejus imperii putant a primo consulatu ipsius, atque ita 46 reperiunt. Natus enim est Augustus Cicerone et Antonio coss. U. C. 691. Consulatum gessit 711, annum agens 20, ut Suetonius et Dio tradunt, vel ut ipse ait in indice suo ab A. Schotto vulgato 19, mortuus est xiv Kalend., Septemb. 5, c. 767. aetatis suae 75, m. 10, d. 26. Natus est Christus aetatis ejus 62, Urbis 752, ab ejus consulatu 42 inchoato, ut scribit Euseb. Hist. Eccl. 1, 5, Epiphanius haeres. 51, et in Anchor. Orosius 7, 2. At Tertullianus Adversus Judaeos et Irenaeus 3, 25, ann. 41 absoluto scilicet. Alii vero annos Augusti numerant ab Actiaca victoria, quo tempore solus imperavit ann. 43, atque ita praecedenti pag. Clemens 43 annos Augusto tribuit, et nunc anno ejus 28 natum Christum ait, ut Eusebius Hist. Eccl. 1, 5., octavo et vicesimo ab Aegypto occupata. Beda lib. De sex aetatibus mundi natum eum vult anno 27 Actiacae victoriae, quod probat Jos. Scaliger De emendat. tempor. 6. p. 256. On. Panvinius in Chronico eccles. ann. 29, in Commentar. in fastos 30. Victoria illa notatur a Dione iv Non. Septemb., an. U. C. 723. Panvinius ortum Christi an. U. C. 725. Maneat ergo an. 28 Augusti et hoc in loco Clementis, et aliis chronologis relinquatur quadragesimus secundus, vel restituatur potius Hesychio apud Anastasium in Quaestionibus in Scripturam, quaest. 92, quod fragmentum quoniam et Clementis nostri meminit, adjiciam ex manuscripto Reg. M. Ἐν γὰρ τῷ μβ' ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου, μηνὶ δεκεμβρίῳ κε', ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ζ' τῆς ἡμέρας ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας· ἔτους κατὰ Ἀντιοχεῖς ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἑξακισχιλίου· συνάγεται γὰρ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Φαλὲκ, υἱοῦ Ἔβερ, ἔτη τρισχίλια, καὶ ἀπὸ Φαλὲκ ἕως μβ' τῆς βασιλείας Αὐγούστου ἔτη ,αξζ', καὶ λοιπὸν συνανεστράφη ὁ σωτὴρ τοῖς ἀνθρώποις ἔτη λγ'.

ὡς γίνεσθαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως καὶ σταυρώσεως ἔτη ς', πλήρη· ὁ γὰρ Φαλὲκ κατὰ τὴν προφητείαν Μωσέως τὸ ἥμισυ λέγεται τοῦ χρόνου τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας. ὥσπερ γὰρ τὸν ἄνθρωπον τῇ ς' ἡμέρᾳ πλάσας ὁ θεὸς, καὶ ἐξῆς ὑπέπεσεν τῇ ἁμαρτίᾳ, οὕτως καὶ τῇ ς' ἡμέρᾳ τῆς χιλιάδος ἐπὶ τῆς γῆς ἦλθεν καὶ ἔσωσεν αὐτόν· τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα, ἡμέρα κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη· ἄτινα καὶ Κλήμης καὶ Θεόφιλος καὶ Τιμόθεος, οἱ θεοφιλέστατοι χρονογράφοι, ἐξέθεντο. Haec a G. Herveto Latina facta reperies in Bibliotheca sanctor. Patrum, in quibus haec mutanda sunt: "Nam in 42 anno imperii Augusti, mense Decembri 25, die sexto, hora 7 die natus est." Item: "Usque ad natalem et crucifixionem 6000. Nam ab Adam usque ad Phalec, filium Heber, anni 3000, et a Phalec usque ad 42 annum." Postremo: "Ita etiam sexto die millenarii venit in terram, et servavit eum." Sic enim corrigendum esse constat e Graeco et rationibus ipsis annorum: quin ne illud quidem vacare mendo videtur in Graeco, dum ait ad annum Augusti esse tantum 1067. Nam si additis 33 fiunt sex annorum millia plena, 2967 fuerint oportet. Quanquam rara est et paucorum chronologia sexto millenario natum Christum: Ecclesia quidem Graeca circa annum mundi 5500 ortum Christi notat cum Eusebio in fragmentis Chronicorum a Curterio editis, at Romana 5199. COL.

117, 16. ἐνιαυτὸν μόνον] Clemens ab Ignatio hic dissentit. Is enim epistola 2. scribit Christum τρεῖς ἐνιαυτοὺς τὸ εὐαγγέλιον κηρύξαντα κριθῆναι. Vise et Epiphanium. H. SYLB. Locus est Iesaiae 61, 2: "Ut praedicarem annum placabilem Domino." LXX. Καὶ καλέσαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν. Clemens κηρύξαι legit. Hilarius in Psalm. 52: "Praedicare annum Domini acceptum." Hieronymus: "Et annuntiarem annum placabilem Domino." Procopius in Iesaiam: Δεκτὸς ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους εὐδοκίας, τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως καιρὸν οὕτως εἰπὼν, ἐν ᾧ διάγων ἐπὶ γῆς φῶς ἡμέρας τοῖς προσιοῦσι παρείχετο. At hanc Clementis de anno uno praedicationis Christi constat etiam fuisse Tertulliani in Judaeos sententiam, J. Africani 5 Annal. et Lactantii 4, 10. quin et Augustini Civit. 18, 54. nisi forte in nomine consulum deceptus est. Communis chronologorum sententia est Christum mortuum esse non eo ipso anno, quo baptizatus est, hoc est 30, sed quarto mense anni sui 33. COL. Clemens infra 5. p. 668. οἵ τε τριακόσιοι ἑξήκοντα κώδωνες οἱ ἀπηρτημένοι τοῦ ποδήρους, χρόνος ἐστὶν ἐνιαύσιος, ἐνιαυτὸς κυρίου δεκτὸς, κηρύσσων καὶ καταγγέλλων τὴν μεγίστην τοῦ σωτῆρος ἐπιφάνειαν. Eandem sententiam, licet minus veram, multi ex antiquis, haeretici pariter ac Catholici, secuti sunt. Origenes, Clementis nostri discipulus, Philocaliae cap. 1. τεκμήριον γὰρ τῆς ἐγχυθείσης χάριτος ἐν χείλεσιν αὐτοῦ τὸ, ὀλίγου διαγεγενημένου χρόνου τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ (ἐνιαυτὸν γάρ που καὶ μῆνας ὀλίγους ἐδίδαξε), πεπληρῶσθαι τὴν οἰκουμένην τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. Idem in Luc. 4. "Juxta simplicem intelligentiam, in Judaea uno anno praedicasse Evangelium aiunt. Et hoc esse quod dicitur annum acceptabilem praedicare." Auctor Clementinorum sub finem homil. 17. ὅλῳ ἐνιαυτῷ ἐγρηγορόσι παραμένων ὡμίλησεν ὁ διδάσκαλος. Valentiniani ἐνιαυτῷ ἐνὶ βούλονται αὐτὸν μετὰ τὸ βάπτισμα κεκηρυχέναι, teste Irenaeo 1, 1; 2, 36. 38. 39. ubi hunc errorem copiose refellit. Conf. Tertullianus Adv. Judaeos cap. 8. Adv. Marcionem 1, 15. Lactantius 4, 10. Julius Africanus apud Hieronymum in Danielem, Paulus Orosius lib. 7. cap. 10, etc., qui Clementis errorem tuentur. Conf. etiam

Montacutius Originum eccles. tom. 1. p. 331, et seq.; Natalis Alexander Historiae eccles. tom. 1. disput. 2. POTT.

117, 19. *πεντεκαιδεκάτῳ Αὐγούστου*] *Πεντεκαιδέκατον ἔτος* non ita accipiendum est ac si Christus inciderit in Augusti annum 15, sed simpliciter pro spatio 15 annorum, quos Christus, Augusto regnante, implevit: proinde hoc spatio totidem annis, quibus Christus sub Tiberio vixit, addito, *πληροῦνται τριάκοντα ἔτη*, ut ait auctor. Alioqui si Christus natus fuisset Augusti anno 15, et alios 15 annos sub Tiberio implesset, necesse est ut annos 43 attigisse dicatur, siquidem Augustus annos 43 regnavit, ut paulo superius retulit Clemens. Tertullianus Adv. Judaeos cap. 8. "Post enim Augustum, qui supervixit post nativitatem Christi, anni 15 efficiuntur: cui successit Tiberius Caesar, et imperium habuit annis 22, mensibus septem, diebus viginti. Hujus quintodecimo anno imperii passus est Christus, annos habens quasi 30, cum pateretur." Idem paulo ante: "Supervixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis 15." Conf. Clemens infra, 7. p. 898. POTT.

117, 21. *ἔτη μβ'.*] Origenes Contra Celsum 4. p. 174: *Τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν.* Idem tradit Eusebius in Chronico, *συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Οὐεσπασιανοῦ, καὶ τὴν ὑστάτην ἅλωσιν Ἱεροσολύμων, ἀπὸ μὲν πεντεκαιδεκάτου ἔτους Τιβερίου, καὶ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, ἔτη τεσσαράκοντα δύο.* Ubi Scaliger annotat: "Clemens non uni Eusebio, sed et Origeni imposuit. Certe a 15 anno Tiberii ad excidium templi, sunt anni solidi 41, cum aliquot diebus, non 40, ut Phlegon apud Origenem tract. 22 in Matthaeum; neque 42, ut Clemens." POTT.

117, 25. *εἰσὶ δέ*] J. Pamelius in librum Tertulliani Adversus Judaeos cap. 8. Clementem ait hoc loco afferre opinionem cum eorum qui 41, tum eorum qui 42 Augusti anno Christum volunt natum, quod antea ortum ejus retulerat in annum 28, post devictam Cleopatram, et nunc addat aliorum sententiam, qui "subtilius natali Domini non solum annum, sed et diem addunt, quem dicunt 29. anno Augusti" (sic enim legendum est pro eo quod mendose iterum est 28), "in 25 mensis Pachon," quem nos Decembrem dicimus, "natum." Vide etiam G. Mercatoris Chronolog. COL.

P. 118, l. 3. *ἐν πέμπτῃ Πάχων*] Pachonis 25. Kalendarium vetus manuscriptum, ut et Christmani Kalendarium, facit Maii 20. SYLB. Conf. quae annotavit Cotelerius ad Constitutionum apostolicarum lib. 5, 13. POTT.

118, 4. *Βασιλείδου*] Sed potius *Βασιλείδους*, ut infra p. 434. 443. 448. 508. POTT. Fallitur. Recta forma *Βασιλείδου* est.

118, 7. *τοῦ Τυβὶ μηνὸς*] Beda lib. De temporum ratione c. 9. "Aegyptii, qui primi ad solis cursum, cujus motus tardior facilius poterat comprehendi, menses computare coeperunt, sumpto ab autumni tempore primordio, tricenis hos produntur includere diebus, quorum primus mensis Thoth iv Kal. Septembr., 2 Paophi iv Kal. Octob., 3 Athyr v Kal. Novemb., 4 Choeac. v Kal. Decemb., 5 Tybi vi Kal. Januar., 6 Mechir vii Kal. Februar., 7 Phamenoth v Kal. Martiar., 8 Pharmuthi vi Kal. April., 9 Pachon vi Kal. Maiar., 10 Payni vii Kal. Juniar., 11 Epiphi vii Kal. Jul., 12 Mesori viii Kal. Aug. sumit exordium: quem 10 Kal. Septemb. die terminantes, residuos 5 dies *ἐπαγομένας*, vel intercalares, sive additos, vocant, quibus etiam quarto

anno diem sextum, qui ex quadrantibus confici solet, adnectunt." Haec Bedae enumeratio pertinet ad annos Aegyptiorum Actiacos: nam veterum Aegyptiorum ante victoriam Actiacam anni, cum bissextum omitterent ob quadrantem sex horarum addendum, anticipabant uno die quarto quoque anno, et, ut ait Jos. Scaliger De emendat. temp., p. 133, eorum Thoth laxis habenis in anteriora fugiebat, eoque fiebat ut cum Romanis mensibus non possent comparari. Verum anno Juliano recepto et Thoth fixo, diem sextum addiderunt, ut scribit Eusebius in Chronicis a J. Curterio editis, sic n. manuscript., *συμπληροῦνται δὲ τῇ κγ' τοῦ αὐτοῦ κατ' ἔτος, καὶ ποιοῦσιν ἄλλον μῆνα πενθήμερον ἀπὸ τῶν λοιπῶν πέντε ἡμερῶν. ἐὰν δὲ καταντήσῃ τετραετηρικὸς, τοῦτ' ἔστι βίσεκτος, ἐξ γίνεται τοιαῦται ἐπακταί.* Haec ideo addidi, quod et graves auctores Aegyptiorum veterum menses vagos a recentioribus fixis non distinguentes errarint, quod in Plutarcho notat Scaliger p. 163, et quidam alios immerito reprehendant Aegyptios menses cum Latinis comparantes, ut J. Lalamantius Lactantium Firmianum quod lib. 1. c. 6. De falsa religione Thoth Septembri nostro respondere censuerit. Est in eodem Anastasii libro fragmentum quoddam Constitutionum apostolicarum, quod subjiciam ex manuscripto, tum quia in iis quae a F. Turriano editae sunt non reperitur, tum quia in interpretatione quaedam restitui possunt e Graecis, *ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ κατὰ Αἰγυπτίους χοιὰκ κέ ὥρᾳ ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας* (sic apud Hesychium paulo ante), *ὅ ἐστιν πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰανουαρίων· ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτοῦ ἔτει ὑπὸ Ἰωάννου, τοῦ Τυβὶ ια', ὥρᾳ ι' τῆς νυκτὸς, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. ἔμεινε δὲ σὺν ἡμῖν ἐν τῷ κόσμῳ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, ἕως ἐγένετο ἐτῶν λβ' καὶ μηνῶν τριῶν. ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει αὐτοῦ ἐσταυρώθη φαμενὼθ κθ', ἡμέρᾳ ς', ὥρᾳ ς' τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης ιδ'. ἀνέστη δὲ ἐν τριημέρῳ φαρμουθὶ ἡμέρᾳ α', ὥρᾳ ς' τῆς νυκτὸς, καὶ ὤφθη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ δι' ἡμερῶν μ', διδάσκων ἡμᾶς κηρύσσειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ἀνελήφθη δὲ Παχὼμ γ', ὥρᾳ θ' τῆς ἡμέρας.* COL. Conf. quae annotavit Cotelerius loco superius dicto. POTT.

118, 7. *τινὲς*] Epiphanius haeresi 51. refert natum esse Christum circa Januarium mensem, hoc est ante octavum Iduum Januarii, quae est sexta (non quinta) ejusdem mensis secundum Romanos, secundum Aegyptios Tybi undecima, juxta Syros sive Graecos Audinaei sexta; et ab eo die usque ad diem ante decimum tertium Kal. April. et secundum Aegyptios Phamenoth mensis 24 complevisse annos triginta duos; et resurrexisse 26 Phamenoth, ante xi Kal. Apriles. COL.

118, 10. *Φαμενὼθ*] Conf. quae annotavit Cotelerius ad Constitutionum apost. 5, 14. POTT.

118, 13. *κἀκεῖνα*] Fortasse rectius *κἀκεῖνο*. De anno autem nativitatis cum Clemente consentit etiam Eusebius in haec verba, *ἤδη οὖν τοῦτο δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος Αὐγούστου βασιλείας, Αἰγύπτου δ' ὑποταγῆς, καὶ τελευτῆς· Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας* (i. e. monarchiae Augusti Caesaris: quippe quae post Actiacam de Antonio victoriam incoepit) *ὄγδοον ἔτος καὶ εἰκοστὸν, ὁπηνίκα ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς τότε πρώτης ἀπογραφῆς, ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου τῆς Συρίας, ἀκολούθως ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητείαις, ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς Ἰουδαίας.* SYLB.

118, 15. ἔτη ξ. [illegible] siquidem duabus imperii annis, quas vacua regnatione reliqui, quod septem anni, mensis unius, decem [illegible] tatis. LOWTH.

118, 25. [illegible] Dan. δ. 14. quae in [illegible]

118, 26. [illegible] dicibus 20, qui [illegible]

P. 119. l. 16. [illegible] decimum a secundo Vespasiani [illegible] SYLB.

P. 120, l. 3. [illegible] Historiam de Bibliorum [illegible] refert etiam Philo lib. 3. de vita Mosis; Josephus A. J. lib. 2; Justinus Martyr p. 16; Eusebius Pr. Ev. p. 306; Epiphanius p. 333. ed Aristeas libro singulari; item Augustinus De civitate Dei l. 18. c. 11. et 13; 18. 42 et seq. ut H. et R. annot. SYLB. Quibus addi possunt Tertullianus Apol. c. 18; Irenaeus 3. 25. a quo Clemens quae hac de re narrat sumsisse videtur, alios ut taceam fere innumeros. POTT.

120, 6. τοῦ λόγου] Sic Irenaeus [3. 24. ubi v. Harvei. vol. 2. p. 114] quem sequitur Clemens. Reliqui fere omnes sub Philadelpho inceptam perfectamque Bibliorum interpretationem fuisse referunt. Quo de re dixit Vossius De Hist. Graec. 1, 12. POTT.

ἢ, ὡς τινες, ἀπὸ τοῦ Φιλαδέλφου ἀκριβῶς πραγματευσαμένου] Hanc partem ochen Clemens ex libro Aristobuli, Ptolemaeo Philometori dicato, pauca pro more suo mutatis, inseruisse videtur. Aristobuli verba ita se habent apud Eusebium Pr. Ev. 13. 12. ἡ δ' ὅλη ἐμφορεῖται τῶν [illegible] Νόμου πάντων ἀπὸ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σπουδὴν περὶ τὰ τοιαῦτα γένος, προσενεγκάμενον μείζονα φιλοτιμίαν, Δημητρίου Φαληρέως ἐπιμεληθέντος μᾶλλον τὰ περὶ τούτων. Ubi pro προσενεγκάμενον ex Clemente mutandum videtur προσενεγκαμένου. POTT.

120, 20. προφητείαν] Pro libris sacris sumitur haec vox, ut saepius LOWTH.

120, 27. Ἔσδρας] Idem tradunt Irenaeus 3, 24. [illegible] ad Iren. vol. 2. p. 114.

P. 121, l. 8. τά τε κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου] τά τε κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων, ἡμετέρων δὲ πολιτῶν, Euseb. l. c.

121, 13. σοφῶς καὶ Πυθαγόρας] Haec in re [illegible] veterum Patrum abit 4. 2. "Unde equidem solos [illegible] Pythagoras, et postea Plato, amore indagandae veritatis [illegible] Aegyptios, et magos, et Persas penetrassent, ut earum [illegible] et sacra cognoscerent (suspicabantur enim sapientiam [illegible] sari), ad Judaeos tamen non accesserint, penes [illegible] quo facilius ire potuissent. Sed aversos esse arbitrer [illegible] dentia, ne scire possent veritatem; quia nondum [illegible] hominibus religionem Dei veri justitiamque cognoscere." [illegible] dicenda sunt ad principium Strom. 2. POTT.

121, 16. τί γάρ—] De hoc celeberrimo effato [illegible] mentio facta est. Suidae verba apposuisse [illegible] μήνιος, Ἀναμενὺς, ἀπὸ Συρίας, φιλόσοφος Πυθαγόρειος. [illegible] Πλάτωνος ἐξελέγξας διάνοιαν, ὡς ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν τὰ περὶ θεοῦ [illegible]

*γενέσεως· ἀποσυλήσασαν· καὶ διὰ τοῦτό φησι, τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων*; POTT.

121, 17. *οὗτος ὁ Μωσῆς*] Quae jam sequuntur epitome sunt prioris partis primi libri Philonis De vita Mosis. Quinetiam Justinus M. in sua ad Graecos Paraenesi p. 67. edit. Oxon. brevem Mosaicae vitae historiam ex eodem Philone contexuit. POTT.

*θεολόγος καὶ προφήτης*] Haec verba e Philonis titulo sumta sunt, qui sic se habet: *Περὶ βίου Μωσέως, ὅπερ ἐστὶ περὶ θεολογίας καὶ προφητείας*. POTT.

*ὡς δέ τινες*] Philonis liber hoc modo incipit, *Μωσέως, τοῦ κατά τινας νομοθέτου τῶν Ἰουδαίων, κατὰ δέ τινας ἑρμηνέως νόμων ἱερῶν, τὸν βίον ἀναγράψαι διενοήθην*. POTT.

*Μωσῆς*] Philonis verba, e quibus sua transtulit Clemens, cum ei lucis nonnihil allatura videantur, deinceps apposuisse haud pigebit. Is itaque haec dicit: *Μωσῆς γένος μέν ἐστιν Ἑβραῖος* [Χαλδαῖος ex codicibus restituit Mang. vol. 2. p. 81, 18.], *ἐγεννήθη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐτράφη, τῶν προγόνων αὐτοῦ διὰ πολυχρόνιον λιμὸν, ὃς Βαβυλῶνα καὶ τοὺς πλησιοχώρους ἐπίεζε, κατὰ ζήτησιν τροφῆς εἰς Αἴγυπτον πανοικὶ μεταστάντων*. POTT.

P. 122, l. 4. *ἐκ Βαβυλῶνος*] Immo ex Chananaea: v. Mang. ad Philon. l. c.

*ἑβδόμῃ*] Philo haec paulo post adjicit, *ἑβδόμη γενεὰ οὗτός ἐστιν ἀπὸ τοῦ πρώτου, ὃς, ἐπηλύτης ὤν, τοῦ σύμπαντος Ἰουδαίων ἔθνους ἀρχηγέτης ἐγένετο. τροφῆς δ' ἠξιώθη βασιλικῆς ἀπ' αἰτίας τοιᾶσδε· τῆς χώρας ὁ βασιλεὺς, εἰς πολυανθρωπίαν ἐπιδιδόντος ἀεὶ τοῦ ἔθνους, δείσας μὴ οἱ ἔποικοι, πλείους γενόμενοι, δυνατωτέρᾳ χειρὶ τοῖς αὐτόχθοσι περὶ κράτους ἀρχῆς ἀμιλλῶνται, τὴν ἰσχὺν αὐτῶν ἀφαιρεῖν ἐπινοίαις ἀνοσίοις ἐμηχανᾶτο· καὶ κελεύει τῶν γεννωμένων τὰ μὲν θήλεα τρέφειν, (ἐπεὶ γυνὴ διὰ φύσεως ἀσθένειαν ἀκηρὸν εἰς πόλεμον·) τὰ δ' ἄρρενα διαφθείρειν· ἐπεὶ εὐανδροῦσα δύναμις δυσάλωτον καὶ δυσκαθαίρετον ἐπιτείχισμα*. POTT.

122, 11. *εὐπατρίδην*] Philo statim haec subjungit, *γεννηθεὶς οὖν ὁ παῖς εὐθὺς ὄψιν ἐνέφηνεν ἀστειοτέραν ἢ κατ' ἰδιώτην, ὡς καὶ τῶν τοῦ τυράννου κηρυγμάτων, ἐφ' ὅσον οἷόν τε ἦν, τοὺς γονεῖς ἀλογῆσαι. τρεῖς γοῦν φασι μῆνας ἐφεξῆς οἴκοι γαλακτοτροφηθῆναι λανθάνοντα τοὺς πολλούς*. Similia sunt quae occurrunt Hebr. 11, 23. *πίστει Μωσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως*. POTT.

122, 13. *δείσαντες*] Philo paulo post, *φοβηθέντες μὴ σωτηρίαν ἐπὶ μονὴν μένοντες, πλείους ὄντες αὐτοὶ σὺν ἐκείνῳ προσαπόλωνται, δεδακρυμένοι τὸν παῖδα, ἐκτιθέασι περὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ*. Dein interjectis aliquot sententiis hoc modo pergit: *ἀδελφὴ δὲ τοῦ ἐκτεθέντος βρέφους, ἔτι παρθένος, ὑπὸ φιλοκείου πάθους μικρὸν ἄποθεν ἐκαραδόκει τὸ ἀποβησόμενον ... θυγάτηρ ἦν τῷ βασιλεῖ τῆς χώρας ἀγαπητὴ καὶ μόνη. ταύτην φασὶ γημαμένην ἐκ πολλοῦ χρόνου μὴ κυΐσκειν, τέκνων, ὡς εἰκὸς, ἐπιθυμοῦσαν—ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ—ἐξορμῆσαι μετὰ θεραπαινίδων ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἔνθα ὁ παῖς ἐξέκειτο· κἄπειτα λουτροῖς καὶ περιρραντηρίοις χρῆσθαι μέλλουσαν ἐν τῷ δασυτέρῳ τῶν ἑλῶν, αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ κελεῦσαι προσφέρειν· εἶτα δεδακρυμένον ὁρῶσαν ἐλεεῖν· ... καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῆς τροφῆς αὐτοῦ*. POTT.

122, 23. *ἐνταῦθα προσδραμοῦσα*] Philo non multo post haec adjicit: *διαπορούσης δ' ἔτι, τὴν ἀδελφὴν τοῦ παιδὸς, καθάπερ ἀπὸ σκοπῆς τὸν ἐνδοιασμὸν στοχασαμένην, πυνθάνεσθαι προσδραμοῦσαν, εἰ βουλήσεται γαλακτοτροφηθῆναι τοῦτο παρὰ γυναικῶν Ἑβραϊκῶν οὐ πρὸ πολλοῦ κυησασῶν· τῆς δὲ βούλεσθαι*

φαμένης, τὴν αὐτῆς καὶ τοῦ βρέφους μητέρα παραγαγεῖν ὡς ἀλλοτρίαν· ἣν ἑτοιμότερον ἀσμένην ὑπισχνεῖσθαι προφάσει τοῦ ἐπὶ μισθῷ τρεφεύσειν. POTT.

P. 123, l. 1. ὕδωρ, μῶυ] De Aegyptio μῶυ meminit et Philo p. 412. Joseph. p. 50. et 936. et H. Notat. ad Philonis opuscula p. 229. SYLB. Philo, εἶτα δίδωσιν ὄνομα, θεμένη Μωσῆν ἑτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνελέσθαι· τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. Josephus lib. 1. Contra Apionem, τὸ δὲ ἀληθὲς ὄνομα δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα Μωυσῆν· τὸ γὰρ ὕδωρ Αἰγύπτιοι Μῶυ καλοῦσιν. Idem Archaeolog. 2, 5. τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν· ὕσης δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας· συνθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων, τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην τίθενται. Conf. Exod. 2, 10. Haec addunt Collectanea: "Jos. Scaliger in notis quibusdam ad Orpheum: *Moi* Syriace est aqua, sed manifeste Moses ipse dicit nomen impositum sibi quod *extractus sit ab aquis*, משה *extractus*, non a Syriaco מי. Hoc enim ridiculum est; quare in eo errant et Philo et Josephus et alii veteres, dum eum falso ὑδατογενῆ interpretantur." POTT.

123, 7. μετὰ τὴν ἀνάληψιν] Haec non e Philonis loco superius dicto, sed aliunde a Judaeorum magistris didicit Clemens. Nam licet Deuteron. cap. 34, 5, 6. Moses mortuus et in quadam valle sepultus fuisse dicatur; erat tamen inter Judaeos vetus et constans opinio, eum in coelos fuisse assumtum. Hinc Maimonides praefat. sua in Talmud: "Sic dixerunt magistri nostri: Moses, magister noster, non est mortuus, sed ascendit, ac Deo in coelo ministrat." Quod sic accipiebant nonnulli, ac si post mortem reddita fuisset ipsius corpori anima, quia Judaeorum magistri putabant vere mortuum fuisse, ut patet ex longissima fabula in Rabboth in ultimum Deuteronomii Parascha, ubi narrant Deum ad Mosem in verticem montis descendisse, et eum osculando animam e corpore eduxisse: verum Josephus eum ἀφανισθῆναι refert, quo modo de Enocho et Elia loquitur, sed sese mortuum scripsisse, ne Judaei δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀρετῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀναχωρῆσαι τολμήσωσιν εἰπεῖν· "propter virtutis praestantiam eum in divinum numen recessisse affirmare auderent." Antiquit. lib. 4. cap. ult. p. 132. edit. Genev. Porro ejus corpus non inventum, angelico ministerio custoditum nonnulli putabant, ne cederet in potestatem diaboli τοῦ ἔχοντος τὸ κράτος τοῦ θανάτου, ut scriptor ad Hebraeos loquitur cap. 2, 14. quem "Samaelem," et "angelum mortis" Hebraei vocant, et cujus imperio aiunt defunctorum corpora in pulverem dissolvi. Hanc Mosaici corporis custodiam indicari putabant in Epistola Judae vers. 9. Clemens noster Adumbrat. in Jud. 9. "Quando Michael archangelus cum diabolo disputans altercabatur de corpore Moysis. Hic confirmat assumptionem Moysis." Quod in coelum fuerit receptus, colligebant praeterea ex Evangeliis, ubi cum Elia apparuisse refertur. Matth. 17, 3; Marc. 9; Luc. 9. POTT.

123, 8. ἐν δὲ ἡλικίᾳ] Philo paulo post: Ἀριθμοὺς μὲν οὖν καὶ γεωμετρίαν, τήν τε ῥυθμικὴν καὶ ἁρμονικὴν καὶ μετρικὴν θεωρίαν, καὶ μουσικὴν τὴν τριῶν, διά τε χρήσεως ὀργάνων, καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς τέχναις καὶ διεξόδοις σύμπασαν, διά τε χρήσεως ὀργάνων, καὶ λόγων τῶν ἐν ταῖς τέχναις καὶ διεξόδοις τοπικωτέραις, Αἰγυπτίων οἱ λόγιοι παρέδοσαν· καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται, καὶ διὰ τῆς παιδείας Ἕλληνες ἐδίδασκον· οἱ δ' ἐκ τῶν πλησιοχώρων, τά τε Ἀσσύρια γράμ- τὴν δ' ἄλλην ἐγκύκλιον τῶν ζώων ἀποδοχῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσιν.

regendorum cura incumbit; 2° ad subditos, ἰδιωτικὴν τάξιν, quorum est imperantibus parere. POTT. Non cogitandum de κομικήν.

132, 16. Ἔτι τὸ μὲν νομικὸν] Eorum, quae jam dicit, sensus sic se habet, praeterea a Mose edoctus Plato legalem quidem scientiam ad humanae societatis generationem et institutionem, politicam vero ad ejusdem amorem et concordiam spectare, libris De legibus philosophum in Epinomidis libro totius generationis, quae per errantia in coelo corpora fit, peritum adjecit: et alterum philosophum Timaeum, astronomiae et coelestium corporum motus, consensionis ac communionis inter se invicem studiosum, libris De republica comitem dedit. POTT.

132, 18. ἐν τῇ Ἐπινομίδι] Intelligit Platonis librum, qui libros De legibus sequitur: in quo viro sapienti necessarium esse docet, ut sciat qua ratione coelestia corpora, quae deos esse putabat, rerum in hoc mundo omnium causae sint, eumque gubernent, et quomodo adoranda sint: unde ejus titulus est Ἐπινομὶς ἢ φιλόσοφος. POTT.

132, 20. Τίμαιον] Alius hic Platonis liber est, Timaei Locri nomen inscriptus, philosophi Pythagorici, qui De natura universi tractatum ediderat. Hujusce libri materiam ac scopum explicat auctor p. 27 A. Quod Timaeum libris De republica subjecit Plato, indicat ibid. p. 17 C. Χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας, ἦν τὸ κεφάλαιον, οἷα τε καὶ ἐξ οἵων ἀνδρῶν ἀρίστη κατεφαίνετ' ἂν μοι γενέσθαι. Hinc patet Timaeum libros De republica, ut Epinomidem libros de legibus, statim sequi debere: quamvis in vulg. Platonis editionibus alio jam ordine collocati sint. POTT.

P. 133, l. 5. τινὲς] Nempe Stoici. Stobaeus Eclog. ethic. c. 4. p. 179. Stoicorum moralem doctrinam describens ait, τοῦ δὲ ὄντος σπουδαίου, καθάπερ εἴπομεν, ἐπειδὴ λόγος ὀρθός ἐστι μέν, προστακτικὸς ὢν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὢν οὐ ποιητέον, μόνον τὸν σοφὸν εἶναι λέγουσι νόμιμον. Clemens Philonis verba prae oculis habuisse videtur, quae exstant paulo a principio lib. 2. De vita Mosis, βασιλεῖ προσήκει προστάττειν ἃ χρὴ, καὶ ἀπαγορεύειν ἃ μὴ χρή· πρόσταξις δὲ τῶν πρακτέων, καὶ ἀπαγόρευσις τῶν οὐ πρακτέων, ἴδιον νόμου· ὡς εὐθὺς εἶναι τὸν μὲν βασιλέα νόμον ἔμψυχον, τὸν δὲ νόμον βασιλέα δίκαιον. Idem De migratione Abrahami p. 408. νόμος δὲ οὐδὲν ἄρα ἢ λόγος θεῖος, προστάττων ἃ δεῖ, καὶ ἀπαγορεύων ἃ μὴ χρή. Eandem legis definitionem respicit Clemens Strom. 3. p. 462. POTT.

133, 11. θεσμὸν] Alludit ad etymon τοῦ θεσμοῦ, quod a θεὸς duci solet. Hesychius, θεσμῶν· θείων νόμων. Philo libri jam dicti p. 408. ait, τέλος οὖν ἐστι, κατὰ τὸν ἱερώτατον Μωσῆν, τὸ ἕπεσθαι θεῷ. Hinc illud Clementis, quod sequitur, ἔχει γοῦν τὴν ἀγωγὴν εἰς τὸ θεῖον. POTT.

P. 136, l. 1. ψυχῆς δὲ ἀδικίας] Congruentius vel ψυχὴν δὲ ἀδικίας, vel ψυχῆς δὲ ἀδικίαν, alterutro in accus. casum verso: aut certe ἀδικίας plurali numero accipiendum. Belle huc quadrant, inquit H., ista poetae Latini:

Ut valeat corpus, ferrum patieris et ignes,
Arida nec sitiens ora rigabis aqua:
Ut valeas animo, quidquam tolerare recuses?
At pars haec pretium corpore majus habet.

SYLB. Eandem similitudinem in Paedagogo Clemens, et in principio Θεραπευτ. α' Theodoretus latius persequuntur. POTT.

P. 137, l. 15. ἐπαγγέλλεται] Hoc verbo paullo post utitur p. 425.

137, 18. δεῖ δή] Clemens infra Strom. 2. Καὶ δὴ πάρεστιν ἀεὶ τῇ τε ἐποπτικῇ, τῇ τε ἐνεργετικῇ, τῇ τε παιδευτικῇ ἀστομίᾳ ἡμῶν δυνάμει δύναμις τοῦ θεοῦ. POTT.

P. 138, l. 19. ἐλέγμων] Hoc addit, ut haereticorum argumento occurrat, negantium legem a bono deo datam fuisse, eo quod timorem poenae incuteret. POTT.

138, 22. προφητεία] Ad id, quod dixerat, confirmandum, scilicet quod lex bona sit, et charitatem praeceperit, perinde ac Evangelium, quamvis Judaei hoc non satis intellexerint, quaedam utriusque Testamenti loca adducit, in quibus Judaeorum ignorantia reprehensa est. POTT.

P. 139, l. 11. μεγάλων ὄντως — μυστηρίων] Quo distinguit auctor Evangelii mysteria ab Eleusiniis, aliisque profanis: quae licet a plerisque habita fuerint, tamen non erant vere, magna. POTT.

139, 13. διαλεκτική] Quam Aristoteles metaphysicam, Plato dialecticam vocavit. Conf. ejus Phaedrus p. 1234; Sophist. p. 177; De repub. 7. p. 704. POTT.

139, 20. Μικτὴ δὲ φιλοσοφία οὖσα τῇ ἀληθείᾳ] Mallem μικτὴ δὲ φιλοσοφίᾳ οὖσα τῇ ἀληθινῇ. LOWTH.

P. 140, l. 1. γίνεσθε] Nicephorus Historiae 10, 26. "Spectatores nummularios (in margine erat λογίμους τραπεζίτας, utrumque suspectum) nos esse divinum oraculum jubet, et ut pulcherrimum quodque ex rebus omnibus deligentes, quod malum est abjiciamus, quod bonum autem disquiramus, et inventum retineamus." Basilius in principium Proverb., καὶ ὡς δόκιμος τραπεζίτης, τὸ μὲν δόκιμον καθέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται. Idem in 1 cap. Esaiae, "Pauci probi trapezitae. Rari admodum sunt, qui cuncta queant explorare, et bona quidem, penes se noverint retinere, ab omni autem specie mala sibi temperare." Ambrosius prooemio explanat. in Lucam, "Erat autem populi gratia discernere spiritus, ut cognosceret, quos referre deberet in numerum prophetarum, quos autem, quasi bonus nummularius, improbare, in quibus materia magis corrupta sorderet, quam veri splendor luminis resultaret." 1 Thessalonicens. 5, 21. Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. Tertullianus De praescriptionibus, "Omnia examinate, quod bonum est tenete." COL. Hoc dictum iterum respicit Clemens Strom. 2. p. 436; 6. p. 780; 7. p. 887. Hoc effatum plures alii ex antiquis Patribus, Christo, vel apostolis tribuunt; quos si quis consulere cupiat, is adeat Usserii Prolegomena ad Ignatii epistolas cap. 8. sect. 7; Valesii not. ad Eusebii 8, 7; Huetii not. ad Comment. Origenis p. 114. et praecipue Cotelerii not. ad Constitutionum apost. 2, 36; Clementinorum homil. 2, 52; et Monument. Ecclesiae Graecae p. 756. POTT.

140, 13. ἐκ φαύλης ἀναστροφῆς] H. ἀνατροφῆς, *ex mala educatione*, ut infra p. 200. SYLB. Sed ἀναστροφή apostolica vox est, ut 1 Petr. 1, 18. ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου. 2 Pet. 2, 7. ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς· et alibi saepe. POTT.

140, 18. χωρῆσαι νοεῖν] χωρῆσαι absque νοεῖν saepius dicitur, οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον Matth. 19, 11. Et, ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω, ibid. 12. POTT.

P. 141, l. 1. γάλα] Respicit 1 Cor. 3, 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε. POTT.

141, 1. *αὐτίκα οὐχ ἁπλῶς γάλα*] Forte legendum *ἡ τάχα* pro *αὐτίκα*. LOWTH. *Οὐχ ἁπλῶς γάλα* dicit, quia nonnulli venenum, i. e. haeresin, cum lacte sumserant. POTT.

*τετραχῶς*] Aut deest membrum in ista partitione, aut cum interprete legendum *τριχῶς*. SYLB. Vult auctor triplicem esse S. Scripturae sensum, mysticum, moralem, et propheticum. POTT.

141, 4. *ἀνδρῶν*] *Adultorum*, quos opponit *τὸ γάλα* sumentibus. POTT.

141, 5. *Μύκονος*] Myconum insulam in hoc proverbio significari declarant Stephani Ethnica. SYLB. Conf. Strabo 10. POTT.

141, 11. *ὁ Σόλων*] Superius haec laudavit auctor p. 356. ubi conf. annotata. POTT.

141, 12. *δι' ἀρχαίαν ἀκοήν*] Congruentius fortasse, *δι' ἀρχαίας ἀκοῆς*. SYLB. Sed recepta lectio apud Platonem exstat. POTT.

141, 22. *βραχύ*] Plato in Timaeo paulo post verba jam citata haec adjicit, *τὰ γοῦν νῦν δὴ γενεαλογηθέντα, ὦ Σόλων, περὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἃ διῆλθες, παίδων βραχύ τι διαφέρει μύθων*. POTT.

P. 143, l. 8. *πρότερον εἶπεν*] Ubi prius id dixisse Deum putabat? Forte in capitis modo notati [Genes. 17.] vers. 2. *καὶ θήσομαι τὴν διαθήκην μου ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον σοῦ· καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα*. POTT.

143, 11. *Πέτρου κηρύγματι*] Sic infra in Excerptis *ἐκ τῶν προφητ.* sub finem, *Νόμος καὶ Λόγος αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται, ὡς Πέτρος ἐν κηρύγματι*. Strom. 2. p. 465. *ὁ Πέτρος ἐν τῷ κηρύγματι, νόμον καὶ Λόγον τὸν κύριον προσεῖπεν*. POTT.

P. 145, l. 2. *τῆς βαρβάρου*] Per barbaros inprimis Judaeos intelligit. Sic ante Clementem S. Justinus Apol. 1. p. 10. edit. Oxon. *οὐ γὰρ μόνον Ἕλλησι διὰ Σωκράτους ὑπὸ Λόγου ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐν βαρβάροις ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος*. [*Βάρβαρος φιλοσοφία* et Judaeorum et (ut infra § 5.) Christianorum doctrina appellatur: de quo v. quae collegit Otto ad Tatianum p. 2. et 3.] Porro Tertullianus Graecorum philosophos a Judaeis dogmata sua didicisse negat, lib. De anima cap. 2. ut etiam Lactantius superius laudatus ad Strom. 1. p. 411. edit. Paris. POTT.

145, 3. *προσεῖπεν ἡ γραφή*] A. *προεῖπεν, jam ante dixit*, inquit Sylburgius, existimans scilicet, non S. Scripturam, sed Clementem in suis scriptis *fures barbarae philosophiae* prius vocasse Graecos. At non ea Clementi mens fuit: qui *Scripturae* nomine, ut alias, ita hoc etiam loco SS. libros intelligit. Proinde generale *τῆς γραφῆς* nomen ad Christum restringit, paulo ante finem Strom. 5. p. 733. *δεδειγμένου τοίνυν σαφῶς, ὡς οἶμαι, ὅπως κλέπτας εἰρῆσθαι πρὸς τοῦ κυρίου τοὺς Ἕλληνας ἐξακουστέον*. Ubi vero id dixit Dominus? Scilicet Joan. 10, 8. *πάντες ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί*. Etenim hoc de veteribus philosophis, qui ante Christum vixerunt, accipit auctor Strom. 1. p. 366. *ναί φασι γεγράφθαι, πάντες οἱ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί. πάντες μὲν οὖν οἱ ἐν Λόγῳ, οὗτοι δὴ οἱ πρὸ τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως, ἐξακούονται καθολικώτερον, ἀλλ' οἱ μὲν προφῆται, ἅτε ἀποσταλέντες καὶ ἐμπνευσθέντες ὑπὸ τοῦ κυρίου, οὐ κλέπται, ἀλλὰ διάκονοι*. Item Strom. 1. p. 400. *ἀλλ' οἱ μὲν κλέπται πάντες καὶ λῃσταὶ, ὥς φησιν ἡ γραφή*. Ejusdem libri p. 377. alium Scripturae locum huc trahit: *Ἐμπαλιν οὖν ἄδικεῖ ὁ σφετερισάμενος τὰ βαρβάρων, καὶ ὡς ἰδίαν αὐχῶν, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν αὔξων καὶ ψευδόμενος τὴν ἀλήθειαν· οὗτος κλέπτης ὑπὸ τῆς γραφῆς εἴρηται*.

φησὶ γοῦν· υἱὲ, μὴ γίνου ψεύστης· ὁδηγεῖ γὰρ τὸ ψεῦσμα πρὸς τὴν κλοπήν. Conf. etiam p. 367. 370. 378. etc. POTT.

145, 9. πίστεως] Respicere videtur 1 Cor. 12, 8. ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις, etc. POTT.

145, 11. σμῆνος—ἀρετῶν] Metaphora e Platone sumta lib. Περὶ ὁσίου. Porro σμήνους Lowthio legendum videbatur, eodem nempe casu, quo praecedentes virtutes. Sed nil muto: est enim parenthetice hoc dictum. POTT.

230, 4. Ἀννικέρειοι] Horum sectae princeps fuit Anniceris Cyrenaeus, de quo Strabo 15. p. 837. ubi de Cyrenaeis agit haec dicit, *καὶ Ἀννίκερις, ὁ δοκῶν ἐπανορθῶσαι τὴν Κυρηναϊκὴν αἵρεσιν, καὶ παραγαγεῖν ἀντ' αὐτῆς τὴν Ἀννικέρειον.* POTT. Apud Strabonem nunc *Ἀννικερίαν* ex codd.

230, 9. *ἀθετοῦσιν*] Conf. p. 496. POTT.

230, 15. Μητρόδωρος] Cicero Tusculan. l. 2. "Metrodorus quidem eum perfecte putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum ita semper fore." Idem De officiis l. 3. "Nam si non modo utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, continetur." Plutarchus De vita secundum Epicurum, *τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα τὴν ἀκροτάτην χαρὰν ἔχει καὶ βεβαιοτάτην.* Gellius 9, 5. Th. Canterus 2, 6. COL.

230, 17. *ἀγαθὸν*] Sic superius Metrodori magister, Epicurus p. 492. dicit *τέλος εἶναι τοῦ φιλοσόφου ἡδονήν. θεάζει γοῦν σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα.* POTT.

P. 231, l. 2. *τὸ εὖ τὸν δαίμονα*] Similia dixerunt etiam Stoici. Diog. L. 7, 88. *εἶναι δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν, καὶ εὔροιαν βίου, ὅταν πάντα πράττηται κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος.* Eum Antoninus lib. 3. extremo vocat *τὸν ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα.* Apuleius etiam in Apologia Socratis haec dicit, "Bona cupido bonus deus est:" et mox addit *εὐδαίμονας* dici, "quorum daemon bonus, id est animus virtute perfectus, est." Item Platonis discipulus Xenocrates apud Aristotelem Topic. 2, 6. *ὁμοίως δὲ καὶ εὐδαίμονα, οὗ ἂν ὁ δαίμων ᾖ σπουδαῖος· καθάπερ ὁ Ξενοκράτης φησὶν εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἑκάστῳ εἶναι δαίμονα.* POTT.

231, 8. *ἐν ἐξομοιώσει*] Conf. supra p. 481–483. POTT.

231, 10. *κατ' εἰκόνα*] Conf. Paedag. 1, 12. principio. POTT.

231, 14. Πλάτων] Platonis locus iste citatus supra Protrept. p. 20,

45. exstat et apud Aristot. De mundo c. 7. apud Plutarch. p. 636. et Justin. Mart. p. 23. H. SYLB. Conf. etiam Origenes Adv. Celsum 6. p. 285. POTT.

231, 28. *ἐμμέτροις*] Adjicit Plato, *ὁ δὲ θεὸς ἡμῖν ἁπάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἤ που τὶς, ὥς φασιν, ἄνθρωπος.* POTT.

P. 232, l. 5. *Θεαιτήτῳ*] Superius ea recitavimus ad Clementis p. 482. POTT.

232, 10. *ἀδελφιδοῦς*] Nempe *υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Ποτώνης*, ut refert Suidas et Diog. L. 4, 1. POTT.

232, 15. *Χαλκηδόνιος*] Conf. quae annotata sunt ad Protrept. p. 58. POTT.

P. 233, l. 4. *ἀδελφοὺς καὶ συγκληρονόμους*] Respicere videtur Hebr. 2, 11. *οὐκ ἐπαισχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖν* et Rom. 8, 17. ubi fideles vocati sunt *συγκληρονόμοι Χριστοῦ*. POTT.

233, 10. *ἀπειλημμένην*] Vult auctor Apostolum duplicem nostram spem descripsisse: priorem, cujus in hac vita *participes sumus*, nempe *sanctificationem*: alteram, quam *exspectamus*, nempe *vitam aeternam*. POTT.

233, 16. *ἀνάπαυσιν*] Respicit forte Heb. 4, 8, 9, 11. *εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ. σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.* POTT.

233, 18. *ἡ ψυχὴ*] Haec superius occurrunt Paedag. 1, 10. e quo loco cum hoc collato patebit Clementem *διὰ μνήμης* has scripturas recitasse. POTT.

233, 26. *δώσει*] Sequitur apud Ezechielem, *καὶ γυμνὸν περιβαλεῖ, καὶ τὸ ἀργύριον αὐτοῦ ἐπὶ τόκῳ οὐ δώσει*, quod librariorum negligentia propter *δώσει* repetitum excidisse videtur. POTT.

P. 234, l. 4. *ἐπίστασιν*] Scribi etiam possit *ἐπίτασιν*. POTT.

*τὴν αὐτὴν ἀρετὴν*] Hoc addit propter Stoicos, qui eandem esse Dei ac hominum virtutem dicebant: quos Clemens infra refellit Strom. 7. p. 886. POTT.

234, 17. *ἡ πανάρετος Σοφία*] Sic Clemens Romanus sub finem prioris Epistolae, *οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος Σοφία*. Post quem librum Proverbiorum *πανάρετον Σοφίαν* appellarunt non solum Clemens Alexandrinus, sed etiam Hegesippus, Irenaeus, *καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορός*, apud Eusebium H. Eccl. 4, 18. Conf. quae ad Clementem Romanum annotavit Cotelerius. POTT.

234, 19. *πεποιθώς*] Abest a Prov. 1, 33. ubi tamen annotat Flaminius Nobilius, in scholio quodam haec exstare, *ἀναπαύσεται ἐν εἰρήνῃ πεποιθώς*. POTT.

234. 20. *διὰ τοῦ κατασκηνώσει τῇ λέξει*] Clarius divise, *δι' ἃ, quapropter*: inquit Sylburg. Rectius legetur, *ἐπὶ τῇ τοῦ κατασκηνώσει λέξει*. LOWTH.

234, 26. *ὑμεῖς*] Illa etiam Pauli verba respicere videtur Clemens, quae occurrunt 1 Cor. 3, 22, 23. *πάντα ὑμῶν ἐστιν· ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ· Χριστὸς δὲ θεοῦ*. POTT.

P. 235, l. 1. *ἐξομοίωσιν*] Cum apostoli doctrina confert quae paulo superius e Platone recitavit. POTT.

235, 10. *ἡ πρώτη*] Videtur Clemens *σύνοδον πρώτην, primam conjunctionem*, nuptias appellans, eas distinguere a concubinatu, *γάμοις*

ἐπεισάκτοις. Nec enim secundas nuptias post mortem alterius e conjugibus contractas damnavit, ut e Strom. 3. satis patet. Sic Hermas mandat. 2, 4. "Si vir, vel mulier alicujus decesserit, et nupserit aliquis illorum, numquid peccat? Qui nubit, non peccat, inquit: sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum." Ubi quid de secundis nuptiis senserint antiqui Patres multis testimoniis edocuit Cotelerius. Qui tamen existimasse videtur Clementem ea causa σύνοδον πρώτην vocasse τὸν γάμον, quod μονογαμίαν solam probaret. POTT. ἐρωτικὴ Jacobs. ad Achill. Tat. p. 934. frustra.

P. 236, l. 2. Πλάτων] Respicit Leg. p, 773 E. περὶ γάμων δὴ ταῦτ' ἔστω παραμύθια λεγόμενα, καὶ δὴ καὶ τὰ ἔμπροσθεν τούτων ῥηθέντα, ὡς χρὴ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι τῶν παῖδας παίδων καταλείποντα ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὑτοῦ παραδιδόναι. Nec multo post haec addit p. 776 B. de connubio junctis agens, ὧν δὴ χάριν μητρὶ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς γυναικὸς οἰκείοις παρέντας χρὴ τὰς αὐτῶν οἰκήσεις, οἷον εἰς ἀποικίαν ἀφικνουμένους αὐτοὺς, ἐπισκοποῦντας ἅμα καὶ ἐπισκοπουμένους οἰκεῖν, γεννῶντάς τε καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων. Idem Leg. 4. p. 721. jubet uxorem ducere, διανοηθέντα ὡς ἔστιν ἢ τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας. Dein paulo post haec adjicit, γένος οὖν ἀνθρώπων ἐστί τι ξυμφυὲς τοῦ παντὸς χρόνου, ὃ διὰ τέλους αὐτῷ ξυνέπεται καὶ συνέψεται τούτῳ τὸ ἀθάνατον ὄν· τῷ παῖδας παίδων καταλιπόμενον, ταυτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γενέσει, τῆς ἀθανασίας μετειληφέναι. Porro Theodoretus hunc Clementis locum transtulit in Θεραπευτ. β' p. 675. καὶ ἀποδεχόμεθα τὸν Πλάτωνα, τοῖς ἀγαθοῖς τὸν γάμον ξυντάξαντα, καὶ ἀθανασίας ἐπίνοιαν, καὶ διαμονὴν τοῦ γένους καλέσαντα· Δημοκρίτῳ δὲ καὶ Ἐπικούρῳ λίαν μεμφόμεθα, παραιτεῖσθαι καὶ τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν κελεύουσι· τὴν μὲν γάρ τοι ἡδονὴν ὁρισάμενοι τέλος, τὰς φροντίδας ἔχοντα, καὶ τινὰς ἀηδίας, παντελῶς ἀπεκήρυξαν. οἱ δὲ τῆς ποικίλης μέσην τινὰ ὁδὸν ὥδευσαν· ταῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν ξυνέζευξαν. POTT.

236, 8. Ἐπίκουρος] Diogenes L. 10, 119. καὶ μηδὲ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοτροφήσειν. Ubi conf. quae annotavit Menagius. POTT.

236, 10. ἀδιάφορον] Gellius 2, 7. "Quae vero in medio sunt, et a Graecis tum ἀδιάφορα, tum μέσα appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, uxorem ducere,....quoniam haec, et his similia per sese ipsa neque honesta sunt, neque turpia, sed proinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt, aut reprehendenda." Conf. paulo superius, p. 497. et Origenes Adv. Celsum 4. p. 194. POTT.

236, 15. τῆς ἑταίρας] Praecipue Leontium innuere videtur, quae Epicuro et Epicureis *in horto* sese prostituit. Athenaeus 13. p. 588. οὗτος οὖν Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην, τὴν ἐπὶ ἑταιρείᾳ διαβόητον γενομένην; ἡ δὲ οὐχ ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξατο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσί τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις· Ἐπικούρῳ δὲ καὶ ἀναφανδὸν, ὥστ' ἐκεῖνον, πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς, τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς Ἕρμαχον ἐπιστολῶν. Conf. Diogenes L. 10, 4. POTT.

236, 20. ὃ μισεῖς] Constitutionum apostol. 1, 1. ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοὶ γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. Ubi conf. quae annotavit Cotelerius. Conf. etiam Const. apost. 3, 15. 7, 2. Recognitionum Clementis 8, 56. POTT.

P. 237, l. 12. ἡμιτελῆ] Homerus de Protesilao Il. 2, 700:

τοῦδε καὶ ἀμφιδρυφὴς ἅλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο,
καὶ δόμος ἡμιτελής· τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ.

ubi videndae scholiastarum annotationes. POTT.

τὸν ἀμφιβαλῆ] Il. 22, 496. τὸν δὲ καὶ ἀμφιβαλὴς ἐκ δαιτύος ἐστυφέλιξε. ubi schol. ἀμφιβαλὴς, κατὰ ἀμφοτέρους τοὺς γονέας θάλλων, ὅ ἐστιν, ἔχων τοὺς γονεῖς ἀμφοτέρους. Consentiunt Eustathius, Hesychius, Suidas, Etymologici magni auctor. POTT.

P. 238, l. 9. Λακώνων νομοθέτης] De Laconica lege meminit et Plutarchus Lycurgo p. 15. H. SYLB. Vid. Pollux 3, 48. ἦσαν δὲ ἀγαμίας δίκαι πολλαχοῦ, καὶ ὀψιγαμίου, καὶ κακογαμίου ἐν Λακεδαίμονι. Plura hac de re videsis apud Meursium Miscell. Lac. 2, 3. et Cragium De republ. Lacedaem. 3, 1. POTT.

238, 10. μονογαμίου] Cragius De repub. Lacedaem. 3, 10. "Quod Spartanis non licuerit nisi unam habere uxorem ex iis liquet, quae sunt apud Herodot. l. 5. Nam cum retulisset historicus quo pacto Anaxandrides priori uxori alteram superinduxisset, ait tandem, hoc Spartanum non fuisse. Verba ejus haec sunt: μετὰ δὲ, γυναῖκας ἔχων δύο, διξὰς ἱστίας οἴκεε, ποιέων οὐδαμᾶ Σπαρτιατικά. Quod itaque apud Clementem est, fuisse apud Spartanos ἐπιτίμιον μονογαμίου, ejus loco existimo legendum κακογαμίου, ne magno auctori theologus adversari videatur. Sicut et haec tria conjunguntur apud Pollucem, ἀγαμίου, κακογαμίου et ὀψιγαμίου. Idque eo magis, quia apud Clementem additur etiam ἐπιτίμιον fuisse μονοδιαιτησίας, qua vetita vita solitaria. Nisi forte illud velimus intelligere, poenam constitutam ei qui, mortua priore uxore, alteram non duxisset. Sed prior sententia probabilior." POTT.

P. 239, l. 23. τῇ διοικήσει] Vox ista apud Clementem significat naturae aut Providentiae dispositionem aut administrationem. Vid. p. 519. 540. LOWTH.

239, 24. τοῖς τραγῳδοποιοῖς] Conf. Philo p. 604. H. SYLB.

P. 240, l. 18. γυναῖκα] Respicere videtur 1 Tim. 2, 9, 10. POTT.

240, 23. εὐχαῖς] Respicere videtur 1 Tim. 5, 5. πρόσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας. POTT.

P. 241, l. 25. κεφαλαίων] Capitum quidem mentio hic; sed ea non distincta sunt ut in Paedagogo, propter varias scilicet materiae interruptiones. SYLB.

P. 243, l. 3. προβολῶν] Hac voce usi sunt Valentiniani ad significandam Aeonum e suis causis *emissionem*. Clemens infra 5. p. 724. δέδωκε δὲ ἀφορμὰς τοῖς τὰς προβολὰς εἰσάγουσι, τάχα καὶ σύζυγον νοῆσαι τοῦ θεοῦ. Epiphanius Haer. 32. p. 213. de his rebus agens, ait, μονάς τε καὶ τὸ ἓν προήκαντο τὰς λοιπὰς προβολὰς τῶν Αἰώνων. POTT.

συζυγίας] *Conjugia* quaedam in suo Pleromate commenti sunt Valentiniani, ex quibus nati sunt Aeones. Irenaeus 1, 12. p. 31. διὸ καὶ ἐκ παντὸς τρόπου δεῖν αὐτοὺς ἀεὶ τὸ τῆς συζυγίας μελετᾶν μυστήριον· καὶ τοῦτο πείθουσι τοὺς ἀνοήτους, αὐταῖς λέξεσι λέγοντες οὕτως· ὃς ἂν ἐν κόσμῳ γενόμενος γυναῖκα οὐκ ἐφίλησεν, ὥστε αὐτὴν κρατηθῆναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐ χωρήσει εἰς ἀλήθειαν. POTT.

243, 6. οὐ πάντες] Similia iis quae dicit Christus Matth. 19, 11. 12. Porro haec paucis mutatis occurrunt in Epiphanii Haer. 32. p. 211. POTT.

243, 7. εὐνοῦχοι, οἱ μὲν ἐκ γενετῆς, οἱ δὲ ἐξ ἀνάγκης] Duo eunuchorum genera memorat, quorum alii ex nativitate, alii casu aliquo contra

voluntatem facti sunt eunuchi; tertium genus memorat Matthaeus, loco jam dicto, eorum *οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Et paulo infra Clemens, id Christi effatum ex sententia Basilidianorum explicans, hoc tertium genus memorat, *οἱ ἕνεκα τῆς αἰωνίου βασιλείας εὐνουχίσαντες ἑαυτούς*. Denique Epiphanius etiam, haec enarrans, eos tertio loco refert, qui se castrarunt *ἑκουσίως κατὰ τὴν βασιλείαν οὐρανῶν*. Ex quibus probabile fit hujusmodi periochen, *οἱ δὲ ἕνεκα τῆς αἰωνίου βασιλείας*, ex codicibus Clementis casu aliquo excidisse. POTT.

243, 12. *θεατρικοὶ ἀσκηταὶ*] Veneris usus ut vires, sic etiam vocem corrumpere putabatur. Conf. Juvenalis sat. 11, 156. Hinc athletae et cantores ea abstinebant. Quemadmodum Amoebeus citharoedus dicitur *γυναῖκα ὡραιοτάτην ἔχων μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ*, ut referunt Aelianus V. H. 3, 30. et Clemens infra p. 534. Hinc Diogenis dictum, quod memorat Stobaeus serm. 5. *δεινὸν ἔλεγεν ὁ Διογένης, εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν κρατοῦσιν, οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν, οἱ δὲ τοῦ σώματος, σωφροσύνης δὲ ἕνεκα οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει*. POTT.

P. 244, l. 7. *ὅταν δὲ ἡ εὐχαριστία*] Grabius Spicil. sec. 2. p. 66. "Quid sibi volunt haec: 'Quando autem tua gratiarum actio in petitionem inciderit,' sive 'delapsa fuerit?' Videtur Isidorus respexisse duplicem Christianorum statum, perfectorum et infirmorum: ex quibus illi, in bono fundati ac immobiles, non tam preces quam gratias, Deo fundunt pro concesso justitiae habitu; hi vero, minus stabiles, a periculo lapsus sibi metuunt, ac idcirco precibus magis indigent, quibus auxilium divinae gratiae postulent. Idem igitur est ac si dixerat: 'Quando autem in istam delapsus fueris conditionem, ut ores potius quam gratias agas,' etc. Quem sensum aperte confirmant immediate sequentia, apud Clementem corrupta, ac proinde ex Epiphanio corrigenda hoc modo: *Καὶ στῆς τὸ λοιπὸν αὐ κατορθώσας τὸ μὴ σφαλῆναι, γάμησον*. 'Et steteris, non tamen quoad reliquum vitae tempus a periculo lapsus immunis sis, duc uxorem.' Vel, ut Petavius vertit apud Epiphanium: 'Neque id tamen obtinueris, ut labi prorsus ac titubare desinas, ad nuptias confugito.' Quod consilium sane bonum est, simile illi apostolico, 1 Cor. 7, 9. 'Quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.' Pergit vero Isidorus docens, quid sit faciendum, ubi aliquis uxorem ducere nequeat, vel quod adhuc sit nimium juvenis vel pauper, vel *κατωφερὴς* sive *καταφερὴς* (utroque enim modo scribitur) id est, *ἀσθενὴς*, 'infirmus,' ut Epiphanius explicationis gratia addit, quanquam alibi 'pronum ad Venerem' significet: si igitur ob has circumstantias conjugium inire nolit *κατὰ τὸν λόγον*, id est, 'ut verbum Dei suadet,' vel etiam 'ut ratio exigit,' ne scilicet in isto statu uxorem ducat, tum, inquit Isidorus, 'iste homo propterea a conventu fratrum ne segregetur. Dicat vero: Ingressus in sancta nil patiar;' id est, si ecclesiam, ubi fratres ad sacra conveniunt, frequentavero, nil patiar mali. 'Si vero habeat suspicionem,' de seipso scilicet, ne in peccatum incidat; 'dicat: Frater, impone mihi manum, ut non peccem;' intelligens per 'fratrem' sive quemcunque fidelium, sive potius sacerdotem, cui proprie oratio cum manus impositione competit." POTT.

P. 245, l. 2. *σωθησομένων*] De Valentinianis haec refert Irenaeus 1, 10. p. 30. *τὸ πνευματικὸν θέλουσιν οἱ αὐτοὶ εἶναι ἀδύνατον φθορὰν καταδέξασθαι, κἂν ὁποίαις συγκαταλέγωνται πράξεσιν*. POTT.

P. 246, l. 6. *κατὰ τοῦ ὀνόματος*] Nomen Christianum intelligit. Similia refert Eusebius de Carpocratis secta agens H. Eccl. 4, 7. *τοῖς δὲ ἀπίστοις ἔθνεσι πολλὴν παρέχειν κατὰ τοῦ θείου λόγου δυσφημίας περιουσίαν, τῆς ἐξ αὐτῶν φήμης εἰς τὴν τοῦ παντὸς Χριστιανῶν ἔθνους διαβολὴν καταχεομένης. ταύτῃ δ' οὖν ἐπιπλεῖστον συνέβαινε τὴν περὶ ἡμῶν παρὰ τοῖς τότε ἀπίστοις ὑπόνοιαν δυσσεβῆ καὶ ἀτοπωτάτην διαδίδοσθαι· ὡς δὲ ἀθεμίτοις πρὸς μητέρας καὶ ἀδελφὰς μίξεσιν ἀνοσίαις τε τροφαῖς χρωμένων.* De iisdem haec conqueritur Irenaeus 1, 34. p. 100: "Qui et ipsi ad detractionem divini nominis, quemadmodum et gentes, a Satana praemissi sunt, uti secundum alium et alium modum, quae sunt illorum, audientes homines, et putantes omnes nos tales esse, avertant aures suas a praeconio veritatis." Conf. Justinus M. Dialogo cum Tryphone; Athenagoras Legationis p. 15. edit. Oxon.; Minucius Felix Octavio; Tertullianus Apolog. et Ad uxor. 2, 4; Origenes Adv. Celsum; Epiphanius Adv. haeres. lib. 1; item Clemens mox p. 514. POTT.

246, 8. *τοὔνομα*] Epiphan. *οὕτω καλουμένης*, quod interpretamentum est. Uterque voluit Carpocratis matrem, non patria, sed nomine, Ἀλεξάνδρειαν fuisse. POTT.

*πρὸς πατρὸς Ἀλεξανδρεὺς*] Theodoretus in lib. De haeresibus Carpocratem, Epiphanis patrem, Alexandrinum fuisse testatur. Quamobrem corrigendus est Epiphanii locus, *ἀπὸ Κεφαλληνίας μὲν τὸ πρὸς πατρὸς γένος ὤν*, nisi forte memoria lapsus est Epiphanius, dum hunc Clementis locum exscripsit. Paulo post etiam scripsit *ἐν Σάμῳ γάρ*, cum sit apud Clementem *ἐν Σάμῃ*. Verum ex quatuor urbibus insulae illius unam tradit Strabo l. 10. dici et *Σάμην* et *Σάμον*, communi illi cum insula nomine. COL.

246, 13. *οἱ Κεφαλλῆνες*] Si quis interroget cur Epiphanes in patria materna, Same Cephallenia, potius quam Alexandriae, quae paterna ei urbs fuit, coleretur, respondit Dodwellus dissert. 4. in Irenaeum sect. 29. inde contigisse, "quod illam delegisset scholae sedem, et quod ibi proinde haberet praecipuam discipulorum multitudinem." POTT.

246, 15. *ὕμνοι λέγονται*] Concinnius, *ὕμνους λέγουσι*. SYLB.

246, 16. *τὰ Πλάτωνος*] Epiphanius p. 211. *δι' ὑπερβολὴν δὲ τῆς ἐκείνου παιδείας, ἐγκυκλίου τε καὶ Πλατωνικῆς, ἡ πᾶσα τοῖς προειρημένοις κατά τε αἵρεσιν καὶ κατὰ τὴν ἑτέραν πλάνην, λέγω τὴν εἰς εἰδωλομανίαν, τοὺς ἐπιχωρίους τρέψασαν, γέγονεν ἀπ' αὐτοῦ ἀπάτη.* Et hactenus Clementem secutus est ille. Theodoretus Haeret. fabul. 1, 5. p. 197. *καὶ Ἐπιφάνης δὲ, τούτου παῖς, Πλατωνικῆς ἠγμένος παιδείας, τὴν τούτου μυθολογίαν ἐπλάτυνεν.* POTT.

246, 17. *μοναδικῆς γνώσεως*] Quid sit *μοναδικὴ γνῶσις* disci poterit ex Irenaeo 1, 2. p. 51. *ἔστι τις πρὸ πάντων Προαρχὴ, Προανεννόητος, Ἄρρητός τε καὶ Ἀνονόμαστος, ἣν ἐγὼ Μονάδα ἀριθμῶ.* Ab hac et Henotete emissum dicit omnium principium, quod *ὁ λόγος μονάδα καλεῖ*. Ab hac igitur monade est *μοναδικὴ γνῶσις*, cujus princeps fuit Epiphanes, eam petens e scholis Platonis, cujus in theologia frequens est *μονάδος* et *μονότητος* mentio. Quinetiam ante Platonem Pythagoras *ἀρχὴν ἁπάντων μονάδα* statuit, ut refert Diogenes L. 8, 25. Conf. Clemens infra 4. p. 633; Theodoretus *Θεραπ. β'*; Hermias in Irrisione philosoph. gentil., Plutarchus De placitis philosoph. lib. 1. etc. POTT.

P. 247, l. 5. *ἀνατέλλειν*] Rectius *ἀνατέλλει*, ea phrasi, qua psalmo 103. *ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι*. SYLB.

247, 14. ἅπασι δικαιοσύνη παροῦσα] Fortasse rectius ἅπασι παροῦσα, expuncto δικαιοσύνη, ut hoc quoque membrum referatur ad superiorem nominativum τροφή. SYLB. Verum non opus est ut ea vox expungatur, modo scribatur in dativo casu δικαιοσύνῃ, hoc sensu: "Sed ejus, qui id donat, jubentis suppeditatione convenienter omnibus" ex justitia "adsit." Sic paulo post, δικαιοσύνῃ νομοθετήσας. POTT.

247, 18. ἐπίσης] Periodi notam, quae in prioribus editionibus post has voces occurrit, tollere visum est. POTT.

247, 26. μὴ συνιεὶς—ἔγνων] Haec Clementis verba sunt. Respicit autem Rom. 3, 20. Διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας· vel Rom. 7, 7. Τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου. POTT.

247, 28. μηκέτι] Priores editiones perperam haec distingunt: μηκέτι εἰς κοινότητα· κοινά τε γὰρ καρπουμένων, μήτ. Est enim parentheticum illud, κοινά τε γάρ. POTT.

P. 248, l. 4. παρανομηθεῖσα] Hoc est, "legibus eversa." Vult enim "leges" naturalem rerum omnium communionem injuste magnoque adeo hominum damno sustulisse. Sic paulo superius: Οἱ νόμοι . . . παρανομεῖν ἐδίδαξαν. POTT.

248, 10. εἰ μίαν ἀγόμενος] Melius fortasse, ὁ μίαν ἀγόμενος. SYLB. Vel haec sic scribi et explicari poterunt: ἀπηρνήθησαν, καὶ, φησὶν, εἰ μίαν ἀγ. ἔχῃ δ. "abnegaverunt, etiamsi, inquit, unam qui ducit habeat, cum omnes participes esse possint, ut reliqua animalia declarant." Putavit enim haereticus ille matrimonium naturali κοινωνίᾳ repugnare. Vel forte aliquid excidit. POTT.

248, 25. ταυτότης τοῦ πνεύματος] Vid. supra p. 473. LOWTH.

248, 28. ἐθνῶν πατὴρ Ἀβραάμ] Nempe secundum illud Gal. 3, 7. γινώσκετε ἄρα ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ, et seq. POTT.

P. 249, l. 15. τὸ δὲ, Τῆς τοῦ πλησίον] Haec sententia sic scribenda et explicanda videtur, "Τὸ δὲ τῆς τοῦ πλησίον γυναικός εἰς ἰδιότητα τὴν κοινωνίαν ἀναγκάζων, ἔτι γελοιότερον εἶπεν." "Haec autem verba, *uxorem proximi tui*, quibus communionem ad proprietatem redigit, adhuc magis ridicule dixit." POTT.

249, 19. τούτους] Philastrius Brixiensis lib. De haeresibus, "Floriani, sive Carpocratiani, dicuntur negantes judicium et resurrectionem, Christum de Virgine natum non credentes, omnemque resurrectionem in filiorum procreatione nefandi coetus existimantes consistere, ut in ecclesia sua post occasum solis lucernis exstinctis misceri cum mulierculis non dubitaverint, legis praeceptum implere putantes: *Nascimini et multiplicamini*, Judaismo potius et paganitati parere nefandae, quam Christianae veritati acquiescere properantes." Theodoretus lib. 1. De fabul. haeretic. non ipsi Carpocrati, sed ejus discipulo attribuit, οὗτος προφανῶς λαγνεύειν τοῖς Καρποκράτους προστέθηκε δόγμασι. κοινὰς γὰρ εἶναι τὰς γυναῖκας ἐνομοθέτησεν. οὗ δὴ χάριν οὐκ ἐν τοῖς κοινοῖς δείπνοις μόνον τὸ λυχνιαῖον φῶς ἐκποδὼν ποιούμενοι, ᾗπερ ἂν ἕκαστος ἐπέτυχε συνεμίγνυτο. i. e. *candelae lumine e medio sublato.* Clemens enim, unde id sumsit Theodoretus, ait, φῶς ἐκποδὼν ποιησαμένους τῇ τοῦ λύχνου περιτροπῇ. Id objectum olim ab ethnicis fuit Christianis. Unde illa Tertulliani in Apologetico cap. 7. "Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii, et pabulo crudae, et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebrarum et libidinum impiarum inverecundiam procurent." Item 9. "Praeterea candelabra,

et lucernae et canes aliqui, et offulae, quae illos ad eversionem luminum extendant." Minucius Felix Octavio: "Ad epulas solemni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines et omnis aetatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit, et incestae libidinis fervor exarsit, canis, qui candelabro nexus est, jactu offulae ultra spatium lineae, qua vinctus est, ad impetum et saltum provocatur. Sic everso et exstincto conscio lumine impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis involvunt." COL. Tertullianus De anima c. 35. "Carpocrates pariter magus, pariter fornicarius." Conf. Augustinus De haeres. cap. 7. POTT.

P. 250. l. 2. Πλάτωνος] De Rep. 5. p. 457. *τὰς γυναῖκας τῶν ἀνδρῶν πάντων πάσας εἶναι κοινὰς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινοὺς, καὶ μήτε γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὐτοῦ μήτε παῖδα γονέα.* Diog. L. 7, 131. Stoicorum dogmata describens haec dicit, *ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας δεῖν παρὰ τοῖς σοφοῖς, ὥστε τὸν ἐντυχόντα τῇ ἐντυχούσῃ χρῆσθαι, καθά φησι Ζήνων ἐν τῇ Πολιτείᾳ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ πολιτείας, ἀλλά τε καὶ Διογένης ὁ κυνικὸς καὶ Πλάτων.* Falsus Clem. Rec. 10, 5. "Communis enim usus omnium quae sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc suum dicit esse, alius illud; et sic inter mortales divisio facta est. Denique, Graecorum quidam sapientissimus haec ita sciens esse, ait: *Communia debere esse amicorum omnia;* in omnibus autem sunt sine dubio et conjuges, etc." ubi Cotelerius haec annotavit: "Graecorum quidam sapientissimus; Socrates apud Platonem in opere De republica. Quos ideo arguunt plurimi, defendere vero conantur alii, ut discere est ex lectione Clementis Alexandrini Strom. 3; Ariani in Epictet. 2, 4; Luciani in Fugitivis; Eusebii Pr. Ev. 13, 19; Theodoreti sermone De legibus, ac Nicetae Choniatae Thesauri 4, 10." POTT.

250, 9. *μητράσι καὶ θυγατράσι*] Conf. quae dixit auctor Paedag. 1, 7. et quae ibi annotata sunt. Tertullianus in Apologia, "Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert." Eadem dicit Ad nation. 1, 16. Clementis Recog. 9, 20. "Mos apud Persas matres accipere in conjugium, et sorores, et filias." Origenes Contra Celsum 5. p. 248. *οἱ Περσῶν μὴ κωλύοντες γαμεῖσθαι τοῖς παισὶ τὰς μητέρας, μηδὲ ὑπὸ τῶν πατέρων τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας.* Minucius Octavio, "Jus est apud Persas misceri cum matribus. Conf. Tatianus Orat. contra Graecos, Q. Curtius l. 4; Chrysostomus De virgin.; Julianus apud Cyrill. l. 4. aliique plurimi. POTT.

250, 15. *ὁ γὰρ ὕπαρ, τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβάλλουσιν*] Haec verba Clementis sunt, non Judae apostoli: et transilit Clemens ab apostoli versu 8. usque ad 17. SYLB. Apud Judam v. 8. *Ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι.* Citat hunc locum Epiphanius contra Gnosticos, haeresi 26. *οὐκ εἶπε δὲ ὁ μακάριος Ἰούδας περὶ ἐνυπνιαζομένων ἐν σώμασιν. εὐθὺς γὰρ ἐπιφέρει καὶ δεικνύει ὅτι περὶ τῶν ἐνυπνιαζομένων λέγει, τῶν λαλούντων ὡς δι' ὀνειράτων τὰ αὐτῶν ῥήματα, καὶ οὐκ ἀνανήψει γρηγορήσεως λογισμῶν.* COL.

250, 18. Πυθαγόρειοι] Pythagoras teste Laertio 8, 9. *ἐρωτηθεὶς, πότε δεῖ πλησιάζειν, Ὅτε βούλει γενέσθαι σαυτοῦ ἀσθενέστερος, εἶπεν.* Nec unquam est deprehensus *οὔτε διαχωρῶν οὔτε ἀφροδισιάζων, οὔτε μεθυσθείς·* ut idem auctor refert 8, 19. Stobaeus serm. 15. haec de eo memorat: *Πυθαγόρας παρηγγύα, μὴ πυκνὰ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου· μὴ δεῖν συνεχῶς*

*ἀφροδισιάζειν αἰνιττόμενος.* Quae vero hac de re Platonis sententia fuerit ex verbis ejus quae paulo infra adducet Clemens, patebit. POTT.

250, 22. *δικαίου*] *κακοῦ* Lowthius. Sed nil mutandum: nam Marcion Deum *ἀγαθὸν*, bonum ac facilem, opposuit Deo *δικαίῳ*, justo, rigido ac immiti, quem mundi creatorem esse docuit. Theodoretus Haeret. fab. 1, 24. p. 210. refert eum duos deos statuisse, quorum *τὸν μὲν ἐκάλεσεν ἀγαθόν τε καὶ ἄγνωστον, ὃν καὶ πατέρα προσηγόρευσε τοῦ κυρίου· τὸν δὲ δημιουργόν τε καὶ δίκαιον, ὃν καὶ πονηρὸν ὠνόμαζε.* Dein de eodem addit, *καὶ πρὸς τούτοις τὴν ὕλην κακήν τε οὖσαν, καὶ ὑπ' ἄλλῳ κακῷ τελοῦσαν· τὸν δὲ δημιουργὸν . . . τὴν ὕλην λαβεῖν τε καὶ ἐκ ταύτης δημιουργῆσαι τὰ σύμπαντα.* POTT.

250, 24. *ἀπέχεσθαι γάμου*] Irenaeus 1, 31. p. 106. de Tatiano ait, *τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν, παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ, ἀναγορεύσας.* POTT.

P. 251, l. 4. *τῆς μακροθυμίας*] Respicit Rom. 2, 4. *ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς;* POTT.

251, 6. *τροφαῖς χρῶνται*] De sene quodam Marcionita haec refert Theodoretus l. c. p. 211. *οἷδα δὲ τούτων ἕνα τινὰ πρεσβύτην ἐνενηκοντούτην, ὃς, ἔωθεν ἀνιστάμενος, τῷ τοῦ πτύσματος περιττώματι τὸ οἰκεῖον ἀπένιπτε πρόσωπον, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτηθεὶς ἔφησεν ὡς οὐ βούλεται δεηθῆναι τοῦ δημιουργοῦ, καὶ ὕδωρ ἐκ τῶν ἐκείνου ποιημάτων λαβεῖν. τῶν δὲ παρόντων εἰρηκότων, Πῶς οὖν ἐσθίεις, καὶ πίνεις, καὶ περιβάλλῃ, καὶ καθεύδεις, καὶ τὰ νομιζόμενα ἐπιτελεῖς μυστήρια; ὑπολαβὼν, ἐξ ἀνάγκης εἶπε τοῦτο ποιεῖν, διὰ τὸ ἑτέρως μήτε ζῆν δύνασθαι, μήτε τελεῖν τὰ μυστήρια.* POTT.

251, 18. *κολαστήριον*] De illo, quod mundus hic sit animarum *κολαστήριον*, agit etiam Athenaeus 4. p. 79. De Marcionis autem haeresi prolixe, ut et de aliis, Epiphanius Panario. H. De animarum e corporibus in corpora transfusione Pythagorica meminit etiam Seneca epist. 108. SYLB.

251, 21. *ἐνσωματοῦσθαι*] Conf. Strom. 4. p. 601. 6. p. 778. POTT.

251, 22. *μεταγγίζεσθαι*] Sic transfundi animas Seneca quoque dicit epist. 108. quasi e vase in vas, sic in corpus e corpore. Ejus *μεταγγισμοῦ* mentio etiam apud Epiphan. in Simone Mago. SYLB. *Μετεμψύχωσιν* illam Pythagoricam *μεταγγισμόν* vocat Epiphanius p. 5. *παρὰ τὸ μεταγγίζεσθαι.* Augustinus l. 58. Metangismonitas etiam quosdam haereticos appellatos esse monet, quod filium in patre, ut vas in vase, esse dicerent. De quibus loquens corrigendus est Philastrius libro De haeresibus, ubi legis *μετάννικαν* pro *μεταγγισμόν*, post eum locum, ubi in Theodotum agit. Caeterum Tertullianus dogma de animabus in hunc mundum, tanquam in locum supplicii, deductis sic exagitat De Anim. cap. 33: "Etiam cum judicii nomine vindicatur hoc dogma, quod animae humanae pro vita et meritis genera animalium sortiantur, jugulandae quaeque in occisoriis et subigendae quaeque in famulatoriis, et fatigandae in operariis; si demutantur, non ipsae dispungentur, quae merebuntur." In eum locum Pamelius scribit alludere eum ad Platonem, qui in Phaedone, et alibi non semel, ob merita bona vel mala affirmat detrudi animas in corpora foeda aut proba, quemadmodum etiam Clemens Alexand. l. 3. Strom. Hieronym. epist. ad Avitum similem Origenis opinionem ex Platone desumtam dicit, quam latissime impugnat Cyrillus Alexand. lib. 1. in illud Joannis: "Illuminat omnes homines." COL.

P. 252, l. 3. *εἶδε*'] Cum formam tantum mutari dicit Empedocles, intelligit *τὴν γένεσιν ἐκ τῆς ἀλλοιώσεως*, non *ἐκ τῆς μεταβολῆς*, fieri, inquit Jos. Scaliger. SYLB.

252, 5. *ἢ δειλὸν*] Rectius forte *ἃ δειλόν*: itemque mox, *ἃ δυσάνολβον*. Si quis tamen *ἅ* malit in utroque membro, per me licet. SYLB.

P. 253, l. 7. *Κλεόβιδος καὶ Βίτωνος*] Hanc historiam enarrant Herodotus 1, 31. et Plutarchus Mor. p. 109. itemque Stobaeus serm. 119. p. 603. Dein in eorundem laudem epigramma quoddam recitat. POTT.

253, 15. *σῆμα*] Ad istam *τοῦ σώματος* etymologiam alludunt etiam haec Philonis p. 41. *ἡ ψυχὴ ὡς ἂν ἐν σήματι τῷ σώματι ἐντετυμβευμένη*. H. SYLB. Theodoretus e Clemente haec transtulit in *Θεραπευτ. ε'*. p. 544. *τῷ τοι ὁ Πλάτων ἐν τῷ Κρατύλῳ τὸ σῶμα σῆμα κέκληκεν, ὡς ἐν τούτῳ τῆς ψυχῆς οἱονεὶ τεθαμμένης*. Dein haec addit, *ξύμφωνα δὲ τούτων καὶ Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ἔφη· λέγει δὲ ὧδε*. POTT.

P. 254, l. 1. *ὄλβιος*] Haec Pindari, et quae iis e Platone subjuncta sunt, ad Eleusinia mysteria spectant; quibus initiati magnam felicitatem post mortem consecuturi esse credebantur. Quo pertinent Sophoclis versus, quos recitat Plutarchus Mor. p. 21.

*ὡς τρισόλβιοι*
*κεῖνοι βροτῶν, οἱ ταῦτα δερχθέντες τέλη,*
*μόλωσ' εἰς Ἅιδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ*
*ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.* POTT.

254, 22. *τῆς Πολιτείας*] Conf. Paedag. 2, 10. et Stobaeum in principio serm. 6. qui est De intemperantia. POTT.

254, 23. *ἐπαινῶν τὸ γῆρας*] Locum de laude senectutis et Sophoclis apophthegma eleganter exponit Cicero in Catone majore, qui est De senectute. SYLB.

P. 255, l. 22. *ἐπιφέρει*] Perperam: nam quae hic sequuntur, apud Platonem praecedunt; quamvis apud Theodoretum eadem posteriorem locum obtineant: quo indicio, ut aliis etiam plurimis, e Clemente auctorum testimonia sumsisse arguitur. POTT.

P. 256. l. 9. *Ἡράκλειτος*] *Ἡράκλειτος θάνατον τὴν γένεσιν καλεῖ, Πυθαγόρᾳ τε καὶ τῷ ἐν Γοργίᾳ Σωκράτει ἐμφερῶς, ἐν οἷς φησι, Θάνατός ἐστι*· sic enim corrigendum est. At Socratis dictum forte an illud innuat, quod est p. 493. Nam allata Euripidis sententia, quam et Clemens praemisit, *Τίς δ' οἶδεν*, addit, *καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τέθναμεν, ὅπερ ἤδη τοῦ ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῶν σῆμα*. COL.

P. 258, l. 5. *κυάμοις χρῆσθαι*] A fabis cur abstinuerint Pythagorei causam eandem affert Diogenes L. p. 317. aliam Plutarchus De liber. educ. p. 7. et in Problem. Romanis quaest. 95. H. SYLB. Conf. etiam Cicero lib. 1. De divinat.; Plinius H. N. 18, 12; Geoponicorum auctor 2, 35; Suidas in Pythagora, etc. POTT.

258, 9. *ἴσον*] Eodem plane modo hunc versum exhibet Athenaeus l. 2. Idem vero in Geoponic. 2, 35. Orpheo, una cum altero simili, ascriptus, paulo aliter se habet, *φέρεται δὲ καὶ Ὀρφέως τοιάδε ἔπη*

*Δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε·*

καὶ

*Ἰσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.* POTT.

258, 11. *ἐν τῷ πέμπτῳ*] Cap. 21. *φθείρει γὰρ τὰ τῶν κυάμων κελύφη, περιβαλλόμενα ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς βλαστοῖς, οὐ πάντα, ἀλλὰ τὰ ἄρτι ἀναφυόμενα· ταῦτα γὰρ ἀσθενέστερα.* Apollonius Dyscolus Historiae commentitiae cap. 46. eadem refert quae Clemens: *Θεόφραστος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν "Φυσικῶν* (seu potius *Φυτικῶν*) *αἰτίων" φησὶν τὰ κελύφη τῶν κυάμων, περὶ τὰς ῥίζας τῶν δένδρων περιτιθέμενα, ξηραίνειν τὰ φυόμενα· καὶ αἱ κατοικίδιαι δὲ ὄρνιθες, συνεχῶς ταῦτα ἐσθίουσαι, ἄτοκοι γίγνονται· ὅθεν καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, τάχα δὲ καὶ δι' ἄλλας, οἱ Πυθαγόρειοι ἀπηγορεύκασιν τῷ κυάμῳ χρῆσθαι· καὶ γὰρ πνευματοποιόν, καὶ δύσπεπτον, καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ἡμῖν ἐμποιεῖ.* Item Geoponicorum auctor 2, 35. *Φασὶ δὲ καὶ τοὺς κατοικιδίους ὄρνεις συνεχῶς αὐτοὺς* (*κυάμους*) *ἐσθιούσας, ἀτόκους γίνεσθαι.* Tum memorat quod *κυάμους ὁ Πυθαγόρας φησὶ μὴ χρῆναι ἐσθίειν.* POTT.

258, 24. *Φιλίππῳ*] Hujus nomen reticent evangelistae. POTT.

258, 25. *σὺ δὲ ἀκολούθει μοι*] Haec sententia penitus a Matthaeo abest; apud Lucam vero ejus loco exstat, *σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* Sed commate praecedente dixerat Christus *ἀκολούθει μοι*, quod forte Clemens, e memoria Scripturas recitans, huc transtulit. POTT.

P. 259, l. 4. *ζήσαντος*] Seu potius *ζωοποιήσαντος*. Alioqui scribendum esset *ἔζησε*. Respicere autem videtur Rom. 6, 11. *λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.* Coloss. 3, 5. *νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ γῆς, πορνείαν*, etc., vel alium his similem Scripturae locum. POTT.

259, 6. *διαλεχθέντες*] Nempe Strom. 2. p. 490. Porro ea, quae hic de Nicolao memorat Clemens, *κατὰ λέξιν* recitat Eusebius H. Eccl. 3, 29. *ὅ γε μὲν Ἀλεξανδρεὺς Κλήμης ἐν τρίτῳ Στρωματεῖ ταῦτα περὶ αὐτοῦ κατὰ λέξιν ἱστορεῖ.* Eorundem sensum Theodoretus in Haeret. fabul. 3, 1. p. 226, 227. transtulit. POTT.

259, 9. *τὴν γυναῖκα* abest ab Euseb. POTT.

*γῆμαι τῷ βουλομένῳ ἐπέτρεψεν*] Theodoretus, *καὶ ἐπιτρέψαι κοινωνῆσαι αὐτῇ τὸν βουλόμενον.* Augustinus haer. 5. "ut qui vellet, ea uteretur." Epiphanius autem haer. 25. ait eum ideo fuisse traductum, quod *ἀπὸ τοῦ γυναίου ἐγκρατευσάμενος ὡς κατὰ μίμησιν ὧν ἑώρα θεῷ προσανεχόντων, μέχρι τινὸς ἐκαρτέρει, οὐ μὴν εἰς τέλος ἤνεγκε κρατεῖν τῆς αὐτοῦ ἀκρασίας.* COL.

P. 260, l. 6. *εἰσὶν δ' οἱ*] Theodoretus Haeret. fab. 1, 6. p. 197. Prodici, Adamitarum sectae auctoris, erroribus enumeratis, haec adjicit, *καὶ τούτου δὴ μάρτυρα τὸν Στρωματέα παρέξομαι Κλήμεντα, ἱερὸν ἄνδρα, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπόντα. λέγει δ' οὕτως ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Στρωματέων.* Tum sequuntur Clementis verba usque ad *ὀνόματι*. Porro *εἰσί δέ* pro *εἰσὶν δ'* habet Theodor. Dein *ὀνόμαζουσι* pro *ἀναγορεύουσι*. POTT.

260, 7. *ἐνυβρίζοντες καὶ τῷ ὀνόματι*] *Ὄνομα* respicit nomen Christianum, cui contumeliae notam ab impuris istis haereticis inuri putavit auctor: quemadmodum paulo superius p. 511. de similibus dicit, *ἐξ ὧν ἡ μεγίστη κατὰ τοῦ ὀνόματος ἐρρύη βλασφημία.* Vel potius respicit *κοινωνίαν*, quam vocem, cum ea mysticam Christi ejusque membrorum conjunctionem significaret, ad turpes et nefarios concubitus applicabant haeretici. Cui sensui favent quae sequuntur. POTT.

P. 261, l. 3. *εἰσδεχόμεναι*] *ἐκδεχόμεναι*, Theodoret. POTT.

261, 11. *κατὰ τὴν ἐξομοίωσιν τοῦ θείου*] Commation illud abest a vulg.

Bibl. Ephes., inquit Sylburg. Est autem a Clemente additum, ut Apostoli verba accommodaret ad ea quae de divina similitudine paulo superius dixerat. POTT.

261, 25. *ἄλλοις*] Fortasse convenientius *ἄλλως*. SYLB.

*τοῦτο ἐνόησαν δόγμα*] Scribi possit *ἐνόησαν, excogitarunt.* Quamvis *νοσεῖν* etiam ad animum transferri solet. Hinc Chrysostomus in 1 Cor. 15. *ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι, τί ἐνταῦθα λέγουσιν οἱ τὰ Μανιχαίων νοσοῦντες.* POTT.

261, 26. *δὲ*] Vel *δὴ*, ut paulo superius, *καὶ δὴ παραθήσομαι.* POTT.

P. 262, l. 8. *τοιαῦτα...δογματίζουσιν*] Hoc commation Theodoretus in Haeret. Fabul. 1, 1. p. 197. transtulit. POTT.

*ψευδωνύμως γνωστικοὺς*] Sic Strom. 7. p. 854. *τῶν ψευδωνύμων τούτων ἀνόσιος γνῶσις.* Hinc Irenaeus libros suos vocavit *Ἔλεγχον καὶ ἀνατροπὴν τῆς ψευδωνύμου γνώσεως.* POTT.

262, 13. *κύριοι τοῦ σαββάτου*] Hic et infra p. 529. respicit Matth. 12, 8. *κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.* POTT.

262, 15. *πρῶτον*] Ante hanc vocem aliquid hujusmodi deesse videtur, *ψεύδονται δὲ ἐν τούτοις.* POTT.

262, 20. *κολασθῆναι*] Fortasse rectius *τὸ κολασθῆναι*, cum articulo, ut in praecedentibus duobus membris. SYLB.

262, 21. *πᾶς*] Non tam verba Apostoli, ut neque paulo post Christi, quam eorum sensum profert. POTT.

*φησὶν*] Supervacua est haec vox, ut quandoque alias. POTT.

262, 29. *πιστοὶ*] Respicit Luc. 16, 11, 12. *εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;* POTT.

P. 263, l. 1. *ὡς παρεπίδημος*] Respicere videtur 1 Pet. 2, 11. 12. POTT.

263, 11. *ἐκκεντήσας*] Respicit Numer. 25, 8. quo loco Phineas dicitur Zimri et Cosbi scortantes confodisse, *καὶ ἀπεκέντησεν ἀμφοτέρους, τόν τε ἄνθρωπον τὸν Ἰσραηλίτην καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς.* POTT.

*εὐλαβούμενος*] Videtur legendum *εὐλογούμενος*. LOWTH.

263, 23. *φυλακὴν*] *Τὰ ἐν φυλακῇ πνεύματα* dixit Apostolus 1 Pet. 3, 19. *Φυλακῆς* etiam metaphora aliquoties usus est Christus de sceleratorum poenis agens. POTT.

P. 264, l. 3. *πορεύσησθε*] *μανθάνετε* Jerem. POTT.

264, 10. *εἰρηκότι*] Respicere videtur Luc. 11, 40. *οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησεν;* POTT.

264, 13. *ἀντιτάκτας*] Haec paucis mutatis Theodoretus in Haeret. fabul. 1, 16. transtulit, *ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς, οὓς ἀντιτάκτας ἐκάλουν οἱ ἀσεβεῖς, οἳ τὸν μέγαν ἄγνωστον θεὸν, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, πατέρα οἰκεῖον ὠνόμαζον· τοῦτον δὲ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ θεὸν ποιητήν· ἕνα δέ τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων ἐπισπεῖραι ζιζάνια· ὃς καὶ πάντας ἡμᾶς, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, κακοῖς περιέβαλεν, ἀντιταξάμενος ἡμῶν τῷ ἀγαθωτάτῳ πατρὶ, οὗ δὴ χάριν, καὶ ἡμεῖς ἀντιτασσόμεθα αὐτῷ, εἰς ἐκδίκησιν τοῦ πατρὸς ἀνθιστάμενοι τοῖς νόμοις αὐτοῦ. καὶ ἐπειδὴ αὐτὸς οὗτος εἶπεν, οὐ μοιχεύσεις, ἡμεῖς, φησὶ, μοιχεύσωμεν ἐπὶ καταλύσει τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ. τούτους εἰκότως ἄν τις ἐφευρετὰς ὀνομάσοι κακῶν, οἳ ταῖς ἀσελγείαις τὰς βλασφημίας συνάπτουσιν.* POTT.

264, 17. *οἷς*] *Ὅσ* legisse videtur Theodoretus. POTT.

264, 25. *παρειλήφαμεν*] Nempe a Christo dicente, *ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς*, Matth. 7, 16. POTT.

264, 29. *συναναιρεῖται γὰρ τῷ κακῷ καὶ τὸ δένδρον*] Malo enim **sublato**, tollitur arbor, e quo id nascitur: ac proinde si nullum **sit malum**, sequitur nullum esse principium Deo bono adversarium. **Respexisse** autem videtur Matth. 7, 17. 18. POTT.

P. 265, l. 1. *τὸ πονηρὸν ἐνυπάρξει*] Vel divise *ἐν ὑπάρξει, in essentia.* Putabant enim haeretici principium illud, quod Deo repugnaret, **esse** essentia malum. POTT.

265, 11. *τὸ μισεῖν*] Respicit Matth. 5, 43. 44. vel Luc. 6, 27. 28; dein Matth. 5, 25. vel Luc. 12, 58. POTT.

265, 22. *οὐ παιδοφθορήσεις*] Conf. quae superius dicta sunt ad **Protrept.** p. 85. POTT.

265, 26. *βατὴν δὲ θάλασσαν*] Poetice dictum. Lycophron v. 1414.

Τῷ-θάλασσα μὲν βατὴ
πεζῷ ποτ' ἔσται, γῇ δὲ ναυσθλωθήσεται.

ubi scholiastes haec annotat, *ὁ Ξέρξης τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ἔχωσεν, ἤγουν βατὴν γῆν ἐποίησεν, τὸν δὲ Ἄθων ὄρος κόψας ἐποίησε θάλασσαν, ὡς ὁ Ἡρόδοτος ἱστορεῖ.* POTT.

265, 27. *οἱ τὰς ἱστορίας συνταξάμενοι*] Herodotus 7, 54; Thucydides 4. p. 156; Arrianus 5. p. 103. et alii. H. SYLB.

P. 266, l. 25. *ὡς διαβάλλοντα*] Justinus M. Cohort. ad Graec. p. 108. edit. Oxon. *ὃν διάβολον αἱ θεῖαι γραφαὶ καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον διαβολῆς ταύτης τῆς προσηγορίας τυχόντα.* POTT.

P. 267, l. 24. *ὀνυχίζοντες*] Id est *ἀκριβολογοῦντες.* Hesychius, *ὀνυχιεῖ: ἐπιμελῶς ἐξετάσει.* Hinc proverbium **Ἐξ ὄνυχος**, Latine *Ad unguem.* POTT.

P. 269, l. 5. *νεκρόν*] Sic humanum corpus appellat, ut superius p. 522. POTT.

269, 15. *ἐπίσπαστον—κακὸν*] Hesychius, *ἐπίσπαστον: αὐθαίρετον, ὅπερ ἑαυτῷ τις ἐπισπᾶται κακόν.* Metaphoram aiunt ductam *ἀπὸ τῶν ὀρνίθων δελεαζομένων καὶ ἑαυτοῖς τὸν ὄλεθρον ἐπισπωμένων.* POTT.

P. 271, l. 1. *οἷος ὁ λόγος, τοῖος ὁ βίος*] Conf. quae sub finem Protreptici annotata sunt. POTT.

271, 2. *δένδρον*] Respicit Christi effatum, *ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται*, Matth. 12, 33. POTT.

271, 19. *εὐφήμως*] Sic infra p. 539. *οἱ δὲ ἀντιτασσόμενοι τῇ κτίσει τοῦ θεοῦ διὰ τῆς εὐφήμου ἐγκρατείας.* POTT.

P. 272, l. 3. *οὐχ ὡς*] Simplicior ordo est, *εἶπεν· Μέχρις ἂν ὑμεῖς αἱ γυναῖκες τίκτετε· οὐχ ὡς κακοῦ τοῦ βίου ὄντος καὶ τῆς κτίσεως πονηρᾶς, ἀλλ' ὡς—.* SYLB. Porro hoc Christi ad Salomen dictum iterum occurrit in Excerpt. e Theodot. p. 799. item libri hujusce p. 539. ubi ex Evangelio secundum Aegyptios sumtum memorat auctor. POTT.

272, 19. *μοιχείαν*] Respicit Matth. 5, 18. *πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν καρδίᾳ αὐτοῦ.* POTT.

272, 22. *τὸ ὄνομα βλασφημεῖται*] Nomen Christianum vult, ut superius p. 511. Simile est illud apostoli Jac. 2, 7: *Οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ καλὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς·* et Rom. 2, 24: *τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* POTT.

272, 24. *καὶ αὐτοὶ*] Eodem argumento Marcionitas matrimonium prohibentes oppugnat Tertullianus sub finem lib. 1. Contra Marcion.: "Utique enim et Marcion ex nuptiis natus est." POTT.

P. 273, l. 9. *φησὶν*] Si quis pluraliter malit *φασί*, per me licet. SYLB.

273, 15. *τὴν ἀνάστασιν ἀπειλήφασιν*] Hi haeretici affirmabant id, quod ante eos, Paulo in vivis agente, alii dixerant, *τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι*, 2 Tim. 2, 18. Sic etiam Menander docuit "resurrectionem per id, quod est in eum, baptisma accipere ejus discipulos, et ultra non posse mori, sed perseverare non senescentes et immortales:" ut referunt Irenaeus 1, 21. et Tertullianus De anima cap. 50. Memorat etiam Tertullianus lib. De resurrectione carnis cap. 19. alios fuisse haereticos, qui dicebant "resurrectionem eam vindicandam, qua quis adita veritate redanimatus et revivificatus Deo, ignorantiae morte discussa, velut de sepulcro veteris hominis eruperit: ... exinde resurrectionem fide consecutos cum Domino esse, cum eum in baptismate induerint." POTT.

273, 26. *ταπεινοφροσύνη*] Respicere videtur Coloss. 2, 23. *ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ τοῦ σώματος.* POTT.

P. 274, l. 20. *ὥρισεν*] Nempe Christus, qui haec loquitur Act. 1, 7. POTT.

274, 22. *τὸν λόγον τοῦτον*] *τοῦτον τὸν λόγον, ἀλλ' οἷς δίδοται* Matth. ubi mox *οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτως.* POTT.

P. 275, l. 5. *ἀθλητὰς*] Eustathius in Iliad. Ω. p. 1472: *Οἱ ἀθληταὶ τὸν τοῦ ἀθλεῖν πάντα καιρὸν οὐκ ἀφίεντο πλησιάζειν γυναιξί.* Conf. quae annotata sunt ad principium hujusce Stromatum libri. POTT.

275, 7. *Κρίσωνα*] Plato Crisonis meminit in Protag. p. 335 E. et Leg. 8. p. 840 A. inter athletas abstinentes se a rebus venereis enumerat *Κρίσσωνα καὶ Ἀστύλον καὶ Διόπομπον.* Pausanias 6, 13, 1. *Ἀστύλος δὲ Κροτωνιάτης Πυθαγόρου μέν ἐστιν ἔργον, τρεῖς δὲ ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδος σταδίου καὶ διαύλου νίκας ἔχει.* COL.

275, 8. *Ἀμοιβεὺς*] Aelianus V. H. 3, 30. *Ἀμοιβέας ὁ κιθαρῳδὸς σωφρονέστατος ἐλέγετο, καὶ γυναῖκα ὡραιοτάτην ἔχων μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ.* POTT.

275, 9. *Ἀριστοτέλης*] Eadem de Eubata Cyrenaeo refert Aelianus V. H. 10, 2. POTT.

275, 16. *οὐδ' ἡ εὐνουχία*] Conf. Strom. 4. p. 630. POTT.

275, 22. *μηδεὶς*] Haec conflavit auctor ex Coloss. 2, 18. *μηδεὶς ἡμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων·* et v. 23. *ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος.* POTT.

275, 25. *ἕκαστος*] Haec composita sunt ex 1 Cor. 7, 2. *διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω·* et 5. *καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.* POTT.

P. 276, l. 1. *οἱ δὲ καὶ ἐπαιδοποιήσαντο*] Conf. Strom. 6. p. 790. et quae ibi annotanda sunt. POTT.

276, 2. *Ἠλίᾳ*] 1 Reg. 17, 6. *καὶ οἱ κόρακες ἔφερον αὐτῷ ἄρτους τὸ πρωΐ, καὶ κρέα τὸ δείλης.* POTT.

276, 3. *Σαμουὴλ*] 1 Sam. 9, 24. *καὶ ἦψησεν ὁ μάγειρος τὴν κωλέαν, καὶ παρέθηκεν αὐτὴν ἐνώπιον Σαούλ· καὶ εἶπε Σαμουὴλ τῷ Σαούλ, Ἰδοὺ ὑπόλειμμα, παράθες αὐτὸ ἐνώπιόν σου, καὶ φάγε.* POTT.

276, 14. *ἢ καὶ τοὺς*] Haec usque ad *τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές*, recitavit Eusebius H. Eccl. 3, 30. ut etiam Nicephorus Eccles. hist. 2, 44 POTT.

276, 14. *τοὺς ἀποστόλους*] Nonnulli volunt a Clemente **apostolum** pro diacono positum fuisse: quemadmodum, ut aiunt, apostoli **nomen** viris apostolicis tribuerunt alii ex antiquis Patribus, ac speciatim **Polycrates** et Papias. Conf. Eusebius H. Eccl. 3, 30. et 31. et ibi **Valesii** notae. Philippum diaconum *συναπόστολον* appellant apostoli in **Constitut.** apost. 6, 7. ubi conf. quae hac de re annotavit **Cotelerius.** POTT.

276, 17. *ἔν τινι ἐπιστολῇ*] Ad Philipp. c. 4. De conjuge autem **ejus** vise et Ignatii epist. 6. et Euseb. H. Eccl. 3, 24. H. SYLB. **Respicit** Clemens Philipp. 4, 3. *καὶ ἐρωτῶ σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι.* Quibus in verbis, licet *γνήσιε* masculini generis sit, tamen cum Graeci, ac praecipue **Athenienses**, diversa genera saepe miscuerint, ut cum *κλυτὸς Ἱπποδάμεια*, etc., **dixit** Homerus, et cum apostoli et alii veteris Ecclesiae pastores in **curandis**, et ad fidem convertendis feminis feminarum ope plerumque **usi sint**, de quo more consuli poterit Constitut. apostol. 3, 15. **putabant nonnulli** Paulum hoc loco conjugem suam hortari ut ei operi **diligenter** incumberet. Ignatius interpolat. Epist. ad Philadelph. c. 3. **Paulum** matrimonio junctum fuisse affirmat, *Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων, τῶν γάμοις προσομιλησάντων·* ubi conferri poterunt quae annotavit Cotelerius. Adjici merentur quae annotavit **Beveregius** ad apostol. can. 5. "Ex hisce, inquit, verbis nihil certius, nihil apertius esse potest, quam temporibus quibus conditi sunt hi canones, episcopos, presbyteros, et diaconos conjugatos esse. Nec mirum, cum Petrum et reliquos apostolos uxores habuisse affirmat Basilius De abdicat. ser. statim ab initio. Et ipse quoque Ignatius, *Ὡς Πέτρου καὶ Παύλου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων.* Ignat. Epist. ad Philadelph. p. 98. edit. Usser. Hunc, fateor, Ignatii locum corruptum esse, ac nomen Pauli ab haereticis intersertum esse, e MSS. nescio quibus acriter contendunt pontificii; sed incassum, ut probat Jac. Armachanus in Prolegomenis ad Ignatium cap. 17. Ambrosius autem Paulum, cum Joanne, eosque solos, excipit: "Omnes," inquit, "apostoli, exceptis Joanne et Paulo, uxores habuerunt:" Ambros. in 2 Cor. 11, 2. At Clemens Alexandrinus Paulum etiam uxorem habuisse scribit Strom. 3. p. 488. [535.] ubi et Philippum addit. De Philippo idem asserit et Chrysostomus *Εἰς τὸν Ὀζίαν λόγ. δ'.* tom. 5. p. 147. ed. Savil. et ante eum Polycrates Ephesinorum episcopus in epistola ad Victorem Romanum, apud Euseb. H. Eccl. 3, 31. At Philippum illum, qui quatuor habuisse filias dicitur Act. 21, 9. non apostolum, sed diaconum fuisse, probat Isidorus Pelusiota Epist. 1, 147." POTT.

276, 18. *τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές*] Hoc ipse Clemens explicat infra p. 607. POTT.

276, 22. *ἀπερισπάστῳ τῷ κηρύγματι προσανέχοντες*] Quid sit *ἀπερίσπαστον κήρυγμα* haud facile explicari potest. Scribendum *ἀπερισπάστως τῷ κηρύγματι προσανέχοντες, sine ulla distractione.* Sic Paulus 1 Cor. 7, 35. *ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως.* POTT.

*οὐχ ὡς γαμετὰς, ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς*] Clemens infra 6. p. 790. *ἀδελφὴ δὲ τούτῳ ἡ γυνὴ μετὰ τὴν παιδοποιίαν, ὡς καὶ ὁμοπατρία κρίνεται, τότε μόνον τοῦ ἀνδρὸς ἀναμιμνησκομένη, ὁπηνίκα ἂν τοῖς τέκνοις προσβλέπῃ·* ubi conf. annotata. POTT.

276, 25. ἀδιαβλήτως] Constitut. apostol. 3, 15. προχείρισαι δὲ διάκονον πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπηρεσίας. ἔστι γὰρ ὁπόταν ἓν τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ δύνασαι πέμπειν διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. POTT.

P. 277, l. 5. Ἠλίας] Conf. 1 Reg. 19, 13. 19; 2 Reg. 1, 8; ibid. 2, 13. 14. POTT.

277, 23. ἐνδεεῖ] ἐνδεῆ Proverb. Sic superius ἐνδεῆ mutatum in ἐνδεεῖ p. 445. POTT.

277, 27. ἀνδρῶν] ἀνδρείων Proverb. POTT.

ἐπιφέρει] Quis haec *subjungit?* Certe non Salomon loco Proverbiorum, quem antea respexit: nam in eo haec non reperiuntur. Forte respicit Psal. 15. quo cum v. 1. interrogatum fuisset, *Quis habitabit in monte Domini?* aliquis ἐπιφέρει v. 5. eum ibi habitaturum esse, qui τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. Similia occurrunt Ezech. 18, 8. POTT.

P. 278, l. 1. λύτρον] Proverb. 13, 8. λύτρον ἀνδρὸς ψυχῆς ὁ ἴδιος πλοῦτος, πτωχὸς δὲ οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν. POTT.

278, 12. κτῆσις — ἐπισπευδομένη] ὕπαρξις ἐπισπουδαζομένη Proverb. κτῆσις ἐπισπουδαζομένη Clemens Paedag. 3. c. ult. POTT.

278, 13. εἰσὶ] εἰσὶν οἱ τὰ ἴδια σπείροντες πλείονα ποιοῦσιν, εἰσὶ δὲ καὶ οἱ συνάγοντες ἐλαττοῦνται Proverb. POTT.

278, 22. χώραν] Lucae sensum, verbis paulum mutatis exhibet auctor. POTT.

P. 279, l. 20. προείτω] In προείτω vestigia sunt duplicis scripturae, προέτω et προῖτω. SYLB.

279, 22. οὐ γάρ ἐσμεν ἐπιθυμίας] Respicit forte Joan. 1, 13. οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν. POTT.

P. 280, l. 9. ἄγγελοι] Opinio ista veterum quorundam de angelis hausta est ex illo Genes. 6. ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, et quae sequuntur: sed decepit illos Hebraismus: qua de re et Munsterus in eum locum et Notationes nostrae in homilias S. Patrum p. 560. H. SYLB. Conf. quae annotavimus ad Paedag. 3, 2. POTT.

280, 11. Ἀγαθόποδα] Grabius Spicileg. sec. 2. p. 53. ad hunc Clementis locum haec annotavit, "Agathopus, ad quem Valentinus literas dedit, idem forte fuit cum illo qui Ignatium Romam ad martyrium abductum comitatus est." Idem existimavit Pearsonus Annot. in haec verba Ignatianae epistolae ad Smyrnaeos cap. 10. Φίλωνα καὶ Ῥέων Ἀγαθόπουν, οἱ ἐπηκολούθησάν μοι. POTT.

280, 18. τὸν νεὼν τοῦ πνεύματος] Conf. 1 Cor. 3, 16. 17. POTT.

280, 19. εὐνουχίζειν] Respicit Matth. 19, 12. εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. POTT.

280, 26. Βραχμᾶναι] De philosophis Indicis conf. Strabo Geogr. l. 15. Eusebius Pr. Ev. 6, 10; Recognition, Clementis 9, 20; Clemens Strom. 1. p. 360. POTT.

P. 281, l. 3. ἃ δὲ] Aptius legemus οἱ δέ, vel οἵδε, ut mox οὗτοι. SYLB.

P. 282, l. 18. πρότερον] P. 532. ubi conf. annotata. POTT.

P. 283, l. 8. γραφὴ] 2 Cor. 4. Ad dictum de morte pertinet istud Pauli 1 Tim. c. 5. ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε· et haec Philonis p. 41.

φύσει μὲν οὐκ ἔστι θάνατος, καθ' ὃν χωρίζεται ψυχὴ ἀπὸ σώματος· ὁ δὲ ἐπὶ τιμωρίᾳ συνίσταται, ὅταν ἡ ψυχὴ τὸν ἀρετῆς βίον θνήσκῃ, τὸν δὲ κακίας ζῇ μόνον. εὖ δὲ καὶ ὁ Ἡράκλειτος, κατὰ τοῦτο Μωυσέως ἀκολουθήσας τῷ δόγματι, φησὶ, Ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν δὲ τὸν ἐκείνων βίον. SYLB.

339, 22. *τῶν μετατιθέντων τὰ εὐαγγέλια*] Millius in Prolegomenis ad Novum Testamentum p. 33. hanc phrasin hoc modo explicavit: "Caeterum inter codices ecclesiarum et privatorum hominum hoc fere interfuit, quod isti prout e librariorum manibus exierant, emaculati notisque marginalibus liberi fere, integri in ecclesiarum tabulariis remanserint; hi vero ab ipsis, in quorum gratiam fuerant conscripti, statim fere inter lineas, aut ad marginem, glossis scholiisque fuerint conspersi; maximopere in id incumbentibus S. literarum studiosis, ut textum sacrum, quem apud se habebant, explicatiorem suisque usibus magis in dies ac magis idoneum redderent. Hinc apud Clementem Alexandrinum, qui sub finem seculi secundi floruit, mentio fit *τῶν τὰ εὐαγγέλια μετατιθέντων*, seu scholiastarum, qui jam ab initio libris istis, ad oram, aut spatio interlineari, explicatiunculas suas illeverant. Harum unam ille et alteram adducit Strom. 4. p. 582. Matth. 5, 10. e regione verborum, *ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*, apposuerat annotator quispiam, *ὅτι αὐτοὶ ἔσονται τέλειοι*· alius, *ὅτι ἕξουσι τόπον, ὅπου οὐ διωχθήσονται*." Voce *μετατιθέναι* infra etiam utitur Clemens Strom. 7. p. 891. ubi de haereticis S. Scripturae sensum pervertentibus haec dicit, *σχεδὸν γὰρ ἐν πᾶσιν, οἷς προσφέρονται, ῥητοῖς, εὕροις ἂν αὐτοὺς ὡς τοῖς ὀνόμασι μόνοις προσανέχουσι, τὰ σημαινόμενα ὑπαλλάττοντες· οὐθ' ὡς λέγονται γινώσκοντες οὔθ' ὡς ἔχειν πεφύκασι χρώμενοι αἷς δὴ κομίζουσιν ἐκλογαῖς· ἡ ἀλήθεια δὲ οὐκ ἐν τῷ μετατιθέναι τὰ σημαινόμενα εὑρίσκεται· οὕτω μὲν γὰρ ἀνατρέψουσι πᾶσαν ἀληθῆ διδασκαλίαν*. POTT.

339, 23. *μακάριοι, φησὶν, οἱ δεδιωγμένοι ὑπὸ τῆς δικαιοσύνης*] Haec potes vertere "Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur prae justitia, *vel* propter justitiam: nam *ὑπὸ*, cum gignendi casu, sic apud Platonem et Plutarchum interpretantur vulgata lexica, neque videntur qui transferebant evangelia contrarium asseruisse. COL.

339, 26. *οἱ ἄνθρωποι μισήσωσιν*] Luc. *μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν, καὶ ἐκβ.* Et mox, *τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου*. POTT.

P. 340, l. 17. *τὸ μὲν ὄνομα ὑπογεγραμμένους*] Scribe *ἐπιγεγραμμένους*. HEINSIUS. Vel *ὑποκεκριμένους*, quia praecessit *τῶν ὑποκριτῶν* mentio. POTT.

340, 19. *ὁμολογεῖ τὴν σωτηρίαν*] Scribe *ὁμολογεῖ εἰς τὴν σωτηρίαν, confitetur ad salutem*. Respicit enim Rom. 10, 10. *καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν*. POTT.

340, 21. *ὑπεραποθάνῃς*] Nam *ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν*, ut ait Apostolus Rom. 5, 7. POTT.

340, 22. *θεὸς γὰρ ἐγγίζων*] Respicit Deut. 4, 7. *ὅτι ποῖον ἔθνος μέγα, ᾧ ἐστιν αὐτῷ θεὸς ἐγγίζων αὐτοῖς, ὡς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν πᾶσιν, οἷς ἐὰν αὐτὸν ἐπικαλεσώμεθα·* vel Jerem. 23, 23. *θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος, καὶ οὐχὶ θεὸς πόρρωθεν.* POTT.

P. 341, l. 2. *τί με λέγετε*] *τί δέ με καλεῖτε* Luc. POTT.

341, 4. *τοῖς χείλεσιν*] Respicit Iesa. 29, 13. *καὶ εἶπε κύριος, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.*' POTT.

341, 9. *δι' ἔργου μαρτυροῦντες ᾧ πείθονται εἶναι, οἱ τὴν*] Fortasse melius, *δι' ἔργου μαρτυροῦντες ὃ πείθονται εἶναι, reipsa testificantes quod esse persuasum habent.* Interpres Hervetus minus apte, *reipsa testantes ei cui credunt esse carnem.* SYLB. Sed nos hoc aliter Latine expressimus. POTT. Vertit, "Et re ipsa testantes, cui credunt esse eum, qui carnem suam cum concupiscentiis et passionibus suis cruci affixerunt."

341, 25. *ἔρμαιον ὁ θάνατος*] Haec verba hoc quidem loco supervacanea sunt: Theanus enim sententia absque iis perfecta est. Mihi videntur ad sequentem Platonis sententiam referri debere: quam cum imperfecte recitasset auctor, aliquis his verbis in libri sui margine scriptis eam complevit, quae deinceps alieno loco in textum recepta sunt. Porro Platonis verba in Phaedone sic se habent p. 108. *εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγή, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανοῦσι, τοῦ τε σώματος ἅμα ἀπηλλάχθαι καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς.* Jam ex his facile constat hanc sententiolam, *ἔρμαιον ὁ θάνατος*, ex Platone additam fuisse. Justinus M. eadem Platonis verba in animo habuisse videtur, haec scribens, Dialogi cum Tryph. p. 223. ed. Par. *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ τὰς ψυχὰς ἐγώ· ἔρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς.* Et haec in Apolog. 1. p. 33. ed. Oxon. *ὅπερ, εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν.* POTT.

341, 28. *τὸν Αἰσχύλου Τήλεφον*] Haec etiam Clemens e Platone sumsit, qui loco Phaedonis jam dicto haec dicit, *ἐστὶ δὲ ἆρα ἡ πορεία, οὐχ ὡς ὁ Αἰσχύλου Τήλεφος λέγει· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῆν οἶμον φησὶν εἰς Ἅιδου φέρειν· ἡ δὲ οὔτε ἁπλῆ οὔτε μία μοι φαίνεται εἶναι.* Eandem sententiam recitavit etiam Dionysius Hal. Artis rhetoricae cap. 6. p. 40. edit. Sylburg. (p. 73. edit. Oxon.) *ἐπὶ δὲ τοῖς καθ' ἕκαστον καὶ ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν πολλὰς ἀφορμὰς παρέξει ὁ λόγος εἰς παραμυθίαν· εἰ μέν τις ἄφνω τελευτήσειε καὶ ἀλύπως, ὅτι μακαρίως αὐτῷ ἡ τελευτὴ συνηνέχθη. — κἂν ᾖ ἐν ἀποδημίᾳ, ὅτι οὐδὲν διενήνοχε· μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ οἶμος, κατὰ τὸν Αἰσχύλον, εἰς Ἅιδου φέρουσα.* POTT.

P. 342, l. 6. *ὁ Ἐπίχαρμος*] Theodoretus *Θεραπευτ. α'.* p. 477. de iis qui nil credunt, nisi quod sensibus percipi possit, ait, *καὶ ἴσως τοῖς οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς τὸν ἴαμβον ἐκεῖνον προσήρμοσε "φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι."* POTT. Frustra laborarunt qui haec in metrum iambicum redigere conati sunt.

*ἀσκοὶ*] Tale et illud Timonis Phliasii ap. Theodoret. l. c. p. 24, 30. ed. Sylb.

*Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.* COL.

342, 18. *εἴπερ συμπάσχομεν — Χριστοῦ*] Rom. 8, 17. *κληρονόμοι μὲν θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.* POTT.

342, 21. *εἰς τὸ ἀγαθὸν*] *εἰς ἀγαθὸν* absque articulo, Rom., ubi mox, *καὶ οὓς ἐκάλ.* pro *οὓς δὲ ἐκάλ.* POTT.

P. 343, l. 3. *πάσχομεν*] *πάσχοιτε* Petr. POTT.

343, 5. Χριστὸν] *θεὸν* Petr. POTT.

343, 8. ἀλλὰ] Abest a Petro, apud quem mox, *ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν*. POTT.

343, 11. *θέλοι*] *θέλει* Petr.

343, 14. *δυνάμεις*] Respicit Ephes. 6, 12. *ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*. POTT.

343, 16. *τῷ παντοκράτορι καὶ τῷ κυρίῳ*] Patrem peculiariter *παντοκράτορα* dicit. Alibi tamen Christum etiam *παντοκράτορα* vocat: ut Paedag. 3, 7. p. 277. *ἀνενδεὴς γὰρ ὁ τὸν παντοκράτορα θεὸν Λόγον ἔχων*. Verum hac de re alias plura diximus. POTT.

343, 18. *σοῦ λαλοῦντος*] *λαλοῦντος σοῦ* Iesa. POTT.

343, 23. *χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι*] *χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι· εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι* Χριστοῦ, *μακάρ*. Petr. POTT.

343, 26. *καθάπερ*] *καθὼς* Rom., ubi mox *ἕνεκα* pro *ἕνεκεν*. POTT.

P. 344, l. 1. *Ἃ δ' ἐκπυθέσθαι*—] His similia sunt illa Senecae epist. 88. "Fides sanctissimum humani pectoris bonum est; nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio: Ure, inquit, caede, occide, non prodam: sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc altius condam." POTT.

344, 11. *γοῦν*] *γὰρ* Rom. POTT.

344, 13. *νέειν*] Rectius cum Stephani editione *νάειν* scribemus. Mox, *ἔσοπτος* idem Stephanus mavult. SYLB.

P. 345, l. 6. *πνεῦμα δουλείας*] In unum conjungit 2 Tim. 1, 7. *οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγ.* et Rom. 8, 15. *οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας, πάλιν εἰς φόβον*. POTT.

345, 10. *ὁ κολλώμενος*] Rom. 12, 9. *ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος· ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ*. POTT.

345, 15. *οἱ δὲ μέγιστοι*] *ὃ δὲ μέγιστον* Hervetus et Heinsius, non animadvertentes Clementem respexisse Rom. 15, 13, 14. *ὁ δὲ θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου. πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν*. E quo loco reponendum *μεστοὶ* pro *μέγιστοι*, vel *ὃ δὲ μέγιστον, μεστοὶ τῆς ἀγαθωσύνης*, πλ. POTT.

345, 17. Ἰνδῶν] Iis quae sequuntur similia scribit Alexandro Calanus Indus apud Philonem Judaeum lib. Quod omnis probus sit liber p. 879. *Κάλανος Ἀλεξάνδρῳ. Φίλοι πείθουσι χεῖρας καὶ ἀνάγκην προσφέρειν Ἰνδῶν φιλοσόφοις, οὐδ' ἐν ὕπνῳ ἑωρακότες ἡμέτερα ἔργα. σώματα γὰρ μετοίσεις ἐκ τόπου εἰς τόπον, ψυχὰς δὲ οὐ δύνασαι* (supple *ἀναγκάζειν*) *ποιεῖν ἃ μὴ βούλονται, ἢ μᾶλλον πλίνθους καὶ ξύλα φωνὴν ἀφεῖναι· πῦρ μεγίστους τοῖς ζῶσι σώμασι πόνους καὶ φθορὰν ἐργάζεται, τούτου ὑπεράνω ἡμεῖς γινόμεθα, ζῶντες καιόμεθα*, etc. Conf. superius Strom. 3. p. 494. POTT.

345, 22. *παραχωρεῖν*] Fortasse *παραχωρεῖν ὡμολόγει κεκορῆσθαι οὕτως ὥσπερ κτήνεσι, ad satietatem ita impleri, ut jumentis id permittitur*. SYLB.

P. 346, l. 6. τοῦτο δὲ γινώσκομεν] τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵν. Rom. 6. POTT.

346, 17. δυσφημούμενοι] βλασφημούμενοι ap. Paulum. POTT.

346, 20. ὅτι] Haec vox pleonastica est, nec Platonis, sed Clementis. H. SYLB.

346, 21. τῇ ψυχῇ] *Vita.* Vult enim auctor viri gnostici finem non esse "vitae" diuturnitatem, sed aeternam felicitatem. Sic apud Latinos anima pro *vita* ponitur. Terentius in Adelph. *animam ipsam exstinguerem.* POTT.

P. 347, l. 4. τοῦ σώματος] Harum vocum loco, Herveto placuisse videtur τῆς γνώσεως, *cognitionis.* Scribi etiam possit τῆς σωτηρίας. Illud σώματος procul dubio mendosum est: sed quid scripserit auctor difficile est augurari. POTT.

347, 21. μείζων τε] Rectius μείζων δὲ ap. Paulum. SYLB.

347, 24. τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ] Sic Clemens explicat Apostoli verba, τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τ. POTT.

P. 348, l. 6. εἰ ἐγὼ] εἰ δὲ ἐγὼ Paulus. POTT.

348, 18. ὀθούνεκ'—] Sophocli tribuit Sylb. "Congruit cum ista Sophoclis gnome haec Senecae initio lib. De clementia "Recte factorum verus fructus sit, fecisse; nec ullum virtutum pretium dignum illis, extra ipsas sit." SYLB.

348, 24. ὅ ἐστι] ἥτις ἐστὶ, Coloss., ubi mox, ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ βρ. POTT.

P. 349, l. 2. Αἰσώπιοι] Malet fortasse aliquis Αἰσάπιοι, vel Ἀσώπιοι· ut Aesapi, vel Asopi fl. accolae intelligantur. Sed Αἰσώπιοι rectius cum Fr. Junio intelligentur qui Aesopi tolerantiam imitantur, vel veteris illius, vel recentioris, de quo Macrobius 1, 11. "Aesopus, libertus Demosthenis, conscius adulterii, quod cum Julia patronus admiserat, tortus diutissime, perseveravit non prodere patronum, donec aliis coarguentibus consciis, Demosthenes ipse fateretur." SYLB.

Μακεδόνες] E multis Macedonicae patientiae exemplis haud abs re fuerit unum attulisse, quod memorat Valerius Maximus 3, 3. "Vetusto Macedoniae more, regi Alexandro nobilissimi pueri praesto erant sacrificanti. E quibus unus, thuribulo arrepto, ante ipsum astitit, in cujus brachio carbo ardens delapsus est; quo etsi ita urebatur, ut adusti corporis ejus odor ad circumstantium nares perveniret, tamen et dolorem silentio pressit, et brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri aut concusso thuribulo impediret, aut edito gemitu regias aures aspergeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perseverantiae experimentum sumere voluit: consueto enim sacrificavit diutius, nec hac re eum a proposito repulit. Si huic miraculo Darius inseruisset oculos, scisset ejus stirpis milites vinci non posse, cujus infirmam aetatem tanto robore praeditam animadvertisset." POTT.

349, 3. Λάκωνες] Lacedaemoniorum pueri ad aram Dianae Orthiae flagris caesi, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν Ἴλαροὶ καὶ γαῦροι, ut refert Plutarchus in Institutis Laconicis. Eorum tolerantiae exempla satis ubique nota sunt. Conf. Nic. Cragius De repub. Lacedaemon. 3, 8. POTT.

Ἐρατοσθένης] Theodoretus serm. 8. p. 604. (p. 328. Gaisf.) Eratosthenis testimonium ad ea, quae sequuntur, refert, οὐδὲ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης,

ὅς, ἀναγκαζόμενος κατειπεῖν τι τῶν ἀπορρήτων, ἀντέσχε πρὸς τὰς βασάνους, οὐδὲν ἐξομολογούμενος· ὡς δέ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, δείσας οὗτος μὴ τῇ τῶν παθῶν ὑπερβολῇ βιασθεὶς ἐξείπῃ τι τῶν συγκειμένων, καὶ τοὺς στασιώτας μηνύσῃ, τὴν γλῶτταν τοῖς ὀδοῦσι τεμὼν, προσέπτυσε τῷ τυράννῳ. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ Θεόδοτόν φασι ποιῆσαι τὸν Πυθαγόρειον, καὶ Παῦλον τὸν Λακύδου γνώριμον, ὡς ὁ Περγαμηνὸς Τιμόθεος ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων ἀνδρείας ξυνέγραψε· ξυμμαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ Ἀχαϊκὸς ἐν τοῖς Ἠθικοῖς. POTT.

349, 4. Ζήνων] Zenonis exemplum memorat Philo Judaeus lib. Quod omnis probus sit liber p. 881. Diogenes L. 9, 27. aliique plurimi. POTT.

349, 5. τὶ τῶν ἀπορρήτων] Quid illud ἀπόρρητα fuerit, indicat Cicero Tusculan. quaest. l. 2. "Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius quam conscios delendae tyrannidis indicaret." POTT.

349, 8. Νέαρχον] Tertullianus sub finem Apologetici, a Dionysio caesum Zenonem refert; a Demylo Plutarchus De Stoicis contrad. et rursus Adv. Coloten; a Nearcho, Diodorus Siculus in Excerptis, a Valesio editis, Philostratus De vita Apollon. l. 7. et Valerius Maximus 3, 3. POTT.

349, 9. Θεόδοτος] Similia de Theodoto refert Valerius Maximus loco jam dicto. POTT.

349, 12. Πόστουμος] De manu in ignem immissa quod narratur, potius est Mucii Scaevolae quam Posthumi, ut ex Livio, Seneca, Plutarcho et aliis manifestum est. De Zenone Eleate meminit, praeter Diogenem Laertium, etiam Plutarchus p. 335. et Philo p. 604. De Anaxarcho idem Laertius p. 364; Philo p. 604. Plutarchus p. 376. ubi etiam tyranni nomen exprimitur, Nicocreon. H. SYLB. Sed Holstenius ad Stephanum Byzant. p. 332. haec annotat. "Posthumus, Romanus dux, captus dicitur ὑπὸ Πευκετίωνος, pro ὑπὸ Πευκετίων. Regio ipsa Peucetia dicitur. Πευκέτιοι, ἔθνος περὶ τὸ Ἰόνιον πέλαγος, inquit Stephanus." POTT.

349, 17. Ἀναξάρχου] De Anaxarcho, praeter auctores a Sylburgio memoratos, conf. etiam Ovidius In Ibin, Tertullianus sub finem Apologetici; Origenes Contra Celsum 7. p. 367, 368; Gregorius Nazianz. epist. 58; Dio Chrysostomus orat. 37; denique, ut alios taceam, Theodoretus, loco superius dicto, quo fere ipsa Clementis verba recitat, οὐδέ γε Ἀνάξαρχος ἐκεῖνος, ὃς, ὑπέροις πτισσόμενος σιδηροῖς, ἔλεγεν, ὡς φασι, Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις. POTT.

P. 350, l. 2. ἔθνος βάρβαρον] Getas intelligit, quos Zamolxin praecipue coluisse, referunt Herodotus 4, 94. Laertius initio Pythagorae, Porphyrius in Vita Pythagorae extrema, Jamblichus in Vita Pythagorae, c. 30. Suidas, Etymologici auctor, etc. POTT.

οὐκ ἄγευστον φιλοσοφίας] Scribit Herodotus l. c. Getas Thracum omnium fortissimos et justissimos esse. Etenim, ut refert l. c. Jamblichus, Ζάμολξις, παραγενόμενος πρὸς τοὺς Γέτας, τούς τε νόμους αὐτοῖς ἔθηκε . . . καὶ πρὸς τὴν ἀνδρείαν τοὺς πολίτας παρεκάλεσε, τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι πείσαι (scr. πείσας). Unde μέγιστος τῶν θεῶν ἐστι παρ' αὐτοῖς· ut ibi sequitur. POTT.

350, 3. αἱροῦνται] L. αἱροῦν. LOWTH. Sed recepta lectio ferri etiam potest. POTT. Non potest ferri, nisi quid excidisse statuatur.

350, 4. τῶν Πυθαγόρου γνωρίμων] Sic plerique tradunt, Origenes etiam Pythagorae servum fuisse memorat Contra Celsum 3. p. 144. Alii Zamolxin Pythagora antiquiorem fuisse asserunt: quod ex Herodoto, Suida et Etymologici auctore modo laudatis apparet. POTT.

350, 10. γυναικῶν σωφρόνων] Tertullianus lib. Ad martyres cap. 4. "Sed spiritus contraponat sibi et carni, acerba licet ista, a multis tamen aequo animo excepta, imo et ultro appetita, famae et gloriae causa; nec a viris tantum, sed etiam a feminis, ut vos quoque, benedictae, sexui vestro respondeatis," etc. Conf. Paedag. 1, 4. POTT.

350, 11. κἂν βάρβαρος] Galat. 3, 28. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν, καὶ θῆλυ. Conf. Rom. 10, 12; 1 Cor. 12, 13. POTT.

P. 351, l. 10. γάρ] δέ 1 Cor. 11. ubi mox, ἀνδρὸς ἡ κεφ. Χριστός ἐστι: paulo post, πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρός. POTT.

351, 22. ἄτυνά ἐστι, πορνεία] ἄτυνά ἐστι, μοιχεία, π., Galat., ubi mox, φαρμακεία pro φαρμακεῖαι· dein, φθόνοι, φόνοι, μέθ. paulo post, ἀγαθωσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. Mox παραθεῖναι forte leg. pro παραταθῆναι. POTT.

P. 352, l. 10. Σαυρομάτιδας] Sauromatae, vel Sarmatae, ac Sacae, Scythiae gentes erant; inter quas fere omnes more receptum fuit, ut feminae, perinde ac viri, arma gestarent et bella gererent. Nicolaus Damascenus apud Stobaeum serm. 5. cui tit. De temperantia, de Scythis Γαλακτοφάγοις, quos nonnulli Sarmatis annumerant, ait: Μάχιμοι δ' οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες· καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς, ὅταν δέῃ. Idem apud Stobaeum serm. 42. De leg. et consuet., refert Σαυρομάτας παρθένον οὐ πρότερον συνοικίζειν πρὸς γάμον, πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ. Quod traditum etiam Herodotus 4, 117. De Sacarum virginibus uxorem ducere cupit, μνομαχεῖ τῇ παιδὶ, καὶ κρατήσασα μὲν, ἀγάγεται, καὶ νομιεῖ αὐτοῦ, καὶ ἄρχει· ἧσσον δὲ κρατηθῇ, ἄρχεται. POTT.

352, 13. τῆς Ἰβηρίας] Strabo 3. p. 165. κοινὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὰ Κελτικὰ ἔθνη, καὶ τὰ Θρᾴκια, καὶ Σκυθικά· κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν, τήν τε τῶν ἀνδρῶν καὶ τὴν τῶν γυναικῶν· γεωργοῦσι γὰρ αὗται, τεκοῦσαι διαπονοῦσι τοὺς ἀνδρώνας, ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν κατακλίνασαι· ἔν τε τοῖς ἔργοις πολλάκις αὗται καὶ λούουσι, καὶ σπαργανοῦσιν, ἀποκλίνασαι πρός τι ῥέεθρον. ἐν δὲ τῇ Λεγουστικῇ φησιν ὁ Ποσειδώνιος διηγήσασθαι τὸν ξένον ἑαυτῷ Χαρμόλεων, Μασσαλιώτην ἄνδρα, ὅτι μισθώσαιτο ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας ἐπὶ σταφυγίον ὠδίνουσα δὲ μία τῶν γυναικῶν ἀπέλθοι ἀπὸ τοῦ ἔργου πλησίον, τεκοῦσα δ' ἐπανέλθοι ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτίκα, ὅπως μὴ ἀπολέσειε τὸν μισθόν· καίτοι ἐπιτάσσουσι ὧλων ἐργολαμπτῶν, οὐκ οἰδὼς τὴν αἰτίαν πρότερον, ὑψὲ μάθοι, καὶ ἀφῆσαι, δοὺς τὸν μισθόν· ἡ δ' ἐκποδὼν τὴν παῖδα πρός τι κρήνιον, λούσασα, καὶ σπαργανώσασα ὡς εἶχε, ἀπέσωσεν οἴκαδε. Similia refert Diodorus Sic. l. 4. POTT.

352, 19. τὰς ποίμνας] Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4. 12. POTT.

352, 20. κατ' ἴχνιον] Malet fortasse aliquis μετ' ἴχνιον, ut alibi: sed hunc loquendi genus alibi quoque usurpari commonstrabit Index. STLZ.

P. 353, l. 7. οὐ μὲν γὰρ] οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρ. Hom. Od. 7, 181. POTT.

353, 10. κύριος] Respicit 1 Cor. 11, 3. θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι· κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· κτλ. 7. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει καλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχων· POTT.

353, 15. *ἀνδράσιν ὡς*] *ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε ὡς* Ephes., ubi mox, *καὶ αὐτός ἐστι σωτὴρ τ. σ. ἀλλ' ὥσπερ ἡ ἐκ. —οὕτω καὶ αἱ γ.* POTT.

353, 19. *γυναῖκας*] *γυναῖκας ἑαυτῶν* Ephes. 16., ubi mox, *οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες τὰς ἑ.* POTT.

353, 25. *τοῖς ἀνδράσιν ὡς ἀνήκει*] *τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν* Coloss., ubi mox, *τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστ.* POTT.

P. 354, l. 4. *τὸν κύριον· καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ποιῆτε*] *τὸν θεὸν, καὶ πᾶν ὅ τι ἐὰν π.* Coloss., ubi mox participium *δουλεύοντες* desideratur: dein, *ὁ δὲ ἀδικῶν κομεῖται ὃ ἠδ.* et rursum, *δούλοις παρέχεσθε·* mox, *κύριον ἐν οὐρανοῖς.* POTT.

354, 11. *Βάρβαρος Σκύθης*] *βάρβαρος καὶ Σκύθης, δοῦλος καὶ ἐλεύθ.* Coloss., ubi mox *ἀλλὰ τὰ πάντα.* POTT.

354, 13. *εἰκὼν δὲ τῆς οὐρανίου*] Sic Hebr. 9, 23. *τὰ ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* POTT.

354, 15. *ἐνδυσάμενοι*] Post aliquot interjecta redit ad Coloss. 3, 12. *ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρ.* POTT.

354, 18. *ἡμῖν, οὕτως καὶ ἡμεῖς*] *ὑμῖν, οὕτως καὶ ὑμεῖς,* Coloss., ubi mox, *τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδ.* dein, *εἰρήνη τοῦ θεοῦ βασιλευέτω.* POTT.

P. 355, l. 24. *ἀποπτέσωσι*] Duplex est lectio, *ἀποπέσωσι* et *ἀποπταίσωσι.* SYLB.

P. 356, l. 9. *μήτε νέος*] Haec forte respicit Horatius, Epicuri scilicet discipulus, epist. 1, 23:

Sic mihi tarda fluunt, ingrataque tempora, quae spem
Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque:
Aeque neglectum pueris senibusque nocebit. POTT.

356, 12. *ὑγιαίνειν*] *ὑγιαῖνον* ap. Diog. L. POTT.

356, 14. *μήπω παρεῖναι*] *μὴ παρεῖναι* Diog. Clementis lectio Menagio magis placet, itemque Gassendo, eo quod *μήπω*, ut ait, opponatur voci *μηκέτι.* POTT.

356, 15. *μήκετ' εἶναι τὴν ὥραν*] *μηκέτι εἶναι* Laert., sed *τὴν ὥραν* non agnoscit: quod tamen Gassendo non incongrue repeti videtur, quatenus repetita quoque in superiore contraque posito membro fuit. POTT.

*καὶ νεωτέρῳ, καὶ γέροντι*] *καὶ γέροντι καὶ νέῳ,* Laert. Menagio placet lectio Laertiana, ut etiam Gassendo; cum neque pro *γέροντι* legitur *γεραιτέρῳ*, neque initio epistolae cui hoc membrum respondet, legitur *νεώτερος*, sed *νέος.* POTT.

356, 22. *ἐὰν*] Luc. *ἄν.* POTT.

356, 24. *τὸν δὲ ἀρνησάμενον . . ἀπαρνήσομαι αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων*] *ὁ δὲ ἀρνησάμενος . . ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ* Luc. POTT.

356, 26. *ἢ τοὺς*] Marc. *καὶ τούς.* Mox ibidem *μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.* POTT.

P. 357, l. 3. *πᾶς οὖν ὅστις ἐὰν ὁμολογήσῃ*] *πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει* Matth. POTT.

357, 5. *ὅταν δὲ φέρωσιν ὑμᾶς εἰς τὰς*] *ὅταν δὲ προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τ.* Luc., ubi mox, *μεριμνᾶτε, πῶς ἢ τί ἀπολογήσεσθε·* sed *προμεριμνᾶτε* habet Marc. 13, 11. Paulo post, *ἃ δεῖ εἰπεῖν*, Luc. POTT.

357, 10. *Ἡρακλέων*] Ejus meminit etiam Tertullianus lib. Adversus Valentinianos cap. 4. Origenes Comment. in Joan. p. 60. dicit

Heracleonem Οὐαλεντίνου λεγόμενον εἶναι γνώριμον. Conf. Grabius Spicilegii sec. 2. p. 80. POTT.

357, 19. Ματθαῖος ... Λευὶς] Aliis iidem sunt Matthaeus et Levis publicanus. Unde Constitut. apost. 8, 22. ἐγὼ Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευὶς, ὁ ποτὲ τελώνης, διατάσσομαι. Conf. quae ibi annotat Cotelerius, qui ab Heracleone non vult intelligi Levi publicanum Marc. 2, 14. Luc. 5, 27. memoratum, sed Levi Lebbaeum. POTT.

357, 24. ὁ λόγος αἱρῃ] Grabius Spicileg. sec. 2. p. 84. ait. "Αἰτῇ legendum frustra monet Sylburgius. Ego, αἱρῇ reponerem. Usitata enim est phrasis, ὁ λόγος αἱρεῖ, *ratio exigit.*" POTT.

P. 358, l. 19. ὑφ' ἕνα] Subaudiendum χρόνον, aut simile quid. SYLB.

358, 25. εἴρηκεν] Nempe Heracleon in verbis jam allatis. POTT.

P. 359, l. 13. ἐξητήσατο] Luc. 22, 31, 32. εἶπε δὲ ὁ κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ, ὁ σατανᾶς ἐξητήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς σῖτον· ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. POTT.

P. 360, l. 12. προσαγγέλλει] Malet fortasse aliquis προαγγέλλει, *praenunciat.* Sed προσαγγέλλει accipi potest pro *defert:* quod mox dicit προσάγει ἑαυτὸν δικαστηρίῳ. SYLB.

360, 15. ἄνθρωπον θεοῦ] Phrasis e Paulo sumta, qui 1 Tim. 6, 11. ait, σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ· et 2 Tim. 3, 17. ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος. Utroque loco episcopum, qui nimirum, Deo jubente, in his, quae Dei sunt, populo praeest, *hominem Dei* vocat. In Veteri Testamento *homines Dei*, aut *viri Dei* appellantur prophetae, velut Deo familiares; ut Moses, Samuel, David, Elias, atque alii. Clemens latiori sensu hac phrasi usus est pro quovis homine, qui Deo se addixit, seu quovis fideli Christiano. POTT.

360, 17. ὁ ἑαυτὸν προσάγων] Eusebius H. Eccl. 4, 15. καὶ δὴ πλείστης ἐπὶ ταῖς βοαῖς γενομένης ταραχῆς, Φρύγα τινὰ τὸ γένος Κόϊντον τοὔνομα, νεωστὶ ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπιστάντα, ἰδόντα τοὺς θῆρας καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἀπειλὰς, καταπτῆξαι τὴν ψυχὴν μαλακισθέντα, καὶ τέλος τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι. ἐδήλου δὲ τοῦτον ὁ τῆς προειρημένης γραφῆς λόγος προπετέστερον, ἀλλ' οὐ κατ' εὐλάβειαν ἐπιπηδῆσαι τῷ δικαστηρίῳ σὺν ἑτέροις· ἅλόντα δ' οὖν ὅμως, καταφανὲς ὑπόδειγμα τοῖς πᾶσι παρασχεῖν, ὅτι μὴ δέοι τοῖς τοιούτοις ῥιψοκινδύνως καὶ ἀνευλαβῶς κατατολμᾶν. Conf. Smyrnensis ecclesiae epistola de martyrio Polycarpi cap. 4. e quo loco Eusebius haec didicit. POTT.

360, 18. περιστελλόμενος] Eodem sensu hanc vocem adhibet infra 7. p. 871. οἱ δὲ περιστελλόμενοι κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν, ἔπειτα τῷ ὄντι καλέσαντος τοῦ θεοῦ προθύμως ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, etc. POTT.

360, 25. τῷ αἴροντι] Lucam secutus videtur cap. 6. nam ex Matthaeo legendum foret, ordine inverso, αἴροντι τὸν χιτῶνα καὶ τὸ ἱμάτιον προσδιδόναι. SYLB.

P. 361, l. 2. εἰ κήδεται] Conf. cum hoc loco libellum Senecae De Providentia, seu, *Cur bonis accidant mala, cum sit Providentia.* SYLB.

361, 7. ἀνασκινδυλευθησόμεθα] Haec voce usus est 2. p. 494, 714. Est autem e Platone sumta Rep. 2. p. 362 A. cujus verba superius a nobis allata sunt ad p. 587. POTT.

361, 22. ἡμῖν ὁ δικαστὴς ἀφορᾷ] Legi potest ἐφορᾷ, inquit Sylburg. Verum ἐφορᾷ accusativum regit. Malim igitur ἐφορμᾷ, ut sensus sit, *in nos judex impetum facit.* POTT.

361, 23. οὐδὲ θέλει μαθεῖν] Hoc argumentum copiose persequitur Tertullianus in principio *Apologetici.* POTT.

P. 362, l. 5. χάριν εἰσόμεθα] Legi potest χάριν ἂν εἰσοίμεθα, vel in praecedenti membro φρονοῦμεν, indic. modo. SYLB. Non cogitandum de optativo futuri ἂν εἰσοίμεθα.

362, 6. εἰ δὲ μὴ, . . ἡμεῖς] εἰ ᾔδεσαν. Sublata distinctionis nota post μὴ et ἡμεῖς, haec sic explicari poterunt: "Quod si nos non essemus a vulgo hominum pro improbis habiti, sed ipsi quoque veritatem agnoscerent, universi quidem in viam Christianae religionis insiliissent, et jam nulla foret electio. Atqui nostra fides est ad hoc comparata, cum sit lux mundi, ut infidelitatem argueret." POTT.

362, 9. τῇ ὁδῷ] Christianorum institutum Lucas in Actis apostolorum aliquoties τὴν ὁδὸν vocavit. Sic Act. 9, 2. ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἱερουσαλήμ. 19, 9. κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους. Ibid. 23. ἐγένετο . . . τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. 24, 22. ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ. Alibi id vocat τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου Act. 18, 25. τὴν τοῦ θεοῦ ὁδὸν ibid. 26. ταύτην τὴν ὁδὸν, Act. 22, 4. POTT.

362, 11. ἐμὲ μὲν γὰρ] Haec ex Platone in Apologia Socratis laudantur, et a Theodoreto Aff. Gr. l. 8. [p. 327. Gaisf.] Ea sic habent p. 30. ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει οὔτε Μέλητος [Μέλητος] οὔτε Ἄνυτος· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιντο· οὐ γὰρ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι· ἀποκτείνειε μέντ' ἂν ἴσως, ἢ ἐξελάσειεν. Tertullianus De anima lib. 1. "Nihil mirandum, si et in carcere lemniscatas Anyti et Meliti palmas gestiens infringere, ipsa morte coram, immortalitatem vindicat animae, necessaria praesumptione ad injuriae frustrationem." COL. Justinus M. Apol. 1. p. 4. ὑμεῖς δ' ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ. GRAB.

362, 15. οὐ φοβηθήσομαι] καὶ οὐ φ. Psalm. POTT.

362, 21. φημὶ γὰρ—] Basilidae verba tractavit Grabius Spicilegii sec. 2. p. 41. et seq. POTT.

362, 22. ἤτοι] Hic non est disjunctivum, sed διασαφητικὸν, *sive*. GRAB.

362, 24. ἄλλα] ἀλλὰ Grabius.

362, 25. κατάδικοι] Hac voce significantur *damnati in judicio*, oppositi iis qui tantum sunt λοιδορούμενοι, *probris affecti*. GRAB.

362, 27. Χριστιανοὶ πεφυκότες] Haec erat Basilidis hypothesis, de qua Irenaeus quidem nihil dixit, sed Clemens aliis pluribus locis testatur. Ita sub finem hujus libri p. 639. Basilides ἐκλογὴν, id est Christianos electos, dicit ὑπερκόσμιον φύσει οὖσαν, *natura esse supramundana*. Et 5. p. 644. φύσει τις τὸν θεὸν ἐπίσταται, ὡς Βασιλείδης οἴεται. Ac mox, φύσιν καὶ ὑπόστασιν . . . οὐχὶ δὲ ψυχῆς αὐτεξουσίου λογικὴν συγκατάθεσιν λέγει τὴν πίστιν. De sectatoribus quoque Basilidis idem refert 2. p. 434. et 3. p. 510. Sed adhuc aliud ad fragmenti recitati emendationem addo: nimirum pro ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ, τῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον· lege, ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἁμαρτηκὸς οὐδὲν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαι ἔχον· *qui actu quidem nihil quidquam peccavit, in se vero peccatum* (i. e. peccandi facultatem) *habet*: nam et paulo post in apodosi, quae huic protasi respondet, eodem modo ait: ἔχων μὲν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἁμαρτητικὸν, etc. GRAB.—Caeterum recitata hactenus verba certe referenda sunt inter illos quos Origenes tract. 28. in Matthaeum leviter perstringit: "Basilidis sermones detrahentes iis, qui usque ad mortem certant pro veritate, ut confiteantur coram hominibus Jesum." Docet enim iis, omne martyrium esse poenam peccatorum ante commissorum, si non actu, saltem voluntate. Quod merito

tanquam absurdum refutat Clemens p. 601. inter alia scribens, *εἰ δὲ τὸ μαρτύριον ἀνταπόδοσις διὰ κολάσεως, καὶ ἡ πίστις, καὶ ἡ διδασκαλία, δι' ἃς τὸ μαρτύριον, συνεργοὶ ἄρα αὗται κολάσεως, ἧς τίς ἂν ἄλλη μείζων ἀπέμφασις γένοιτο*; Vide plura ibidem. Per peccata autem ante commissa et martyrio punienda intellexit Basilides delicta, non in eodem solum, sed et alio corpore perpetrata: siquidem *μετεμψύχωσιν* defendit, ut ibidem animadvertit Clemens his verbis, *ἀλλὰ τῷ Βασιλείδῃ ἡ ὑπόθεσις προαμαρτήσασάν φησι τὴν ψυχὴν ἐν ἑτέρῳ βίῳ, τὴν κόλασιν ὑπομένειν ἐνταῦθα*. Jam ad prius citata verba revertor, e quibus Clemens colligit, quod Basilides Christum Dominum ausus fuerit dicere hominem peccato obnoxium, uti p. 601. notavit. Jam ea quidem hoc haud clare eloquuntur, imo ne quidem disertam Servatoris mentionem faciunt; verum ex integro forte contextu Clementi patuit, per *ἄνθρωπον, ὄντιν' ἂν ὀνομάσῃς*, ipsum Christum Dominum a Basilide esse indigitatum. GRAB.

P. 363, l. 6. *ἐνεργῶς μὲν οὐχ ἡμαρτηκὸς οὐδὲν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ ἁμαρτῆσαν ἔχον*] Scilicet animam. Nam ex Basilidae sententia, animae quae prius in alia vita peccassent, hic poenas sustinent. Unde Clemens paulo post ait, *ἀλλὰ τῷ Βασιλείδῃ ἡ ὑπόθεσις προαμαρτήσασάν φησι τὴν ψυχὴν ἐν ἑτέρῳ βίῳ, τὴν κόλασιν ὑπομένειν ἐνταῦθα*. Similiter superius de Julio Cassiano Valentiniano dixit Strom. 3. p. 654. *ἡγεῖται δὲ ὁ γενναῖος οὗτος Πλατωνικώτερον, θείαν οὖσαν τὴν ψυχὴν ἄνωθεν, ἐπιθυμίᾳ θηλυνθεῖσαν δεῦρο ἥκειν εἰς γένεσιν καὶ φθοράν*. POTT.

363, 18. *ἐρῶ*] Hoc ferri potest, ut paulo ante. Si quis tamen *ἐρωτήσω* malit, per me licet. SYLB.

P. 364, l. 7. *εἰ δὲ καὶ—προσμαρτυρήσει*] Ad hanc sententiam complendam aliquid desiderari videtur. POTT.

364, 17. *περιέποντος*] *περιεπούσης*, ut *κωλυσάσης*, ad *προνοίας* melius referri posset. POTT.

P. 365, l. 4. *ἔτι*] *ἔτι* ea vi ac potestate usurpatum, qua mox, *εἰς τί δὲ ἔτι χρησίμη ἡ πολιτεία ἡ ὀρθ*. SYLB.

365, 20. *μὴ κωλύσαντος*] Conf. quae superius dixit 1. p. 438, 439. POTT.

365, 31. *τὸ* abest a Thess. 4.] ubi paulo post *θεόν* pro *κύριον*. POTT.

P. 367, l. 15. *οὐδεὶς ὄψεται*] Exod. 33, 20. *οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται*. POTT.

367, 23. *ἐπλήρωσαν*] Interpres sing. numero *ἐπλήρωσεν*, "implevit:" inquit Sylburg. Grabius Spicilegii sec. 2. p. 54. haec annotat. "Ego *ἐπλήρωσαν* in *ἐπλήρωσεν* muto et verba ista, *οὐ γὰρ αὐθεντικῶς* ita interpretor "Non enim exacte ad vivum forma aliqua reperitur (in imagine expressa), sed nomen (ejus scil. cujus imago est) supplet id, quod efformationi deest." Moris enim olim fuisse pictoribus ut nomina imaginibus ascriberent, quo facilius dignoscerentur, ex Aristotelis Topicorum 6, 2. colligitur. Ad eundem itaque modum Valentinus docebat supremum invisibilem Deum fidem conciliare suae imagini, id est, ad imaginem ejus a matre Sophia formato mundi creatori, dum nomen Dei ipsi communicavit, uti Clemens paulo post Valentini sententiam explicat (de qua cf. Irenaeum 1, 1, 9.); quanquam ex Orientali Valentinianorum Didascalia apud Clementem p. 801. verba Valentini in meliorem explicari possint sensum. Quod vero reliquae in mundo creaturae sint imagines caeterorum a summo Deo descendentium

Aeonum, post Valentinum loco citato, sectatores ejus docuisse, ex Irenaeo constat." POTT.

P. 368, l. 3. τὸ διαφέρον] Interpres appositive accipit hoc sensu, 'Venit anima, quae ex dimidio est, nempe id quod est differens." SYLB.

368, 7. ἐν τῇ Γενέσει] Perperam interpres *in generatione*. Vertendum fuit *in libro Geneseos*. Sensus est, ea in illo Geneseos loco, quo de hominis creatione sermo factus est, per sensibilem imaginem olim praedicta fuisse. POTT.

368, 15. ἐπὶ τὸ] Etiam dativo casu legi potest ἐπὶ τῷ. SYLB.

368, 16. διαφέρον γένος] Nempe genus hominum spirituale, quod haeretici affirmabant, e coelo ad abolendam mortem descendisse : ut paulo superius dixit auctor. POTT.

P. 369, l. 16. συμμετόχους τῆς χάριτος] Respicit Philip. 1, 7. ubi Apostolus ait : συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. POTT.

369, 17. συμψύχους καὶ ψυχικοὺς] Vox posterior a priori ab auctore infertur : nam σύμψυχοι esse nequeunt qui non habent τὴν ψυχὴν, ac proinde ψυχικοί sunt. Vox ipsa ψυχικοί in hac epistola non occurrit. POTT.

369, 21. τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ] τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ Philip. POTT.

P. 370, l. 18. ἐφ' ὅσον] Hoc est, *quantisper versari nos in hac vita contingit*, non vero, ut paulo ante dictum, εἰς πάντα αἰῶνα. POTT.

370, 24. ὑμᾶς] Addit Matthaeus, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, quae fortasse propter ὑμᾶς repetitum, per librariorum negligentiam exciderunt. Mox, ἐπηρεαζόντων ὑμῖν, Matth. 5. dein, ὅπως γένησθε· et mox, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, absque articulo. POTT.

P. 371, l. 8. τοῖς τοῦ Χριστοῦ] Rectius ἐν τοῖς τοῦ Χριστοῦ cum praeposit. ut in seq. membro. SYLB.

371, 10. ὁ κριτὴς δὲ] καὶ ὁ κριτὴς Matth. POTT.

371, 15. τοιαῦται] Ante hanc vocem A. inserendum putat, οὔτε δυνάμεις· itemque seq. v. ante ὡς τοῦ μὲν στρατ. interserendum, οὔτε τὰ μέλλοντα· ut singulis membris sua respondeat ratio. Primae tamen insertioni obstat relativum αὐτὸν, quod a suo antecedente discludi non potest. Nec altera usque adeo necessaria est ; cum militi spem, et mercatori lucrum, in hac vita, tanquam praesentia, proposita esse ipse Clemens indicet. Gnostico sane jam praesens esse id, quod futurum est, idem infra declarat. SYLB.

P. 372, l. 1. ὀλίγοις παραδιδομένη] Arcanam γνῶσιν paucis tantum traditam fuisse, superius memoratum est Stromat. 1. p. 322, 323. POTT.

372, 4. κἂν φάσκωσι — παραθήσονται] Ex his verbis, prout jam se habent, sanus aliquis sensus elici haud posse videtur. Interea, dum aliquid certius ac melius reperiatur, sic scribi non incommode posse videntur, κἂν φάσκωσι, πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἀγοράζειν δεῖ ; κατὰ πεῦσιν· ἐπάγοντες τὸ, Μηδὲν ἀνακρίνοντες, ἐπίσης τῷ Μὴ ἀνακρίνοντες, γ. ἐξ. π. POTT.

372, 15. πνικτῶν] πνικτοῦ in Vulg. Bibl. ubique legi annotat A. SYLB.

372, 17. ἕτερον] Aliud nempe a praecedentibus. Putavit enim auctor abstinentiam ab immolatis et reliquis, quorum esum prohibuerunt in Actis apostoli, esse rem in se necessariam ; abstinentiam vero ab iis, quae jam sequuntur, solummodo ad vitandum scandalum esse praeceptam. POTT.

372, 22. *ἐγκοπὴν*] *ἐγκοπήν τινα* Cor. POTT.

372, 23. *δέον εὐλύτους*] Sic superius 3. p. 535. cum memorasset Petrum et Philippum matrimonio junctos fuisse et liberos procreasse, addit, *καὶ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεύειν σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζε διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές.* POTT.

372, 25. *μὴ οἰκοδομούμενοι εἰς τὸ ἀηδῶς τὰ παρατιθέμενα*] Videtur legendum *οἰκοδομούμενοι εἰς τὸ μὴ ἀηδῶς τὰ π.* Vox *οἰκοδομούμενοι* sumta est e 1 Cor. 8, 10. LOWTH.

372, 27. *οἰκονομίαν πεπεισμένους*] Non solet dici *οἰκονομίαν πείθεσθαι*, sed *πιστεύεσθαι*. Quamobrem scribendum, *οἰκονομίαν πεπιστευμένους*. Qua phrasi usus est Apostolus in hoc ipso capite, quod jam explicat auctor, nempe 1 Cor. 9, 17. *εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.* POTT.

P. 373, l. 8. *μεγαλόφρονος*] *μεγαλόφρονας* opponit iis quos Apostolus *ἀσθενεῖς* vocat. POTT.

373, 9. *εἰ ἐγὼ*] *εἰ δὲ ἐγὼ* Cor. POTT.

373, 11. *πάντα*] Abbreviat 1 Cor. 10, 31. *εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε.* POTT.

*ὑπὸ τὸν κανόνα*] A. mavult *κατὰ τὸν κανόνα*. Vulgatae lectionis sensus est, *quaecunque regulae fidei subjicere permissum est.* SYLB.

373, 15. *γοῦν*] *γὰρ* Rom. POTT.

373, 17. *ὁμολογήσῃς*—] *ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστ.* Rom.

373, 24. *ἁγιότητι*] *ἁπλότητι* Cor.

P. 374, l. 1. *τὴν δὲ κοινὴν διδασκαλίαν*] *τὴν κοινὴν διδασκαλίαν* opponit *τῇ ὀλίγοις παραδιδομένῃ*, arcanae scientiae. POTT.

374, 3. *ἐν τῇ δευτέρᾳ*] A. legendum censet *ἐν τῇ αὐτῇ*, quoniam superior quoque sententia ex eadem epistola desumta est. *Ἡμέρας*, et *τοῖς πολλοῖς*. quae sequuntur, absunt a vulgatis Pauli editt. ut idem A. annotat. SYLB. Sunt autem interpretamenti loco a Clemente inserta POTT.

374, 8. *ἐπὶ κοιλίαν*] Rectius *ἐπὶ κοιλίας, super ventre.* SYLB.

374, 11. *κεφαλάς*] Plinius H. N. 10, 62. "Viperae mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine." Horus Hieroglyph. l. 2. de vipera refert, quod *ὅταν συγγένηται τῷ ἄρρενι, στόμα στόματι ἐμβάλλει, καὶ μετὰ τὸ ἀποζευχθῆναι, ἀποδακοῦσα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄρρενος, ἀναιρεῖ.* Unde mulierem per coitum viro insidias struentem designare cupientes, viperam pingebant hieroglyphicarum litterarum periti. Conf. Tzetzae scholia in Lycophron. 1114. itemque noster in ejusdem poematis v. 1112. Commentarius. POTT.

374, 13. *Ἰωάννης*] Constructionis lex postulat, *φησὶν Ἰωάννης*, seu *Ἰωάννης λέγει*. In eo autem loco, 1 Joann. 3. Vulg. Bibl. habent *τεκνία μου·* et mox, *ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ· καὶ ἐν τούτῳ γινώσκομεν.* A. SYLB.

374, 20. *ἐν ἀγάπῃ*] *ἐν πνεύματι* addit Tim. POTT.

374, 25. *καὶ*] *δὲ* Philip.

P. 375, l. 1. *ἐνδυναμοῦντί με*] *Χριστῷ* addit Philip. quanquam a vetere quoque interprete Christi nomen abest. SYLB.

*πρὸς ἐντροπήν*] Phrasis e Paulo sumta 1 Cor. 6, 5. 15, 34. POTT.

375, 8. *γινώσκοντες*—*καὶ μένουσαν*] *γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μὲν* Hebr. Sed ex interpretatione alicujus

in contextum irrepsisse ista exegemata annotat novissimus doctissimusque interpres. SYLB. Mox, *τὴν παρρησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην* Hebr. POTT.

375, 13. *μου*] om. Hebr. SYLB.

375, 18. *ἡ γὰρ—κατώρθωσαν*] Clementis verba sunt haec ad ea, quae sequuntur, transitum facientis. POTT.

375, 19. *πεῖραν λαβόντες*] Hebr. 11. *πεῖραν ἔλαβον*. POTT.

375, 20. *ἐλιθάσθησαν, ἐπειράσθησαν*] Vulg. Bibl. Hebr. 11, 37. *ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν*. Ubi conf. quae annotavit Millius. POTT.

375, 25. *πάντες*] Vulg. Bibl. *οὗτοι πάντες·* et mox, *τὴν ἐπαγγελίαν*, absque genit. *τοῦ θεοῦ·* dein *τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου*. POTT.

P. 376, l. 1. *ἀγαθὸς γὰρ ἦν*] Commation hoc a Clemente insertum videtur propter haereticos qui Deum negabant bonum esse. POTT.

376, 3. *ἅγιον καὶ δικαίους*] Commation illud Clementis est, non Apostoli Hebr. 12, 1. SYLB.

376, 8. *τῶν δικαίων καὶ ἡμῶν*] Nempe justorum qui ante Christum vixerunt, et Christianorum, quibus eadem est per Christum ad salutem via: nam *αὐτὸς ἂν θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ ἐκκλησία.* "Ille (Christus) est janua Patris; per quam ingrediuntur Abraham et Isaac et Jacob, et prophetae, et apostoli, et Ecclesia," ut ait Ignatius Epist. ad Philadelphenos cap. 9. POTT.

376, 10. *Αἰγύπτου*] *ἐν Αἰγύπτῳ* Hebr. POTT.

P. 377, l. 3. *ἀπόστολος*] Superius dictum est viros apostolicos nonnunquam apostolos ab antiquis Patribus appellatos fuisse. Conf. Strom. 3. p. 535. not. POTT.

377, 4. *τίς*] Haec occurrunt statim a principio prioris ad Corinthios Epistolae. POTT.

377, 5. *πίστιν ὑμῶν*] *ὑμῶν πίστιν* Clem. Rom. POTT.

377, 10. *νομίμοις*] Clemens Rom. *νόμοις* hodie exhibet: sed *νομίμοις* eum cum Alexandrino nostro scripsisse, inde probat Colomesius, quod alias fere ea voce usus sit, ut cap. 40: *Τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες*. POTT.

377, 11. *ἀτενίσωμεν*] In his, quae sequuntur, Clemens noster Romani Clementis capp. 9, 10, 11, 12, 17, 18, 21, 22, 36, 38, 40, 41, 48, 49, 50. et seq. pro more suo abbreviavit, interpolavit, mutata denique ad suum institutum accommodavit, quod suis locis ostendetur. Sunt porro, ut id obiter moneam, in editione jam dicta editae ignoti cujusdam hominis, quem proinde editor litera B designat, notulae: in quibus a capite ad calcem nil aliud agit, quicunque fuerit, auctor, quam ut persuadeat venerandam hanc Clementis Romani epistolam interpolatam, ubique fere corruptam, et jam penitus mutatam esse ab illa quae Eusebii tempore exstabat. POTT. [Auctor illarum annotationum Bernardus est, cujus commenta oblivioni tradere satius erat quam longa refutari annotatione, quod operae pretium duxit Potterus: quam nos omisimus. Libertatis autem, qua Clemens Alexandrinus hic versatus est in excerpendis Clementis Romani verbis, non pauca in ejus opere reperiuntur exempla etiam in excerptis ex aliis scriptoribus.] Exemplo esse poterunt quae ex Irenaeo sumsit Strom. 1. p. 410. quaeque ex

Philone, ejusdem libri p. 411, 412, 413, 414, 415, 416. Porro eorum nonnulla, quae Alexandrinus noster hoc loco praeteriit, alibi palam recitavit. Qualia sunt illa, quae superius e Clemente Romano sumta sunt, Strom. 1. p. 339. ἤτω τις πιστός· ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Haec occurrunt in Clementis Romani cap. 40, sed ab Alexandrino nostro hic omissa sunt, quamvis ea, quae haec praecedant, quaeque eadem sequantur, recitaverit. Satis igitur hinc apparet eum nonnulla, quae suo scilicet instituto minus convenire videbantur, de industria praeteriisse." POTT.

377, 12. αὐτοῦ τῇ μεγαλυπρεπεῖ δόξῃ] τῇ μεγ. δ. αὐτοῦ Clem. Rom. POTT.

377, 14. καὶ φιλοξενίαν] Haec in Romano non exstant; ut nec illud, quod sequitur, πατὴρ δὲ τοῦ Ἰσαὰκ προσηγορεύθη. POTT.

377, 15. φίλος θεοῦ] Vox θεοῦ a Clemente Rom. hodierno abest, cui tamen ex hoc loco restituenda videtur. Respicit enim Jacob. 2, 23. καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη. POTT.

377, 16. διὰ φιλοξενίαν] Haec e Romani Clementis cap. 11. petita sunt. POTT.

377, 17. διὰ πίστιν] Haec ex ejusdem cap. 12. sumta sunt. POTT.

377, 18. δι' ὑπομονήν] Jam transit ad Clementis Romani cap. 17. POTT.

377. 20. τὴν βασιλείαν] τὴν ἔλευσιν, Clemens R. POTT.

377, 21. Ἰωάννην] Baptistam intelligit, ad quem spectat quod de τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν jam dictum est. Neutrum agnoscit Clemens R. POTT.

377, 26. γέγραπται] Quae sequuntur ex Veteri Testamento, non ex versione Septuaginta, qualis hodie exstat, sed ex Clemente Rom. citata sunt. POTT.

P. 378, l. 1. οὗτος ὁ νικήσας .. ἀντέχεται] Haec Alexandrini verba sunt ad martyrium, de quo superius egerat, Clementis Romani dictum accommodantis. POTT.

378, 3. ὃς] Pro ὃς non minus apte legeris ὡς, *quam*. SYLB.

378, 5. θεράπων] Hoc etiam a Clemente Rom. abest. Additum videtur ex Hebr. 3, 5. καὶ Μωυσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ὡς θεράπων. POTT.

378, 8. φωνὴν ... διακονῆσαι] Haec ab Alexandrino nostro inserta non agnoscit Romanus; ut nec quae mox ex Jac. 4, 6. sequuntur. POTT.

378, 9. ἐγὼ] De his verbis, quae non exstant in S. Scripturis, conf. quae annotata sunt sub finem cap. 17. Clementis Rom. POTT.

378, 12. ναὶ μὴν] Quae sequuntur petita sunt ex Clementis R. c. 18. POTT.

378, 14. ἁγίῳ] Clemens R. αἰωνίῳ. Sed ἁγίῳ apud LXX exstat. POTT.

378, 20. ἔπειτα—μετριοπαθῶν ἐπιφέρει] Hoc ab Alexandrino nostro insertum est. POTT.

378, 23. λέγει] Transit Alexandrinus ad Romani cap. 21. Porro quae sequuntur ex Proverb. 20, 27. indiligentius et e memoria a Clemente R. prolata putat Cotelerius. Sic autem in vulg. Bibl. se habent, φῶς κυρίου πνοὴ ἀνθρώπων, ὃς ἐρευνᾷ ταμεῖα κοιλίας. Ubi annotat Flaminius Nobilius πνεῦμα pro πνοὴ a scholiasta quodam annotatum

esse, et pro φῶς Aquilam, Symmachum ac Theodotionem λύχνος, alios λαμπτῆρ exhibere. POTT.

378, 24. καὶ ὅσῳ—τὸ φωτεινὸν] Haec etiam ab Alexandrino interpolata sunt. POTT.

P. 379, l. 2. τὸν τῷ παντοκρατορικῷ . . καρδίας ἡμῶν] Sunt etiam haec ab Alexandrino addita. POTT.

379, 3. ἡγιάσθη] Clemens R. ἐδόθη. Junius mavult ἐξεχύθη. Sed nil mutandum. Quod Lowthio etiam visum est. Nam ἁγιάζειν est *sacrificare*. Joan. 17, 19. ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Eodem sensu apud LXX non semel occurrit. Hinc Suidas, Ἁγιάσαι· καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως. Porro apud Clementem Romanum haec sic distinguuntur, τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη, ἐντραπῶμεν· τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ. Nec probabile videtur eum jussisse νέους τιμᾶν, ut est apud Alexandrinum, cum potius seniores honorandi sint, juniores vero, ut sequitur, erudiendi. Putarim Romani verba ab Alexandrino, ea ad suum institutum accommodante, mutata fuisse, sequentia vero sic distinguenda esse, ἐντραπῶμεν οὖν τοὺς πρ. ἡμῶν καὶ αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τ. π. POTT. Vulgo commata post πρεσβυτέρους et νέους posita.

379, 6. μακάριος—τῆς ἀληθείας] Hoc ab Alexandrino additum est. Respicit autem Matth. ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. POTT.

379, 10. ἦθος τῆς ἀγνείας] Clem. Rom. τῆς ἁγνείας ἦθος. POTT.

379, 12. σιγῆς] Clem. Rom. φωνῆς. Sed Alexandrini lectionem meliorem esse pridem observavit Junius. Nam, ut ait Sophocles in Ajace, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. POTT.

379, 13. κατὰ προσκλίσεις] Sic 1 Tim. 5, 2. μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Suidae πρόσκλισις est ἑτερομέρεια. POTT.

379, 15. τέκνα ἡμῶν] Sic superius ἐντραπῶμεν. . . . αἰδεσθῶμεν. . . . τιμήσωμεν. . . . τὰς γυναῖκας ἡμῶν διορθωσώμεθα, in prima persona. Perperam igitur Clemens Rom. hodiernus, τέκνα ὑμῶν. POTT.

μεταλαβέτωσαν] Clemens Rom. μεταλαμβανέτωσαν. Mox, παρὰ τῷ θεῷ δ. πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας, καὶ σώζ. ibid. POTT.

379, 19. καρδίᾳ] Clem. Rom. διανοίᾳ. Dein ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐν. ibid. POTT.

379, 20. ἐνθυμημάτων] Clemens Rom. ἐνθυμήσεων· qua voce usus est Apostolus Hebr. 4, 12. κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. POTT.

379, 22. ταῦτα] Hoc loco incipit Clem. Rom. c. 22. POTT.

379, 23. δεῦτε, τέκνα, ὁ κύριος λέγει] Abbreviat illa Clem. Rom. καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· δεῦτε, τέκνα. POTT.

379, 25. εἶτα ἑβδομάδος καὶ ὀγδοάδος μυστήριον γνωστ. ἐπιφέρει] Haec ab Alexandrino inserta sunt. Porro dies septimus apud Judaeos quieti, octavus reversioni ad labores destinatus fuit. Proinde per priorem auctor significari vult quiescendum esse a malo : per posterius faciendum bonum, ut sequitur in Ps. 34. Et hoc est quod vocat hebdomadis et ogdoadis mysterium. Hinc explicandum quod dictum est Strom. 6. p. 794. οἱ μὴ καταμείναντες ἐν ἑβδομάδι ἀναπαύσεως, ἀγαθοεργίᾳ δὲ θείας ἐξομοιώσεως εἰς ὀγδοαδικῆς εὐεργεσίας κληρονομίαν ὑπερκύψαντες. Rursus p. 810. ἡ ἑβδόμη τοίνυν ἡμέρα ἀνάπαυσις κηρύσσεται, ἀποχὴ κακῶν, etc. Conf. 4. p. 636. 5. p. 713. POTT.

379, 27. *χεῖλη σου*] *σου* abest a Clemente Rom., sed id agnoscunt Bibl. Vulg. POTT.

379, 29. *γνῶσιν—διδάσκων*] Haec Alexandrini verba sunt. POTT.

P. 380, l. 3. *εἰς*] Clem. Rom. *πρός*· sed *εἰς* Vulg. Bibl. habent. POTT.

380, 6. *ἐκέκραξε δὲ ὁ κύριος καὶ εἰσήκουσε*] Scribendum, *Ἐκέκραξε δὲ ὁ δίκαιος καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσε*. Nam Clemens Rom. ait, *ἐκέκραξεν ὁ δίκαιος, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ*· et Vulg. Bibl. *ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων ἐρρύσατο αὐτούς*. POTT.

380, 7. *πολλαὶ μὲν*] Clemens Rom. *πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ· τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ κ.* Vulg. Bibl. *πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ· τὸν δὲ ἐλπίζοντα ἐπὶ κ.* POTT.

380, 9. *πλήθους ἐλέου*] Congruentius *πλῆθος ἐλέου*. Sequens commation, *ὃ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ γέγραπται*, nostri potius quam apostolici Clementis esse videtur: alioqui ex ejus ad Corinthios epistola haec excerpta esse non possent. SYLB. Quae sequuntur e Clementis R. cap. 36. petita sunt. POTT.

380, 11. *Ἰησοῦ Χριστοῦ*] Clemens Rom. *τούτου*, quia praecessit Jesu Christi nomen. POTT.

380, 12. *ἀναβάλλει εἰς τὸ φῶς*] Clemens R. *ἀναβάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς*. Est autem *ἀναβάλλειν εἰς φῶς*, *pullulare in lucem*, metaphora sumta a plantis, quae e terra *ἄνω βλαστάνουσιν*· id enim significat *ἀναθάλλειν*, et Homericum *ἀναθηλεῖν* Il. 1, 236.

*οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε*
*φύλλα τε καὶ φλοιόν.*—

Ubi scholiastes vetus ait, *οὐδ' ἀναθηλήσει· οὐδ' ἀναβλαστήσει*. Hesych. *ἀναθηλάσαν· ἀναβλαστῆσαν· ἀναθηλήσει· ἄνω βλαστήσει*. POTT.

380, 15. *προδήλων*] Jam transit Alexandrinus ad Romani cap. 40. Mox, *ἡμῖν ὄντων* inverso ordine Clemens R. POTT.

*ἐκκεκυφότες*] Verior lectio est *ἐγκεκυφότες*, quam praebet Clemens R. Idem rursus cap. 59: *Ἐγκεκύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ θεοῦ*, Penitus in divina eloquia introspexistis. POTT.

380, 17. *κατὰ καιροὺς τεταγμένους*] Haec verba apud Clementem R. referuntur ad ea quae apud illum quidem sequuntur, a nostro autem Clemente omissa sunt, *κατὰ καιροὺς τεταγμένους, τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι*, etc. POTT.

380, 18. *ὁ σοφὸς*] Regreditur Alexandrinus ad Romani cap. 38. POTT.

380, 19. *μὴ λόγοις μόνον, ἀλλ' ἐν ἔργοις*] Clemens Rom. *μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις*. POTT.

380, 20. *ὁ ταπεινόφρων μαρτυρείτω, μὴ ἑαυτῷ, ἀλλ' ἐν τῷ ὑφ' ἑτέρου αὐτὸν μαρτυρεῖσθαι*] Scribendum, *ὁ ταπεινόφρων* (vel *ταπεινοφρονῶν*) *μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἑάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μαρτυρεῖσθαι*. Quam lectionem praebet Clemens Romanus. Illud *ἑάτω* facile transit in *ἐν τῷ*, mutato *α* in *ν*. POTT.

380, 21. *ὁ ἁγνὸς τῇ σαρκὶ μὴ ἀλαζονευέσθω*] Clemens R. *ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ καὶ μὴ ἀλ*. Post finem hujusce sententiae haec apud Clementem Romanum sequuntur, *ἀναλογισώμεθα—ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, ὡς ἐκ τοῦ τάφου καὶ σκότους· ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ*. Quae sic potius distinguenda videntur, *ἀναλογισώμεθα—ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθομεν εἰς τὸν κόσμον· ὡς ἐκ τοῦ τάφου*

*καὶ σκότους ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ.* POTT.

380, 23. *ὁρᾶτε—κινδύνῳ*] Haec sententia petita est ex postrema parte cap. 41. epistolae Clementinae. POTT.

P. 381, l. 2. *ἡ σεμνὴ*] Quaedam hic conjungit auctor petita ex cap. 48, 49, et 50. mutato autem sententiarum ordine et non paucis omissis. POTT.

*φιλανθρωπίας*] Clemens R. *φιλαδελφίας*. POTT.

381, 3. *ἐάν τε μαρτυρῇ — καὶ τὸν πλησίον*] Haec Alexandrini verba sunt. Conf. quae superius dixit Strom. 1. p. 318. POTT.

381, 8. *ἀγάπη πάντα*] Imitatur 1 Cor. 13, 4, 7. POTT.

381, 13. *αὐτὸς*] Abest a Clemente Romano cap. 50. POTT.

381, 14. *τὸ σῶμά μου ἐπιδῶ*] *τὸ σῶμά μου παραδῶ ἵνα καυθήσωμαι* Cor. ut hic quoque mox legitur. SYLB.

381, 20. *ὁ λαὸς*] Respicit Iesa. 29, 13. *καὶ εἶπε κύριος, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με.* Mox, *καὶ ἐὰν ψωμίσ.* et *καὶ ἐὰν ἔχ.* 1 Cor. 13.; dein, *μεθιστάνειν* pro *μεθιστάναι* ibid. POTT.

415, 18. ταῖς Βασιλείαις] Quae sequuntur non occurrunt in libris Regum, sed auctor varia Jobi loca in unum conjunxit: nam cum ibi Elihu dixerat in cap. 36, 7. justos esse μετὰ βασιλέων εἰς θρόνου· addit, v. 10. ἀλλὰ τοῦ δικαίου εἰσακούσεται· v. 12. ἀσεβεῖς δὲ οὐ διασώζει, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδέναι τὸν κύριον. Idem cap. 34, 12. id profert, quod apud Clementem, verbis aliquantum mutatis, sequitur: οἴει δὲ τὸν κύριον ἄτομα ποιήσειν, ἢ ὁ παντοκράτωρ ταράξει τὴν κρίσιν, ὃς ἐποίησε τὴν γῆν; POTT.

415, 26. οὗτος] In unum conjungit Iesa. 45, 21. ἐγὼ ὁ θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐμοῦ· δίκαιος καὶ σωτὴρ οὐκ ἔστι παρὲξ ἐμοῦ· et Rom. 9, 14.

*μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο.* Quae Clemens, ut etiam paulo superius memorata S. Scripturae loca, imperfecte et tanquam e memoria recitat. POTT.

P. 416, l. 6. *λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ*] Deut. 10. *λατρεύειν κυρίῳ τῷ θεῷ.* Sed *λατρεύειν αὐτῷ μόνῳ* sumtum est ex Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. vel alio simili loco. POTT.

416, 7. *τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐλέσθαι τὴν σωτηρίαν*] Commation istud Clementis est, enarrationis loco verbis Mosis attextum. SYLB.

416, 9. *μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι*] Conf. secunda Persii satyra. POTT.

416, 14. *κατὰ καιρὸν προϊόντος*] Stromat. 7. GRAB.

416, 15. *ἔργα κεκραγότα*] Haec verba non invenio. Malorum operum ad Deum vindicem clamantium meminit Jacobus 5, 4. et Abelis sanguis ad eundem clamasse dicitur Genes. 4, 10. Porro in iis, quae sequuntur, auctor respicere videtur Rom. 13, 13. *ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν.* Matth. 5, 16. *οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα·* ac dein forte Iesa. 62, 11. *ἰδοὺ ὁ σωτήρ σοι παραγέγονεν, ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ.* POTT.

416, 19. *ποιηταὶ*] Homerum praecipue intelligit, qui epithetis a Clemente memoratis Iliad. 2, 623. 714, 264; 16, 47; Odyss. 13, 89; Iliad. 1, 131. aliisque locis passim usus est. POTT.

416, 22. *τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*] Respicit Gen. 1, 26. *καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* POTT.

416, 25. *χρύσεαι—*] Similia sunt quae scribit Horatius Od. 2, 20. POTT.

P. 417, l. 4. *Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐμήν*] Nempe Jerusalem coelestem. Nam, ut ait Paulus Gal. 4, 26. *ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἁπάντων ἡμῶν.* Anaxagoras cuidam interroganti, "Nullane tibi patriae cura est?" respondisse fertur: *Εὐφήμει· ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν.* Conf. Diogenes Laertius in Anaxagora. POTT.

417, 11. *Ὑπερβόριοι*] Hos Aelianus V. H. 3. cap. 18. refert *εὐδαιμονεστάτους*, esse. Hac felicitate alii eos mille annis in hac terra frui fabulantur. Strabo 15. p. 711. *περὶ δὲ τῶν χιλιετῶν Ὑπερβορέων τὰ αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις μυθολόγοις.* De iisdem Diodorus Siculus 2, 47. *Ἑκαταῖος—ἐκφέρειν καρπούς.* Dein ex fabularum auctoribus memorat Latonam ibi natam fuisse, ac proinde Apollini prae diis aliis cultum deferri; et quia illum quotidie perpetua laudum decantatione celebrent, et maximis honoribus prosequantur, homines illos sacerdotes Apollinis haberi: cum multis aliis, quae referre longum est. Addi etiam poterint quae de Hyperboreis commemorat Herodotus 4, 13. 32. 36. POTT.

417, 12. *Ἠλύσια πεδία*] Elysios campos describit Homerus Od. 4, 563. et Virgilius Aeneid. 6, 637. POTT.

417, 14. *παράδειγμα ἐν οὐρανῷ κειμένην*] F. Morello videbatur legendum, *τῆς ἐν οὐρανῷ κειμένης.* COL. Respicit Platonis De republica 9. sub finem, ubi haec dicit, *μανθάνω, ἔφη, ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ· ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. ἀλλ', ἦν δ' ἐγὼ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν, καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν.* POTT.

# POTTERI ANNOTATIONES

# AD STROMATA.

## VOL. III.

P. 2, l. 14. *ἀληθείας διὰ τῆς ἀληθείας*] Respicere videtur Joan. 14, 6, 7. *λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν.* POTT.

2, 28. *ἀμφοῖν*] Scilicet magistri ac discipuli. POTT.

P. 3, l. 7. *κοινὴ*] Hoc est ea, quae vulgo Christianorum convenit: quam opponit *τῇ ἐξαιρέτως ἐποικοδομουμένῃ*, qualis erat apostolorum fides. POTT.

3, 12. *καὶ τοῦ λόγου τὰς ἐντολὰς ἐπιτελεῖν*] Cum hac clausula subaudiendum *ὡς*, significatione finali pro *ἵνα*, ut cum alibi, tum supra p. 196, 18. SYLB.

3, 16. *ἠξίουν*] Nempe apostoli, Luc. 17, 5. *καὶ εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ κυρίῳ· πρόσθες ἡμῖν πίστιν.* Dein respicit Luc. 13, 18, 19. ubi Christus de *regno* coelorum dicit, *ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃ λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ, καὶ ηὔξησε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.* Conf. Matth. 13, 31; Marc. 4, 31. POTT.

3, 19. *τῶν μεταρσίων*] Hoc est *rerum sublimium*, quae vulgi captum superant: quae *τὰ πετεινὰ* mystice significare dicuntur. POTT.

*εἰ γὰρ φύσει*] Haec non adeo difficilia essent ac jam videntur, si Basilidae scripta exstarent, ex quibus ejus dogmata plene intelligi possent; interea vero, dum aliquid melius se obtulerit, sic scribi posse videntur, *εἰ γὰρ φύσει τις τὸν θεὸν ἐπίσταται, ὡς Βασιλείδης οἴεται, τὴν νόησιν, καὶ τὴν ἐξαίρετον πίστιν, ἅμα καὶ τὴν βασιλείαν καλῶν κτίσιν οὐσίας ἀξίαν τοῦ ποιήσαντος, καὶ πλησίον ὑπάρχειν αὐτὴν ἑρμηνεύων οὐσίαν, ἀλλ' οὐκ ἐξουσίαν, καὶ φύσιν καὶ ὑπόστασιν, κτίσεως ἀνυπερθέτου κάλλος ἀδιόριστον, οὐχὶ δὲ ψυχῆς αὐτεξουσίου λογικὴν συγκατάθεσιν λέγει τὴν πίστιν.* Nam Basilides affirmabat intelligentiam, eximiam fidem et regnum coeleste ad quosdam homines natura pertinere; et per naturam eos, non autem per rectum arbitrii usum, *Deo* similes et *propinquos* fieri; proinde fidem illis a prima creatione, absque praevia exercitatione vel doctrina, insitam esse; unde eam vocat *κτίσεως ἀνυπερθέτου* (vel, si mavis, *ἀνυπέρθετον*) *κάλλος*. POTT.

P. 4. l. 6. *τῇ φωνῇ*] Dictum est Abramo. Gen. 17, 8. *καὶ δώσω σοι καὶ τῷ σπέρματί σου τὴν γῆν, ἣν παροικεῖς.* Verum non eo loco, sed cap. 18, 1. dicitur Deus juxta *quercum in Mambre* cum eo versatus fuisse. POTT.

4, 16. *τὴν ἰδίαν αὐτοῦ σωτηρίαν*] Hoc est *salutem creatori propriam*, seu ab illo collatam. POTT.

*παρευδοκιμηθήσεται*] Perperam interpres, *commendabitur*. Verti debuit, *obscurabitur*. Nam *παρευδοκιμεῖν* est *gloriam* alicujus *superare*, adeoque *obscurare*. Suidas, *παρευδοκιμησάσης, ἤτοι εἰς δόξαν ὑπερβάσης.* Vult auctor, quod si quos *mundi creator*, quem haeretici mali omnis auctorem esse putabant, ante Christi adventum servaverit, consequi ut *ab eo boni Dei*, quem Christi patrem appellabant, *potestas* et gloria *obscuretur*, ut qui non ex se, sed per *imitationem* creatoris homines *salvos praestet*. POTT.

4, 28. *αἱ γὰρ*] Iesa. 59. *αἱ γὰρ τρίβοι αὐτῶν διεστραμμέναι, ἃς διοδεύουσι, καὶ οὐκ οἴδασιν εἰρήνην.* POTT.

P. 5, l. 9. *τὰ ἀντιστρέφοντα*] Quid ea sint docebit Gellius 9. c. ult. et plenius 5, 10. POTT.

P. 6, l. 9. *φανερωτάτη*] Conf. Protreptici p. 86. ed. nostrae. POTT.

6, 11. *θέλημα παντοκρατορικόν*] Conf. Paedagogi 3. c. ult. p. 309. Clemens infra p. 681. *τῷ παντοκρατορικῷ βουλήματι ὑπέχων λόγον καὶ εὐθύνας.* POTT.

6, 16. *χάριτι σωζόμεθα*] Ephes. 2, 5. *χάριτί ἐστε σεσωσμένοι.* POTT.

6, 22. *πρὸς αὐτὸν*] Scribendum *πρὸς αὐτόν*. Respicit auctor Christi verba Joan. 6, 44. *οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν.* POTT.

6, 29. *νῦν ὡς δι' ἐσόπτρου*] 1 Cor. 13. *ἄρτι δι' ἐσόπτρου.* POTT.

6, 31. *Ἐπινομίδι*] In initio. POTT.

P. 7, l. 1. *δυνατὸν εἶναι πᾶσιν ἀνθρώποις*] Plato *εἶναι δυνατὸν ἀνθρώποις*, omisso *πᾶσιν*, quod supervacaneum est. POTT.

7, 4. *οὐδεὶς ὄψεταί μου τὸ πρόσωπον*] *οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου* Exod. POTT.

7, 19. *ἐρωτήσατε τρίβους*] *ἐρωτήσατε τρίβους κυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδ.* Jerem. POTT.

7, 25. *Πυθαγόρειος*] Conf. Strom. 1. p. 358. POTT.

7, 26. *πίστεως καὶ εἰρήνης*] *Πίστεως καὶ Τέρμονος*, ut refert in Numa Plutarchus p. 70. *πρῶτον δέ φασι καὶ Πίστεως καὶ Τέρμονος ἱερὸν ἱδρύσασθαι· καὶ τὴν μὲν Πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις μέγιστον, ᾧ χρώμενοι μέχρι νῦν διατελοῦσιν· ὁ δὲ Τέρμων ὅρος ἂν τις εἴη, καὶ θύουσιν αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ κατὰ τοὺς τῶν ἀγρῶν περιορισμοὺς νῦν μὲν ἔμψυχα, τὸ παλαιὸν δὲ ἀναίμακτος ἦν θυσία, Νουμᾶ φιλοσοφήσαντος ὡς χρὴ τὸν ὅριον θεὸν, εἰρήνης καὶ δικαιοσύνης μάρτυν ὄντα, φόνου καθαρὸν εἶναι.* Hinc patet unde factum sit quod Clemens Pacem pro Termino dixerit : scilicet Terminus, *ὅριος ὢν θεὸς, cum esset limitibus* terrae *praepositus deus*, erat quodammodo *εἰρήνης φύλαξ, pacis custos*, ut Plutarchi verbis utar. Alii soli Fidei templum a Numa constructum fuisse memorant. Livius lib. 1. "Et soli Fidei solemne constituit. Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi jussit, manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere, significantes fidem tutandam sedemque ejus etiam in dextris sacratam esse." Dionysius Halicarnassensis Antiquitatum Roman. 2, 75. *πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο Πίστεως δημοσίας, καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο,*

καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, δημοτελεῖς. Ibidem vero honorum etiam, qui diis Terminalibus solvebantur, meminit. POTT.

7, 28. οὗτος] Philo Judaeus lib. De Abrahamo p. 361. ἐκαλεῖτο γὰρ Ἀβρὰμ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα, προσερρέθη δὲ ὕστερον Ἀβραάμ· φωνῇ μὲν ἑνὸς στοιχείου τοῦ α διπλασιασθέντος, δυνάμει δὲ μεγίλου πράγματος καὶ δόγματος ἐνδειξαμένου τὴν μεταβολήν. Ἀβρὰμ μὲν γὰρ ἑρμηνευθέν ἐστι πατὴρ μετέωρος· Ἀβραὰμ δὲ πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς· τὸ μὲν πρότερον ἐμφαῖνον τὸν ἀστρολογικὸν καὶ μετεωρολογικὸν ἐπικαλούμενον, οὕτω τῶν Χαλδαίων δογμάτων ἐπιμελόμενον, ὡς ἂν τις πατὴρ ἐγγόνων ἐπιμεληθείη· τὸ δ' ὕστερον τὸν σοφόν. διὰ μὲν γὰρ τῆς ἠχοῦς τὸν προφορικὸν λόγον αἰνίττεται, διὰ δὲ τοῦ πατρὸς τὸν ἡγεμόνα νοῦν· πατὴρ γὰρ ὁ ἐνδιάθετος, φύσει τοῦ λεγομένου πρεσβύτερός τε ὢν καὶ τὰ λεκτέα ὑποσπείρων· διὰ δὲ τοῦ ἐπιλεγομένου τὸν ἀστεῖον. εἰκαῖος μὲν γὰρ καὶ πεφυρμένος ὁ φαῦλος τρόπος, ἐκλεκτὸς δὲ ὁ ἀγαθὸς ἐπικριθεὶς ἐξ ἁπάντων ἀριστίνδην. Similia scribit idem lib. De nominum mutatione p. 1054, 1055. POTT.

P. 8, l. 4. τὸν υἱὸν] Illum intelligit, qui ab Abrahamo se visendum praebuit, Gen. 17, 1. quem nonnulli Dei angelum, plerique vero ex antiquis Patribus Filium unigenitum fuisse existimant. Conf. Justini M. Dialogus cum Tryphone. POTT.

8, 6. θεὸν κρείττονα] Apud Philonem haec etiam sequuntur p. 362. τῷ μὲν οὖν μετεωρολογικῷ μεῖζον οὐδὲν κόσμου τὸ παράπαν εἶναι δοκεῖ, ᾧ καὶ τὰς τῶν γινομένων αἰτίας ἀνατίθησιν· ὁ δὲ σοφὸς ἀκριβεστέροις ὄμμασιν ἰδὼν τὸ τελεώτερον νοητὸν, ἄρχον τε καὶ ἡγεμονεῦον, ὑφ' οὗ τὰ ἄλλα δεσπόζεται καὶ κυβερνᾶται. POTT.

8, 10. ἦχους] Scribendum ἠχοῦς, *sonii*, in genit. cas. ab ἠχώ. Sic enim Philo plus quam semel in lib. De mutatione nominum, Ἀβραὰμ δὲ πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς. POTT.

ὁ γεγωνὸς λόγος] Id est, ὁ προφορικὸς λόγος. Philo l. c. φαμὲν δὲ τὴν μὲν ἠχὼ τὸν προφορικὸν εἶναι λόγον· τοῦ γὰρ ζώου ἠχεῖον ὄργανόν ἐστι τὸ φωνητήριον· τούτου δὲ πατέρα τὸν νοῦν· ἀπὸ γὰρ διανοίας, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς, φύεται τὸ τοῦ λόγου νᾶμα· ἐκλεκτὸν δὲ τὸν τοῦ σοφοῦ· ὅ τι γὰρ ἄριστον ἐν τούτῳ. POTT.

8, 19. τῶν πείθειν ἐπαγγελλομένων] Exprimit Apostoli verba, quibus affirmat *praedicationem* suam οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις consistere. POTT.

8, 24. Ἐφέσιος] Heraclitus.

τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας] Hoc est, παρὰ Μωυσέως καὶ τῶν προφητῶν, ut paulo post ait. Conf. Theophilus ad Autolyc. sub finem lib. 2. POTT.

8, 25. τὴν διὰ πυρὸς κάθαρσιν] Heraclitus existimavit ignem esse primum principium, et proinde eo τὰ πάντα συνεστάναι, καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι, ut refert Laertius 9, 7, 9. Plutarchus De placitis philosophorum 1, 3. Cicero Academicarum quaestionum lib. 4. De natura deorum lib. 3. Aristoteles Metaphys. 1, 3. Clemens infra in hoc Stromateo p. 711. ἐκπυρώσεως meminit, ut etiam Sextus Empiricus Hypotyposeon 1, 29. Marcus Antoninus 3, 3. cum aliis pluribus. POTT.

P. 9, l. 2. Στωϊκοὶ] Stoici duplicem mundi interitum statuebant, quorum alterum, κατακλυσμὸν, qui aqua, alterum, ἐκπύρωσιν, qui igne inferendus esset. Etenim ope calidi et humidi omnia fieri putabant, γίνεσθαι δὲ τὸν κόσμον, ὅταν ἐκ πυρὸς ἡ οὐσία τραπῇ δι' ἀέρος εἰς ὑγρότητα· *mundum vero fieri, cum substantia ex igne in humidum versa per aerem fuerit;* ut refert Laertius 7, 142. Unde nil mirum, si iidem in ignem omnia reversura crediderint. Cicero De natura deorum

lib. 2. "Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panaetium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret, cum humore consumto neque terra ali posset, neque remearet aer, cujus ortus, aqua omni exhausta, esse non posset; ita relinqui nihil praeter ignem." Porro inter Stoicos non solum Panaetius *ἄφθαρτον ἀπεφήνατο τὸν κόσμον*, ut l. c. refert Laertius, sed Boëthius, Posidonius, et alii hoc dogma rejiciebant. Conf. Lipsii Physiologia Stoicorum lib. 2. dissert. 22, 23, 24. POTT.

9, 2. *ἀναστήσεσθαι*] Mundum igne *renovandum* esse cum Heraclitus, tum etiam Stoici sensere. Simplicius in Comment. in Aristot. De coelo 1, 9. *καὶ ὁ Ἡράκλειτος δὲ ποτὲ μὲν ἐξάπτεσθαί φησι τὸν κόσμον, ποτὲ δὲ ἐκ πυρὸς αὖθις συνίστασθαι. ταύτης δὲ τῆς δόξης ὕστερον ἐγένοντο οἱ Στωϊκοί.* Cicero post verba jam allata "A quo *igne* rursum animante," inquit "ac deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur." Multa in hanc rem disputat Philo lib. Quod mundus sit incorruptibilis p. 953. et seq. Chrysippus De providentia apud Lactantium 7, 23. *τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, δῆλον ὡς οὐδὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι πάλιν, περιόδων τινῶν εἱλυμένων χρόνων, εἰς ὃ νῦν ἐσμεν ἀποκαταστήσεσθαι σχῆμα.* Tatianus Orat. ad Graecos p. 12. ed. Oxon. *τὸν γὰρ Ζήνωνα διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς· λέγω δὲ Ἄνυτον καὶ Μέλιτον κατηγορεῖν, Βούσιριν δὲ ἐπὶ τῷ ξενοκτονεῖν, καὶ Ἡρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν· παραιτητέον.* Ubi conf. notae. Origenes adv. Celsum 5. p. 244, 245. edit. Cantabrig. *φασὶ δὴ οἱ ἀπὸ Στοᾶς κατὰ περίοδον ἐκπύρωσιν τοῦ παντὸς γενέσθαι, καὶ ἑξῆς αὐτῇ διακόσμησιν πάντ' ἀπαράλλακτα ἔχουσαν.* Deinde addit, *κἂν μὴ ὀνομάζωσιν οὖν τὸ τῆς ἀναστάσεως ὄνομα, τὸ πρᾶγμά γε δηλοῦσιν.* Conf. quae annotavit Spencerus. POTT.

9, 4. *Πλάτων*] Timaei p. 22. ubi Aegyptius sacerdos Soloni Graecos rerum antiquarum imperitiores fuisse ostendit. POTT.

9, 17. *οὐκ εὐχαρίστως*] Nempe, quia se invenisse jactabant quae ab aliis didicerant. Nam Graeci philosophiam in Graecia natam gloriabantur. Diogenes L. prooemii 5. 4. *ἀφ' Ἑλλήνων ἤρξε φιλοσοφία, ἣς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τὴν βάρβαρον ἀπέστρεπται προσηγορίαν.* POTT.

9, 18. *οἱ ἄγγελοι*] Conf. p. 260. 366. 538. 822. Exc. ex Theod. p. 801. POTT.

9, 24. *εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων*] Cum hoc commatio subaudiendum *φιλοσόφους*, aut simile quid. SYLB.

P. 10, l. 4. *προφαίνειν*] Fortasse non minus verum *προβαίνειν, progredi.* SYLB.

10, 5. *λέγει*] Nempe Christus, Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. *ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε.* Quod de oratione ad Deum dictum Clemens ad rationis investigationem detorquet. POTT.

10, 15. *ὁ Φλιάσιος Τίμων*] Quis ille fuerit ex Aristotele docet Eusebius Pr. Ev. 14, 17. *ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ (Πύρρωνος) Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ συνέγραψεν ἀργαλέας παρῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκεν πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς Σίλλους γράψας.* Conf. Diogenes Laertius lib. 9. in Timone. Versus, qui jam sequuntur, sic recitat ex Timonis Sillis Eusebius Pr. Ev. 15, 61. ut quos Clemens priori, ille posteriori loco collocet. POTT.

10, 17. *φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς*] Arcerius *φοιτᾷ δ' ὁ βρ.* et seq. versu, *ἥ τ' ἄλλη·* at Canterus *ἥ τ' ἀλαὴ*, ex Eusebio. SYLB.

10, 25. *περὶ ψευδαποφάσκοντος*] Diversarum argumentandi formarum mentionem injicit, quod in bellis modo memoratis, his armis, hisque de rebus pugnatum sit. Nam Timon in Sillis, *ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν, πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικούς·* ac proinde Dialecticorum rixas convellit. *Ψευδαποφάσκων λόγος* quid sit, et a quo inventus, vide apud Diogenem Laertium in Euclide 2, 108. De eo librum scripsit Theophrastus, ut etiam Chrysippus; quod in eorum Vitis refert idem auctor. Philetam Coum, dum eum exquisivit, macilentia vitam finiisse, testatur Hesychius Milesius. *Ψευδόμενον* vocat Cicero lib. 2. De divinatione: ejusdem praeterea meminit in Lucullo, iterumque in Hortensio: ut etiam Plutarchus lib. De communibus notionibus contra Stoicos; Hieronymus in Rufinum, necnon in Amos 8. orat. 1; Augustinus Contra Academicos, etc. POTT.

*κερατίνου*] De hoc argumento, alias dilemmate, conf. Quinctilianus 5, 10; Laertius in Chrysippo; Gellius 16, 2. POTT.

*διαλελῃθότος*] Conf. Lucianus in Vitarum auctione p. 383. edit. Amstelodam. et Laertius l. c. POTT.

P. 11, l. 1. *σωρίτου*] Vel *σωρείτου*. Conf. Cicero De divinat. lib. 2; Academicarum quaest. lib. 4; Sextus Empiricus, Adv. Mathemat. p. 339. POTT.

*ἐκκεκαλυμμένου*] *Delecti.* Scribendum *ἐγκεκαλυμμένου, tecti, operti;* ut Strom. 4. p. 613. *ἐγκεκυφότες* pro *ἐκκεκυφότες. ἐγκεκαλυμμένον*, non vero *ἐκκεκαλυμμένον*, hoc argumentum vocant Laertius et Lucianus l. c. et Themistius orat. 1. aliique. Cui nomini ejus forma convenit cujus exemplum est apud Lucianum Vit. auct. c. 22. POTT.

11, 3. *ἂν*] *ἐὰν* MS. Coisl. 276.

11, 4. *τείνῃ*] *συντείνῃ* MS. Coisl. 276.

11, 6. *ζήσεται ἡ καρδία*] Psalm. 22. *ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.* POTT.

11, 14. *τῶν ὅτων*] Meminit ejus consuetudinis etiam Plutarchus De auditu, et quidem aliquanto luculentius. Quare verba ejus hic libet ascribere, *οἵ τε πολλοὶ τὰ μικρὰ παιδία καταφιλοῦντες αὐτοί τε τῶν ὅτων ἅπτονται καὶ τούτοις ταὐτὸ ποιεῖν κελεύουσιν, αἰνιττόμενοι μετὰ παιδιᾶς ὅτι δεῖ φιλεῖν μάλιστα τοὺς διὰ τῶν ὅτων ὠφελοῦντας.* H. SYLB. Conf. Archaeolog. nostrae Graecae lib. 4. c. 19. POTT.

P. 12, l. 3. *ἀγνὸν*] Sacra templa nemo profanus, aut non initiatus frequentabat, nisi cum periculo aut mortis vel alterius damni, cujusmodi apud Pausaniam multa leguntur exempla. Ad eundem modum veteres philosophi a scholis suis tanquam a mysteriis abigebant illiteratos, ut scholae Pythagorae inscriptum erat:

*Ἀείσω συνετοῖσι, θύρας δὲ ἐπίθεσθε, βέβηλοι.*

et Platonis, *ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω.* Ita septem sapientum dicta foribus templi Delphici inscripta fuerunt. M. Neander in Phocylidem. COL.

12, 6. *ὁ νεὼς τοῦ θεοῦ*] Scilicet vir vere pius. POTT.

12, 14. *πρὸ τοῦ ζῆν*] In toto fere *Critone* hoc unum ostendit Socrates, honeste potius moriendum quam turpiter vivendum esse. Locus, quem praecipue respicit Clemens, videtur exstare in principio, *καὶ τόδε (λόγον) αὖ σκόπει, εἴ τι μένει ἡμῖν ἢ οὔ, ὅτι οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον. ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν.* ΚΡ. *Ἀλλὰ μένει.* ΣΩΚ. *Τὸ δὲ εὖ καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἆρ' ταὐτό ἐστι, μένει, ἢ οὐ μένει;* ΚΡ. *Μένει.* POTT.

12, 16. *Φαίδρῳ*] His, quae sequuntur, similia quaedam exstant in Phaedri p. 247. nec pauca in principio Phaedonis. Idem auctor in Convivio haec dicit p. 206 C. *κύουσι πάντες ἄνθρωποι καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν. καὶ ἐπειδὰν ἕν τινι ἡλικίᾳ γένωνται, τίκτειν ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ἡ φύσις.* Post alia quaedam haec etiam addit p. 207. *εἰσὶ γὰρ οὖν οἱ καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν ἔτι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς σώμασιν ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆσαι καὶ κυεῖν. τί οὖν προσήκει; φρόνησίν τε καὶ ἄλλην ἀρετήν, ὧν δὴ εἰσι καὶ οἱ πάντες ποιηταὶ γεννήτορες, καὶ τῶν δημιουργῶν ὅσοι λέγονται εὑρετικοὶ εἶναι· πολὺ δὲ μεγίστη εἶναι καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως, ἡ περὶ τὰς πόλεών τε καὶ οἰκήσεων διακοσμήσεις· ᾗ δὲ ὄνομά ἐστι σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη. τούτων αὖ ὅταν τις ἐκ νέου ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχὴν, θεῖος ὢν, καὶ ἡκούσης τῆς ἡλικίας, τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἐπιθυμεῖ.* Alia eodem pertinentia ibidem sequuntur. Similia sunt quae in Theaeteti principio ac fine de sua obstetricia arte, qua juvenes in parienda sapientia adjuvabat, disserit Socrates. POTT.

P. 13, l. 1. *τοῖς βαρβάροις φιλοσόφοις*] Sic vocat Christianos, ut superius Judaeos. POTT.

13, 2. *φωτίσαι*] Haec vox synonyma est *τῷ κατηχῆσαι*, translatione ab oculis corporeis ad animum facta. Sic Paulus Ephes. 1, 8. *πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας.* Proinde Christus est *φῶς τῶν ἀνθρώπων*, Joan. 1, 4, 5, 7. etc., et *φωτίζει πάντα ἄνθρωπον*, ibid. 9. Eodem sensu Apostolus *τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας* dixisse videtur Hebr. 6, 4. Unde Maximus ad c. 3. Dionysii Areopagitae De coelest. hierarch. annotat, *σημείωσαι ὅτι τὸ φώτισμα πρὸ τοῦ βαπτίσματος.* Est tamen haec vox pro ipso baptismo saepe usurpata. POTT.

13, 5. *συγκριτικήν*] Hanc vocem explicare poterunt Diogenis Laertii verba 8, 76. quo loco Empedoclis dogmata recensens haec dicit, *ἐδόκει δὲ αὐτῷ τάδε· στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα· πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· φιλίαν τε, ᾗ συγκρίνεται· νεῖκος, ᾧ διακρίνεται.* Dein post alios Empedoclis versus, quibus quatuor elementa descripsit, hos etiam recitat,

*ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,*
*ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.*

Cicero De amicitia, "Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque moverentur: ea *contrahere* amicitiam, dissipare discordiam." Plutarchus in lib. De placitis philosophorum *ἑνωτικόν* id vocat, quod Clemens ac Laertius *συγκριτικόν*. Dicit enim Empedoclem, praeter elementa quatuor, statuisse *δύο ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος· ὧν ἡ μέν ἐστιν ἑνωτική, τὸ δὲ διαιρετικόν.* POTT.

13, 22. *περὶ ἀληθείας ὡς ἰδέας*] Quae de anima dicit Plato Clemens ad veritatem detorquet. Nam ille cum Phaedri p. 246. haec dixerat, *ἐξ ἀνάγκης ἀγέννητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη. περὶ μὲν οὖν ἀθανασίας αὐτῆς ἱκανῶς· περὶ δὲ τῆς ἰδέας αὐτῆς ὧδε λεκτέον.* Post unius fere paginae intervallum haec adjicit, *τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησέ πω τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν· ἔχει δὲ ὧδε· τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα· ἡ γὰρ ἀχρώματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφὴς οὐσία ὄντως οὖσα ψυχῆς κυβερνήτῃ μόνῳ θεατῇ νῷ χρῆται· περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος τοῦτον ἔχει τὸν τόπον.* Ubi pro *θεατῇ νῷ* Clemens *θεῷ θεατῇ* posuit, vel quia sic legit, vel quia id ejus instituto convenientius putavit. Quamvis apud Platonem etiam post verba jam allata dei mentio statim injecta est, *ἆρ' οὖν θεοῦ διάνοια*

*νῷ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἀκηράτῳ στρεφομένη, καὶ ἁπάσης ψυχῆς, ὅσην ἂν μέλλῃ τὸ προσῆκον δέξεσθαι, ἰδοῦσα διὰ χρόνου τὸ ὄν*, etc. POTT.

P. 14, l. 1. *προελθὼν δὲ ὁ Λόγος*] Dei Logos respectu creationis ab eo factae, et quatenus se ut hominem generavit, ex Patre *προελθεῖν*, *processisse*, dicitur. Quod notandum adversus illos qui ex iis antiquorum scriptorum locis quibus Logon in tempore *processisse* dicunt, eum ab aeterno non exstitisse concludunt. Justinus M. Dialogi cum Tryphone p. 358. ed. Paris.: *ὁ πατὴρ, ὅταν βούληται, δύναμιν αὐτοῦ προπηδᾶν ποιεῖ. Pater, quando velit, potentiam suam prosilire facit.* Tatianus Orat. ad Graecos p. 20. edit. Oxon.: *σὺν αὐτῷ γὰρ διὰ λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος, ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστησε, θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ Δόγος. Cum ipso enim per Logicam potentiam, tum ipse, tum Logos, qui inerat, exstitit; cum voluit autem ipse, Logos ex ejus simplicitate prosilit.* Conf. Bulli Defensio fidei Nicaenae, sect. 3. cap. 6. POTT.

14, 3. *θεαθῇ*] Ex Joan. 1, 14. *καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ*. POTT.

14, 6. *βιασταί*] Respicit Matth. 11, 12. *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν*. POTT.

14, 7. *ἀδιαλείπτοις τε εὐχαῖς*] 1 Thess. 5, 17. *ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε*. POTT.

P. 15, l. 1. *οὐκ ἂν οἶει ἄλλως*] Platonis verba in Alcibiade primo p. 109 E. hoc modo se habent, *Ἀλκ. Οὐκ ἂν οἶει με ἄλλως εἰδέναι περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων; Σωκρ. Ναὶ, εἴγε εὕροις. Ἀλκ. Ἀλλ' οὐκ ἂν εὑρεῖν με ἠγῇ; Σωκρ. Καὶ μάλα γε, εἰ ζητήσαις. Ἀλκ. Εἶτα ζητῆσαι οὐκ ἂν οἶει με; Σωκρ. Ἔγωγε, εἰ οἰηθείης μὴ εἰδέναι*. POTT.

15, 2. *περὶ τῶν δικαίων*] Malim ex Platone, *περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων*. POTT.

15, 3. *ἠγήσῃ*] Malim ex Platone *ἠγῇ*. POTT.

15, 12. *φιλόσοφον*] Haec Platonis verba sunt De rep. 6. p. 494. ubi cum dictum fuisset, quod *vulgus non possit id quod per se pulcrum est attingere*, infertur, *φιλόσοφον μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, πλῆθος ἀδύνατον εἶναι*. POTT.

15, 15. *Πλάτωνα*] Socrates philosophis hoc proverbium ingerit in Phaedonis Platonici p. 69. *εἰσὶ γὰρ δὴ, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετὰς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ, βάκχοι δέ γε παῦροι. οὗτοι δ' εἰσὶ, κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς*. POTT.

15, 26. *αἰσχρὸν*] Omisit Meinekius in Fragmentorum collectione.

*τῶν πολλῶν ψόφῳ*] Sunt, qui malint *τῷ πολλῶν ψόφῳ*· sed, retineri tamen et vulgata lectio potest. SYLB.

P. 16, l. 6. *ἀλλὰ κακοῖς*] Clemens primo versui hunc sensum tribuit, quod *mali* scilicet *homines διὰ τοῦ ἀπιστεῖν κρατῶσιν, per infidelitatem* suam, hoc est fidem dictis denegando, veritatem *vincant*, ejus scilicet auctoritati non cedentes. POTT.

16, 14. *ἀποκρίνου*] Prov. 26, 5. *ἀποκρίνου ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ*.

16, 17. *τοῖς*] 1 Cor. 9, 22. *ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω· τοῖς πᾶσιν γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω*.

16, 19. *ὑετὸς*] Respicit Matth. 5, 45. *τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. POTT.

16, 20. ἡ Ἰουδαίων] Rom. 3, 20. ἡ Ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον· οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν· ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει etc. POTT.

P. 17, l. 14. ἀδύτων] Auctor Quaestionum et respons. ad Orthodoxos respons. 25. τιμία δὲ ἦν τότε παρ' αὐτοῖς μαθήματα τὰ ἱερογλυφικὰ καλούμενα, τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐγκρίτοις παραδιδόμενα. POTT.

17, 15. παραπετάσματος] Similis allegoria occurrit Heb. 9, 3. seq. POTT.

17, 18. οὐ καθαρῷ] Socrates in Phaedonis Platonici p. 67. ait, μὴ καθαρᾷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Unde colligit, quemadmodum etiam Clemens, eum, qui corporeis affectibus implicitus est, veritatem contemplari non posse. POTT.

17, 28. οἱ παρ' Αἰγυπτίοις παιδευόμενοι] Tria scribendi genera Aegyptiis in usu fuisse indicat, 1. ἐπιστολογραφικήν. 2. ἱερατικήν, seu ἱερογραμματικήν. 3. ἱερογλυφικήν. Primam universi discebant, quibus politioris vitae cura erat; posteriores vero duas, soli sacerdotes, et qui studiis penitioribus vacabant. Proinde illa quidem δημώδης, *vulgaris*, hae vero duae ἱεραὶ, *sacrae* dictae sunt. Diodorus Siculus 3, 3. p. 144. ed. Hanov. ἰδίων γὰρ Αἰγυπτίοις ὄντων γραμμάτων, τὰ μὲν δημώδη προσαγορευόμενα πάντας μανθάνειν, τὰ δ' ἱερὰ καλούμενα παρὰ μὲν τοῖς Αἰγυπτίοις μόνους γινώσκειν ἱερεῖς, παρὰ τῶν πατέρων ἐν ἀπορρήτοις μανθάνοντας, παρὰ δὲ τοῖς Αἰθίοψιν ἅπαντας τούτοις χρῆσθαι τοῖς τόποις. Dein de literis hieroglyphicis haec addit: συμβέβηκε τοίνυν τοὺς μὲν τύπους ὑπάρχειν αὐτῶν ὁμοίους ζώοις παντοδαποῖς, καὶ ἀκρωτηρίοις ἀνθρώπων, ἔτι δὲ ὀργάνοις, καὶ μάλιστα τεκτονικοῖς· οὐ γὰρ ἐκ τῆς τῶν συλλαβῶν συνθέσεως ἡ γραμματικὴ παρ' αὐτοῖς τὸν ὑποκείμενον λόγον ἀποδίδωσιν, ἀλλ' ἐξ ἐμφάσεως τῶν μεταγραφομένων καὶ μεταφορᾶς μνήμῃ συνηθλημένης· γράφουσι γὰρ ἱέρακα, καὶ κροκόδειλον. Plinius H. N. 36, 8. "Sculpturae illae effigiesque, quas videmus, Aegyptiae sunt literae." POTT.

P. 18, l. 18. τοῦ κανθάρου] Porphyrius lib. Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων refert Aegyptios cantharum seu scarabaeum tanquam vivam solis imaginem coluisse: Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον· κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄρρην, καὶ ἀφεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ, τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει ποσὶν, ὡς ἥλιος οὐρανὸν, καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται σεληναίην. Quae verba, cum aliis pluribus Eusebius in Pr. Ev. 3, 4. transtulit. Conf. quae in hanc rem disserit Horus Apollo Hieroglyph. 1, 10. Suidas, Κάνθαρος, παρὰ τὸν κάνθωνα, τουτέστι τὸν ὄνον· καὶ παρὰ τὸν ὀρὸν, τουτέστι τὸ σπέρμα. φασὶ γὰρ ὅτι ὁ κάνθαρος οὕτω τίκτεται· ἐπὰν αἴρῃ ὄνου κόπρον στρογγύλην, μένων κυλίων τοῖς ποσὶ, καὶ ἐν τῷ κυλίειν ἀποσπερμαίνει, καὶ ἐκ τούτου ὁ κάνθαρος τὸ ζῶον γίνεται. Porro Clementis de cantharo sententiam Eustathius in Hexaemeri p. 44. hoc modo transtulit, ὁ δὲ κάνθαρος, ἐκ τῆς βοείας ὄνθου κυκλοτερὲς σχῆμα πλασάμενος, ἀντιπρόσωπος κυλινδεῖ· φασὶ δὲ αὐτὸν ἐξάμηνον ἐπάνω τῆς γῆς, καὶ σπερμαίνειν εἰς τὴν ὄνθιον σφαῖραν, καὶ τίκτειν ἄρρενα κάνθαρον, οὐ γὰρ θῆλυς ὑπάρχει κάνθαρος πώποτε. καὶ οἱ Αἰγύπτιοι διὰ τὴν τοιαύτην φύσιν αὐτοῦ σέβονται αὐτὸν εἰς ἥλιον μετασχηματίζοντες, ἐπειδὴ κυλίει σφαῖραν, καὶ τὰ ἄστρα ὄφεων σχήμασιν ἀπεικάζουσι διὰ τὸ λοξὴν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν αὐτούς. POTT.

18, 19. κυλίνδει] κυλινδεῖ ap. Eustath.

18, 23. πάντες οὖν] Origenes contra Celsum 1. p. 11. postquam de Aegyptiis verba fecerat, haec praeterea adjicit, ἃ δ' εἶπον περὶ Αἰγυπτίων σοφῶν τε καὶ ἰδιωτῶν, δυνατὸν ἰδεῖν καὶ περὶ Περσῶν· παρ' οἷς εἰσι τελεταὶ, πρεσθευόμεναι μὲν λογικῶς ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς λογίων, συμβολικῶς δὲ γινόμεναι

*ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς πολλῶν καὶ ἐπιπολαιοτέρων. τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ Σύρων καὶ περὶ Ἰνδῶν καὶ τῶν ὅσοι μύθους καὶ γράμματα ἔχουσι.* POTT.

18, 28. Λοξίας] Λοξίας cur sit dictus Apollo meminit etiam Plutarchus p. 339. *διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἀδολεσχίαν μᾶλλον ἢ τὴν ἀσάφειαν.* H. SYLB. Adde schol. Arist. Pl. 8. Etym. M. s. h. et nos ad Lycophr. 14. POTT.

18, 31. *χρόνου φείδου*] Praeceptum hoc Stoicis admodum familiare fuit. Dixit enim Zeno, eorum magister, *μηδενὸς ἡμᾶς οὕτως εἶναι ἐνδεεῖς ὡς χρόνου·* ut refert in Zenone Laertius 7, 23. et Stobaeus serm. 96. POTT.

P. 19, l. 5. *γνῶθι σαυτόν*] Conf. Strom. 1. p. 351. not. POTT.

19, 15. *πλοῦτος ἀνεκλειπὴς*] Luc. 12, 33. *θησαυρὸς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* POTT.

19, 18. *ὑπονοίας*] *ὑπόνοια* est locutio, qua aliud dicitur quam audiens exspectabat. Plato aliique veteres Graeci pro allegoria *ὑπόνοιαν* dicebant. Plutarchus lib. De audiendis poetis p. 19. *παρὰ δὲ Ὁμήρῳ σιωπώμενόν ἐστι τὸ τοιοῦτον γένος τῆς διδασκαλίας· ἔχει δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων· οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, προσβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι, μοιχευομένην φασὶν Ἀφροδίτην ὑπὸ Ἄρεως μηνύειν τὸν ἥλιον· ὅτι τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρι συνελθὼν ὁ τοῦ Ἄρεως, μοιχικὰς ἀποτελεῖ γενέσεις, ἡλίου δὲ ἐπαναφερομένου καὶ καταλαμβάνοντος, οὐ λανθάνουσιν.* Alia subjungit *τῶν ὑπονοιῶν* exempla; cujusmodi etiam plura legi poterunt in Heraclidae, seu potius Heracliti, Pontici libro De allegoriis Homericis. POTT.

19, 21. *ψυχαγωγία*] Periodi notam loco commatis post hanc vocem posuimus, sensu exigente. POTT.

P. 20, l. 3. *ἀκούσατε*] Psal. *προσέχετε . . . τῷ νόμῳ μου.* POTT.

20, 9. *θεοῦ σοφίαν*] *σοφίαν θεοῦ* Cor. POTT.

20, 16. *κηρύσσομεν*] Haec vox a Clemente ad complendum Apostoli sensum addita fuisse videtur. POTT.

20, 19. *ἡμῖν γὰρ ἀπεκάλυψε*] *ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ.* Cor. POTT.

*τοῦ πνεύματος*] *τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ* Cor. POTT.

P. 21, l. 1. *οὐ βρῶμα*] *καὶ οὐ βρῶμα οὔπω γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ' οὔτε ἔτ.* Cor. Dein, *καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, οὐχ.* POTT.

21, 7. *χάριν*] *χάριν τοῦ θεοῦ* Cor. POTT.

21, 9. *ἐποικοδομεῖ*] Apud Paulum haec sequuntur, *ἕκαστος δὲ βλεπέτω, πῶς ἐποικοδομεῖ· θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ.* Quae propter repetitum *ἐποικοδομεῖ*, ut librariorum negligentia saepe alias fit, exciderunt; vel forte a Clemente consulto sunt omissa. POTT.

*χρυσίον καὶ ἀργύριον*] *χρυσὸν, ἄργυρον* Cor. POTT.

21, 20. Πυθαγόρια σύμβολα] Pythagoras in symbolis tradendis Aegyptiorum hieroglyphicam doctrinam imitatus fuisse dicitur. Plutarchus lib. De Iside et Osiride p. 354. *μάλιστα δὲ οὗτος, ὡς ἔοικε, θαυμασθεὶς, καὶ θαυμάσας τοὺς ἄνδρας, ἀπεμιμήσατο τὸ συμβολικὸν αὐτῶν καὶ μυστηριῶδες, ἀναμίξας αἰνίγμασι τὰ δόγματα· τῶν γὰρ καλουμένων γραμμάτων ἱερογλυφικῶν οὐθὲν ἀπολείπεται τὰ πολλὰ τῶν Πυθαγορικῶν παραγγελμάτων· οἷόν ἐστι τὸ μὴ ἐσθίειν ἐπὶ δίφρου, μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι, μηδὲ φοίνικα φυτεύειν, μηδὲ πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν ἐν οἰκίᾳ.* POTT.

21, 21. *χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ*] Jamblichus hoc symbolum sic recitat in Protrept. p. 50. *χελιδόνα οἰκίᾳ μὴ δέχου.* Laertius 8, 17. hoc modo,

ὁμοροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν. Alii vero aliis id modis efferunt. Plutarchus Symposiac. 8, 7. hoc argumentum tractans eundem quem Clemens auctorem in manibus habuisse videtur. POTT.

21, 21. τουτέστι . . . δέχεσθαι] Perperam haec vertit interpres, quae sic explicanda sunt: "Hoc est, loquacem, et susurronem, et effrenatae linguae hominem, qui ea, quorum particeps est, continere nequit, ne domo quidem excipere." Porro hanc symboli hujusce interpretationem rejicit Plutarchus l. c. ψιθυρισμοῦ μὲν γὰρ ἥκιστα χελιδόνι μέτεστι, λαλιᾶς δὲ καὶ πολυφωνίας οὐ μᾶλλον ἢ κίτταις καὶ πέρδιξι καὶ ἀλεκτορίσιν. POTT.

21, 23. χελιδὼν κ. τ. λ.] τρυγὼν καὶ χελιδὼν ἀγροῦ, στρουθία ἐφύλαξαν καιρούς εἰσόδων ἑαυτῶν Jerem. POTT.

21, 28. ὡς—] Hom. Il. 9, 311. Verba sunt Achillis Ulyssem ac ceteros Graecos ad se missos alloquentis. In quem locum Eustathius, ἔστι δὲ τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν· ἐξ οὗ καὶ τριγὼν, ἣν ἡ παροιμία ἐπὶ σκώμματι τῶν πολυλογούντων παραλαμβάνει λαλιστέρους τρυγόνων καλοῦσα. Ideo Clemens, cum turturem loquacitatem designare dixisset, hoc utitur verbo. Vide proverbium *Turture loquacior*. Suidas, τρύζει: ἀσήμως λαλεῖ, παρ' ὃ καὶ ἡ τρυγὼν, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς. COL.

P. 22, l. 1. ἡ χελιδὼν δέ] Post Πανδίονος clausa periodo, e praecedenti membro subaudiendum ἐξοικίζεται, ut cohaerentia sit, καὶ ἀφοσιοῦσθαι ἄξιον. H. SYLB. Sensus est, "Turtur, propterea quod murmuret,—est domo ejicienda:—hirundo autem, quae Pandionis fabulam innuit, eo quod abominari debeamus, quae propter eam accidisse vulgo dicuntur." Pleniora sunt illa Plutarchi, ἆρα οὖν διὰ τὸν μῦθον τὸν περὶ τὴν παιδοφονίαν ἀφοσιοῦνται τὰς χελιδόνας, ἄποθεν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα τὰς πάθη διαβάλλοντες, ἐξ ὧν τὸν Τηρέα καὶ τὰς γυναῖκας, τὰς μὲν δρᾶσαι, τὰς δὲ παθεῖν ἀθέμιτα καὶ σχέτλια λέγουσι; Clementis verba ob pravam interpunctionem hactenus perperam a multis intellecta fuisse videntur. POTT.

22, 4. διώκει] Sic etiam Plutarchus, σαρκοφάγος γάρ ἐστι, καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας, ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας, ἀποκτίννυσι καὶ σιτεῖται. Plura hac de re ibidem videre licet. POTT.

22, 10. τῆς χύτρας] Symbolum hoc Pythagorae cum seq. exponit etiam Plutarch. Symp. 7. p. 575. H. SYLB. L. c. τὸ συνταράττειν ἀναστάντας ἐξ εὐνῆς τὰ στρώματα, καὶ χύτρας τύπον ἀρθείσης ἐν σποδῷ μὴ ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ συγχεῖν. POTT.

22, 11. τύπον] Ed. Flor. τῦφον, *tumorem*, nempe excandescentiam et ebullitionem furentis irae. *Tumorem irae* dixit Virgilius Aen. 8, 40.

Neu belli terrere minis, tumor omnis et irae
concessere *deûm* . . . . . .

Sic accepta Clementis verba hunc sensum praebent, quod *non modo irae tumor et ebullitio, sed quodvis ejus vestigium sit delendum*. Sed τύπον Sylburgius in sua editione exhibuit, quam reliquae secutae sunt. Plutarchus, τῆς μὲν γὰρ χύτρας τὸν τύπον ἔφη Φιλῖνος ἀφανίζειν αὐτούς, διδάσκοντας ὅτι δεῖ μηδὲν ὀργῆς ἔνδηλον ἀπολιπεῖν ἴχνος, ἀλλ' ὅταν ἀναζέσας παύσηται καὶ καταστῇ, πᾶσαν ἀπηλεῖφθαι μνησικακίαν. POTT.

22, 16. ἥλιος] ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν Ephes. POTT.

22, 18. θυμὸς—ἀλόγως] Haec sic distingui possunt: θυμὸς γὰρ εὑρίσκεται ὁρμὴ ἐπιθυμίας, ἡμέρου ψυχῆς κατ' ἐξοχὴν, ἀμύνης ἐφετικὸς ἀλόγως. Quod dicit θυμὸν esse ἐπιθυμίαν, id ex Stoicorum scriptis petitum est, qui iram inter species ἐπιθυμίας numerabant. Stobaeus in Eclogis ethicis cap. De affectibus, Stoicorum dogmata describens, ait: ὑπὸ μὲν

*οὖν ἐπιθυμίαν ὑπάγεται τὰ τοιαῦτα, ὀργὴ καὶ τὰ εἴδη αὐτῆς, θυμὸς, καὶ χόλος, καὶ μῆνις, καὶ κότος, καὶ πικρίαι, καὶ τὰ τοιαῦτα.* Eadem scribit Diogenes L. in Zenone. Item Cicero Tusculan. l. 4. "Libidini subjecta sunt ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, ... et cetera ejusmodi." Quod Clemens *θυμὸν* dicit esse *ἄλογον*, id etiam est ex eorundem philosophorum sententia, qui quamlibet *ἐπιθυμίαν* dicebant esse *λόγῳ ἀπειθῆ, rationi inobedientem*, ac proinde vitiosam. Hinc Laertius 8, 113. *ἐπιθυμίαν* definit *ἄλογον ὄρεξιν·* et Stobaeus in Eclogis *ὄρεξιν ἀπειθῆ λόγῳ·* et Cicero Tuscul. 3. "Altera cupiditas, quae recte vel libido dici potest, quae est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans." Denique, quod *θυμὸν* praecipue *ἡμέρῳ ψυχῇ* tribuit, inde fortasse est, quod sit ira brevis et quae facile sedari possit. Proinde a Laertio in loco jam dicto dicitur *ὀργὴ ἀρχομένη*, a Stobaeo pariter et Andronico, *ὀργὴ ἐναρχομένη*, a Cicerone Tuscul. 4. ira nascens, et modo existens." Ammonius autem sic distinguit *ὀργὴν* et *θυμὸν*, ut illa sit *πολυχρόνιος μνησικακία*, hic vero tantum *πρόσκαιρος*. POTT.

22, 22. *ὕπνου μεθ' ἡμέραν*] Plutarchus, *ὁ δὲ Σύλλας εἴκαζε κοιμήσεως μεθημερινῆς ἀποτροπὴν εἶναι τὸ σύμβολον, ἀναιρομένης ἔωθεν εὐθὺς τῆς πρὸς τὸν ὕπνον παρασκευῆς.* POTT.

P. 23, l. 4. *τελώνας λέγει δυσκόλως*] Videtur id respicere, quod Christus dicit Matth. 19, 23. Marc. 10, 23. Luc. 18, 24. *δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* POTT.

23, 5. *δακτύλιον*] Symbolum de annulo non gestando explicat Plutarchus Mor. p. 12. ubi tamen *δακτύλιον στεινὸν* non ferendum ait. Alterum de deorum imaginibus explicat Laertius loco superius dicto. Utriusque vero meminit Jamblichus Protreptici p. 150, 151. Conf. Rittershusii notae in Pythagorae vitam p. 65. POTT.

23, 9. *μὴ τοῖς αἰσθητοῖς*] Jamblichus l. c. *τὴν ἄρα Πυθαγορικὴν μέτιθι σπουδῇ μεγάλῃ τὴν ἀφιστᾶσαν ἑαυτὴν διὰ τοῦ νοῦ ἀπὸ σωματικῶν πάντων, καὶ περὶ τὰ νοητὰ καὶ ἄϋλα διὰ τῶν θεωρητικῶν μαθημάτων καταγινομένην.* Deinde addit, *τὸ δὲ, θεοῦ τύπον μὴ ἐπίγλυφε δακτυλίῳ, κατὰ τὴν προλεχθεῖσαν ἔννοιαν προτροπῇ τοιᾷδε· φιλοσόφει. καὶ ἀσωμάτους πρὸ παντὸς ἡγοῦ θεοὺς ὑπάρχειν.* POTT.

23, 14. *ἕδος ὕπαιθρον*] *Aedes absque tecto.* Qualia nonnulla Graeciae, quoque templa fuisse memorantur. *Διὸς Κονίου* (*pulverei*) *ναὸς οὐκ ἔχων ὄροφον*, memoratur a Pausania 1, 40, 6. Branchidarum templum apud Milesios *διέμεινε χωρὶς ὀροφῆς*, ut refert Strabo 14. p. 634. POTT.

23, 15. *ἄνευ ἀγάλματος*] Quod apud veteres Aegyptios *ἀξόανοι νηοὶ ἦσαν*, memorat Lucianus in libro De dea Syria. Idem mos apud Persas veteres obtinuit, ut tradunt Herodotus et Strabo: ut etiam, teste Eusebio, apud Graecos usque ad Cecropis tempora. Nec Romanis per annos 170. ab urbe condita ullas fuisse deorum imagines, superius retulit auctor, in Stromat. 1. POTT.

23, 16. *οὐρανοῦ*] Pro *οὐρανοῦ* interpres legendum putat *ἀνθρώπου*· quoniam alioqui aut nullus, aut frigidus sit sensus. Ego vulgatam lectionem retinendam puto. *Coelum* enim *Dei sedes est*, teste Scriptura: et, ut vulgata Ori Hieroglyphica testantur p. 25. ed. Mercer. *θεὸν ἐγκόσμιον σημαίνοντες, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τὸν πέντε ἀριθμὸν, ἀστέρα ζωγραφοῦσιν Αἰγύπτιοι.* SYLB.

23, 19. *κατ' εἰκόνα*] *κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν* Gen. POTT.

23, 20. *Εὐρύσου*] Malim *Εὐρύτου*. Nam Eurytus *ἐμαθήτευσε Πυθαγόρᾳ*

πρεσβύτη νέος, ut refert Jamblichus De vita Pythagorae c. 23. Idem ejusdem libri capite ultimo inter Pythagorae discipulos Eurytum recenset; Eurysi vero nusquam meminit. POTT.

P. 24, l. 1. νομοθέτῃ] Mose. POTT.

24, 3. καὶ κατά τινα] Vult auctor Pythagoram aliosque a prophetis Hebraeis edoctos veritatem propheticis quidem et allegoricis atque obscuris, non tamen a rerum natura alienis, verborum involucris comprehensam tradidisse. POTT.

24, 9. θρυαλλίδος] Thryallis, seu lychnetis, herba est ad lucernas faciendas idonea: de qua conf. Plinius 25, 10; Dioscorides 4. 99; Suidas, et Aristophanis vetus scholiastes. POTT.

24, 15. αὐτίκα] Hoc Pythagorae symbolum seu praeceptum ita exponit Hieronymus in Apolog. in Rufinum, "Stateram non transiliendam, id est, ne praetergrediare justitiam:" ita Cyrillus et alii, ut docet Gregor. Gyraldus in libello in Symbola Pythag. COL.

24, 16. ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν] Diogenes L. in Pythagora, τὸ ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν. Plutarchus De liberis educandis p. 12. μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίνειν· ὅτι δεῖ δικαιοσύνης τὸν πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον, καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν. Jamblichus sub finem Protreptici, τὸ δὲ ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν δικαιοπραγεῖν παρακελεύεται καὶ προτιμᾶν ἰσότητα καὶ μετριότητα θαυμαστῶς, καὶ τὴν τελειοτάτην ἀρετὴν γιγνώσκειν δικαιοσύνην. Porphyrius, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι μὴ πλεονεκτεῖν. Conf. Strom. 2. p. 470; Lactantius p. 314. edit. Oxon.; Minutius in Octavio, etc. POTT.

24, 25. ἀβαρής] ἐλαφρὸς Matth.

24, 28. ἀπόστολος] Respicit Galat. 3, 28. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. Ibid. 6, 15. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. Ibid. 5, 19, 20, 21. ubi cum inter *opera carnis* recensuisset ζήλους, φθόνους etc., addit, ὅτι οἱ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. POTT.

P. 25, l. 4. μύσται] Hesychius, μύσται, μυστήρια εἰδότες. Suidas, μύστης, ὁ τὰ μυστήρια ἐπιστάμενος ἢ διδάσκων. POTT.

καρδίαν ἐσθίειν] Diogenes L. l. c. διὰ δὲ τοῦ καρδίαν μὴ ἐσθίειν ἐδήλου μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατήκειν. Plutarchus, μὴ ἐσθίειν καρδίαν· μὴ βλάπτειν τὴν ψυχήν, ταῖς φροντίσιν αὐτὴν κατατρύχοντα. μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις, inquit Porphyrius. Alio vero modo Jamblichus hoc symbolum exponit. POTT.

25, 7. ἐκεῖνος] Nempe Bellerophon, de quo Homerus Il. 6, 200.

ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνος ἀπέχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἷος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. POTT.

25, 9. δύο ὁδοὺς] Conf. Clementinorum 7, 7. POTT.

25, 16. ὅ τε] Aptius forte reposuerimus ὅπη, *qua*, seu *quo*. SYLB.

Κείου] Erat Prodicus ex insula Ceo oriundus. Conf. quae superius dicta sunt Paedag. 2, 10. p. 236. not. POTT.

25, 17. καὶ Πυθαγόρας] Pythagorae symbolum, τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν, exponit Diogenes L. p. 315. Philo p. 593. e quo Laertii locus corrigi potest. H. SYLB. Tametsi apud Laertium in Vita Pythagorae legimus, μὴ βαδίζειν ἐκτὸς λεωφόρου, suspicatur tamen illud μὴ delendum Brodaeus Miscellan. 2, 20. neque haesitandum esse Erasmo utrum sit

Pythagorae. Idem censet L. Greg. Gyraldus, profertque loca Ambrosii ad Irenaeum epist. 6. Nam cum ex populo Judaeorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit, ex ejus disciplina derivavit etiam magisterii praecepta. Legerat Moysi divino praeceptum oraculo, "Solve calceamentum pedum tuorum:" id etiam praeceptum Jesu Naue, videlicet ut detritae et popularis viae ponerent pulverem, qui viam Domini ambulare desiderarent. Hieronymus Apol. in Ruf. "Per viam publicam ne ambules, id est, ne multorum sequaris errores." Sed et Origenes eodem fere sensu exponit evangelicum illud, spatiosam et *latam viam* declinandam. Sic vero Olympiodorus enuntiat φεύγειν τὰς λεωφόρους. COL. Jamblichus in Protreptico, τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε. Athenaeus 9. λεωφόρους ὁδοὺς μὴ στείχειν, ἀντὶ τοῦ, γνώμῃ πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν. Consentiunt Philo Judaeus in principio libri Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Aelianus V. H. 4, 17; Porphyrius De vita Pythagorae, etc. POTT.

P. 26, l. 15. ποδήρη] Intelligit *talarem* pontificis Judaeorum amictum: quo putabant totum mundum, ejusque praecipuas partes significari. Philo Judaeus lib. De monarchia p. 824. ἥδ' ἐστὶν ἡ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος κατασκευὴ μίμημα τοῦ παντὸς, θαυμάσιον ἔργον ὀφθῆναι καὶ νοηθῆναι. Quod quo se modo haberet latius exponit lib. De somniis p. 597. et De vita Mosis 3. p. 671. POTT.

26, 19. στοιχείων] Philo p. 299. H. SYLB.

26, 21. ὑάκινθος] Philo De vita Mosis 3. p. 671. οὗτος ὁ χιτὼν σύμπας ἐστὶν ὑακίνθινος, ἀέρος ἐκμαγεῖον· φύσει γὰρ ὁ ἀὴρ μέλας. Idem lib. De congressu quaerendae erud. gr. p. 441. [vol. 1. p. 536.] de tabernaculi aulaeis agens haec dicit, τὰς αὐλαίας ἐκ τοιούτων συνύφηνεν, ἃ τῶν τεσσάρων στοιχείων σύμβολά ἐστιν· ἐκ γὰρ βύσσου, καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου δημιουργοῦνται, τεσσάρων, ὡς ἔφην, ἀριθμῶν. σύμβολον δὲ γῆς μὲν ἡ βύσσος· φύεται γὰρ ἐκ ταύτης· ἀέρος δὲ ὑάκινθος· μέλας γὰρ οὗτος φύσει· ὕδατος δὲ ἡ πορφύρα· τὸ γὰρ τῆς βαφῆς αἴτιον ἐκ θαλάττης, ἡ ὁμωνυμοῦσα κογχύλη· πυρὸς δὲ τὸ κόκκινον· ἐμφερέστατον γὰρ φλογί. Similia dicit idem auctor De vita Mosis 3. p. 667. POTT.

26, 26. μέσος] Iis, quae jam sequuntur, lucem allatura videntur quae Philo De vita Mosis 3. p. 666. de quinque columnis agens dicit, τὴν δὲ αἰτίαν, ἧς ἕνεκα τοὺς πέντε τοῖς πεντήκοντα συγκατατάττων, καὶ χωρὶς αὐτῶν τίθημι, δηλώσω· ἡ πεντὰς αἰσθήσεων ἀριθμός ἐστιν· αἴσθησις δὲ ἐν ἀνθρώπῳ πῇ μὲν νεύει πρὸς τὰ ἐκτὸς, πῇ δὲ ἀνακάμπτει πρὸς τὸν νοῦν, ὑπηρέτις οὖσα φύσεως νόμοις αὐτοῦ. διὸ καὶ τὴν μεθόριον χώραν ἀπένειμε τοῖς πέντε· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκνένευκε πρὸς τὰ ἄδυτα τῆς σκηνῆς, ἅπερ ἐστὶ συμβολικῶς νοητά· τὰ δ' ἐκτὸς πρὸς τὸ ὕπαιθρον καὶ τὴν αὐλὴν, ἅπερ ἐστὶν αἰσθητά. POTT.

P. 27, l. 2. λαϊκῆς ἀπιστίας] Hoc est λαοῦ ἀπίστου, qui eo velo ab adyto introspiciendo arcebatur. POTT.

27, 8. ἐπακούει] Congruentius ἐπακούῃ vulg. Platonis edit. Eadem mox οὐκ ἂν δύνωνται ἀπριξ ταῖν χειροῖν λαβέσθαι. A. SYLB.

27, 14. πρόσωπον] Sic superius Paedag. 1, 7. p. 132. πρόσωπον δὲ τοῦ θεοῦ ὁ λόγος, ᾧ φωτίζεται ὁ θεὸς καὶ γνωρίζεται. Ubi conf. annotata. POTT.

27, 22. τετράδος διαθηκῶν] Quatuor foedera vocare videtur quae cum Adamo, Noacho, Abrahamo et Moyse inita sunt. POTT.

27, 23. τετράγραμμον] H. τετραγράμματον ex Philone p. 456. et mox Ἰαὼ pro Ἰαού. Ad vulg. pronunciationem magis accederet Ἰωνά. SYLB.

Gr. ἀτὰρ καὶ τὸ τετράγραμμον ὄνομα τὸ μυστικὸν, ὃ περιέκειτο οἷς μόνοις τὸ ἄδυτον βάσιμον ἦν, λέγεται δὲ Ἰαού. D. Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali "Octava est lamina aurea, in qua scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor litteris Jod He Vau He, quod apud illos ineffabile nuncupatur. Haec super pileolum lineum in pontifice additur, ut in fronte vitta hyacinthina constringantur." Idem ad Marcellam epist. 136. "In Graecis libris repertum non intelligentes PIPI legere consueverunt;" ut apud Procopium nunc etiam legimus. Theodoretus 9, 15. in Exodum, τοῦτο δὲ παρ' Ἑβραίοις ἄφραστον ὀνομάζεται, ἀπείρητα γὰρ παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς γλώττης προσφέρειν. γράφεται δὲ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων, διὸ τετράγραμμον αὐτὸ λέγουσι. καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται μὲν Ἰαβὲ, Ἰουδαῖοι δὴ Ἰαώ. Auctor commentariorum in Psalmos apud Hieronymum legi posse ait Iaho, scribens in Psalm. 8. Irenaeus 1, 34. Iao numerari ait inter nomina Dei. Macrobius Saturnal. 1, 18. profert oraculum Apollinis,

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰαώ.

Diodorus lib. 1. Epiphan. haeres. 26. At P. Galatinus De arcanis cathol. verit. 2, 10. notat nomen hoc eisdem literis constare, ex quibus tria tempora verbi substantivi componuntur. Et sic apud eos sonant היה *haïah*, id est, *fuit*; הוה *hove*, quod significat, *est*; יהיה *Iihie*, id est, *erit*: ut carundem scilicet personarum aeternitas pateat; Patrem scilicet, Filium, et Spiritum sanctum semper fuisse, esse et fore. G. Genebrardus alterum Theodoreti locum ex Polymorpho profert lib. 1. De Trinit., et ait illa Graecorum profanorum loca de Iao Clementi occasionem dedisse ut observaret illud sonare Ἰαού· lectionem ejus non aliunde petendam quam a Mose, cui primum tam praeclari vocabuli facta est revelatio. Ei a Domino quod nomen esset ipsi percontanti, responsum est אהיה *Ehie, qui sum. Ehie misit me ad vos.* Deus prima persona usus est; Moses cum alios alloqueretur per tertiam expressit יהוה *Iehue*, aut יהיה *Iihie*. In Chronologia idem pronuntiari posse docet *Iahue*, sed semper pronuntiasse Adonai cum veteres, tum recentes doctos, praeter unum sanctum Pagninum, si modo ab haereticis non sit corruptus, qui vocem peregrinam *Jehova* primus confinxit. COL.

27, 24. μόνοις] Nempe Aaroni, ejusque successoribus: quorum πέταλον Dei nomine insculptum fuit. Exod. 28. 36. Philo De vita Mosis 3. p. 670. χρυσοῦν δὲ πέταλον ὡσανεὶ στέφανος ἐδημιουργεῖτο, τέτταρας ἔχων γλυφὰς ὀνόματος, ὃ μόνοις τοῖς ὧτα καὶ γλῶτταν σοφίᾳ κεκαθαρμένοις θέμις ἀκούειν καὶ λέγειν ἐν ἁγίοις, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ τὸ παράπαν οὐδαμοῦ· τετραγράμματον δὲ τοὔνομά φησιν ὁ θεολόγος εἶναι. POTT.

P. 28, l. 1. εἰς δὲ τὸν νοητὸν] Verba fecerat de adyto, in quod pontifex singulis annis semel ingrediebatur. Id typus fuit τοῦ νοητοῦ κόσμου, in quod Christus, διὰ τῆς αὐτοῦ θυσίας ingressus est, ut refert Apostolus Hebr. 9. cujus capitis argumentum hac sententia complecti videtur Clemens, "In mundum autem, qui mente percipitur, solus intrans Dominus, per passiones suas ingreditur, in ejus cognitionem, qui est ineffabilis, perveniens, super omne nomen, quod voce profertur, evadens." Quae sententia facilior erit, si pro τῶν παθῶν scribamus διὰ τῶν παθῶν, ut διὰ τῶν παθημάτων Hebr. 2, 10. διὰ τῆς θυσίας Hebr. 1·, 2ᶜ. POTT.

28, 3. ὑπὲρ πᾶν ὄνομα] Respicit Philip. 2, 9. διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. POTT.

28. 4. *ναὶ μὴν*] In epitomen redigit auctor Philonis Judaei verba De vita Mosis 3. p. 669. quae his lucem dabunt, *τὴν δὲ λυχνίαν ἐν τοῖς νοτίοις, δι' ἧς αἰνίττεται τὰς τῶν φωσφόρων κινήσεις ἀστέρων· ἥλιος γάρ, σελήνη, καὶ ἄλλοι πολὺ τῶν βορείων ἀφεστῶτες, νοτίους ποιοῦνται τὰς περιπολήσεις. ὅθεν ἐξ μὲν κλάδοι, τρεῖς δ' ἑκατέρωθεν τῆς μέσης λυχνίας ἐκπεφύκασιν εἰς ἀριθμὸν ἕβδομον· ἐπὶ δὲ πάντων λαμπάδιά τε καὶ λυχνία ἑπτὰ, σύμβολα τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς φυσικοῖς ἀνδράσι πλανήτων. ὁ γὰρ ἥλιος, ὥσπερ ἡ λυχνία, μέσος τῶν ἐξ τεταγμένος, ἐν τετάρτῃ χώρᾳ φωσφορεῖ τοῖς ὑπεράνω τρισὶ, καὶ τοῖς ὑφ' αὐτὸν ἴσοις ἁρμοζόμενος τὸ μουσικὸν καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς ὄργανον.* Idem auctor hanc allegoriam alio modo exponit in lib. Quis sit rerum divinarum haeres p. 511. POTT.

28, 16. *πρωτοκτίστων*] Nempe apostolorum aliorumque Christi discipulorum; quorum *ministerio* evangelica lux per orbem *diffusa* est. POTT.

*φασὶ δ'*] Eadem de re Gregorius Naz. homilia in Pentecosten, et Nicetas ejus paraphrastes. De borealibus flabris Philo p. 456. Paulo post ad *ἐπίγνωσιν πολλὴν*, addit idem Philo *καὶ ἐπιστήμην* p. 455. H. SYLB.

*ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς*] Respicit Apoc. 5, 6. *καὶ ἰδοὺ ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ, οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ τοῦ θεοῦ πνεύματα.* Et Iesa. 11, 1, 2. *καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται· καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας.* POTT.

28, 18. *πρὸς δὲ τοῖς βορείοις*] E diverticulo jam ad Philonem redit, qui post verba modo allata, haec statim adjicit, *ἡ δὲ τράπεζα τίθεται πρὸς τοῖς βορείοις, ἐφ' ἧς ἄρτοι καὶ ἅλες· ἐπειδὴ πνευμάτων τὰ βόρεια τροφιμώτατα.* POTT.

28, 25. *καὶ μὴν*] Philo paulo ante verba jam dicta haec etiam habet: *τὸ δ' ἐπίθεμα τὸ προσαγορευόμενον Ἱλαστήριον βάσις ἐπὶ τῶν πτηνῶν δυεῖν, ἃ πατρίᾳ μὲν γλώσσῃ προσαγορεύεται χερουβὶμ, ὡς δ' ἂν Ἕλληνες εἴποιεν, ἐπίγνωσις καὶ ἐπιστήμη πολλή. ταῦτα δέ τινες μέν φασιν εἶναι σύμβολα τῶν ἡμισφαιρίων ἀμφοῖν, κατὰ τὴν ἀντιπρόσωπον θέσιν τοῦ τε ὑπὸ γῆς καὶ ὑπὲρ γῆν· πτηνῶν γὰρ ὁ σύμπας οὐρανός.* POTT.

P. 29, l. 19. *ὁ περὶ φ. π.*] Haud scio an rectius *ὁ πέριξ πάντων περιεκτικὸς, qui circumquaque continet omnia.* SYLB.

29, 22. *δοξολόγων πνευμάτων*] Respicit Iesa. 6, 3. ubi de angelis ait propheta, *καὶ ἐκέκραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.* POTT.

P. 30, l. 4. *ποδήρης*] Alio modo haec exponit Philo De vita Mosis, 3. p. 671. POTT.

30, 18. *ἐνιαυτὸς*] Conf. Strom. 1. p. 407. ed. meae. POTT.

30, 20. *πῖλος*] Philo De vita Mosis 3. p. 673. *κίδαριν δὲ ἀντὶ διαδήματος ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ, δικαιῶν τὸν ἱερώμενον τῷ θεῷ, καθ' ὃν χρόνον ἱεράται, προφέρειν ἁπάντων, καὶ μὴ μόνον ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ βασιλέων.* Porro idem sunt *πῖλος* et *κίδαρις*. Suidas, *πῖλος*: *κόσμος περικεφάλαιος, ὃν οἱ μὲν κυρβασίαν, οἱ δὲ τιάραν, ἄλλοι δὲ κίδαριν καλοῦσιν.* Philo l. c. p. 670, 671. *πρὸς δὲ καὶ κίδαρις κατεσκευάζετο· κιδάρει γὰρ οἱ τῶν ἐφῶν βασιλεῖς εἰώθασι χρῆσθαι.* POTT.

P. 31, l. 4. *οἱ οὖν*] Philo De vita Mosis 3. p. 671. *πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τῶν ἀκρωμίων σμάραγδοι δύο λίθοι περιφερεῖς μηνύουσιν, ὡς μὲν*

οἵονταί τινες, ἀστέρας τοὺς ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἡγεμόνας, ἥλιον καὶ σελήνην. POTT.

31, 6. οἱ δὲ ἐπὶ τῷ στήθει] Philo l. c. p. 672. ἔπειθ' οἱ κατὰ στέρνα δώδεκα λίθοι ταῖς χροαῖς οὐχ ὁμοιοι, διανεμηθέντες εἰς τέτταρας στίχους ἐκ τριῶν, τίνος ἑτέρου δείγματ' εἰσὶν, ἢ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου; καὶ γὰρ οὗτος, τετραχῇ διανεμηθεὶς, ἐκ τριῶν ζωδίων τὰς ἐτησίους ὥρας ἀποτελεῖ, ἔαρ, θέρος, μετόπωρον, χειμῶνα, τροπὰς τέτταρας, ὧν ἑκάστης ὅρος τρία ζώδια. Paria dicit in libro De monarchia p. 823, 834. POTT.

31, 9. τῇ κεφαλῇ τῇ κυριακῇ] Nempe capiti Christi, quod *pileus* significabat, subjacere vult auctor legem et prophetas, quae *gemmae pectorales* pileo quodammodo subjectae innuebant. POTT.

31, 12. ἑνὸς] Respicit 1 Cor. 12, 11. πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. POTT.

31, 16. ὑπεράνω] Respicere videtur Philip. 2, 9. POTT.

31, 18. αἰσθητὴν παρουσίαν] Scilicet τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν, seu Christi *in carne praesentiam*. POTT.

ὡς βλέπει] Respicit Joan. 5, 9. οὐ δύναται υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ, etc. Coloss. 1, 15, 16. ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, etc. POTT.

31, 28. ἀποδὺς] Astipulatur Clemens Judaeorum sententiae, qui vestes a summo sacerdote die expiationis indui solitas a communi ejusdem amictu distinguunt, moti verbis ultimis 23 vers. Levit. 16. "Relinquet illas ibi." LOWTH.

31, 30. συγκαταθεμένου] Vertendum *annuit*; respicit enim Gen. 1, 31. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Sensus igitur, *mundum, et omnes, quae in eo sunt, creaturas, sanctificata fuisse a Deo, qui ea bona esse annuit et pronuntiavit*. POTT.

P. 32, l. 11. ἐπ' ἄκρων] ἐπ' ἄκρων agnoscit etiam Herveti versio, *in extremis*. SYLB.

32, 16. πρόσωπον] Respicit 1 Cor. 13, 12. βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. POTT.

32, 19. καὶ ἐκδύσεται] Haec in Latina vulgata habentur Levit. 16, 23. "Depositis vestibus quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictisque ibi, lavabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis." At in Graeco LXX omnia ut apud Clementem, hoc excepto, εἰσπορευόμενος εἰς τὰ ἅγια. Clementis Antverpiensis editio, εἰσπορευόμενος αὐτὸς εἰς τὸ ἅγιον. Romana rectius, εἰσπορευομένου αὐτοῦ εἰς τὸ ἅγιον. COL.

32, 25. ἀποδύεται] Respicere videtur 2 Cor. 5, 2, 3, 4. unde corpus, quod Apostolus σκῆνος, noster στολὴν vocat. POTT.

P. 33, l. 8. Αἰγυπτίων] Paria sunt quae dicit Eusebius Praeparationis evangelicae 3, 11. ἥλιον δὲ σημαίνουσί ποτε μὲν δι' ἀνθρώπου ἐπιβεβηκότος πλοίου, ἐπὶ κροκοδείλου κειμένου. δηλοῖ δὲ τὸ μὲν πλοῖον τὴν ἐν ὑγρῷ κίνησιν, ὁ δὲ κροκόδειλος πότιμον ὕδωρ, ἐν ᾧ φέρεται ὁ ἥλιος. ἐσημαίνετο τοίνυν ὁ ἥλιος δι' ἀέρος ὑγροῦ καὶ γλυκέος τὴν περιπόλησιν ποιεῖσθαι. Quorum verborum pars prior Clementis auctoritate, sensu etiam exigente, hoc modo scribi debet, ἥλιον δὲ σημαίνουσι ποτὲ μὲν δι' ἀνθρώπου ἐπιβεβηκότος πλοίου, ποτὲ δὲ ἐπὶ κροκοδείλου κειμ. POTT.

33, 15. θεοῦ] Horus Apollo lib. 1. θεὸν βουλόμενοι σημῆναι . . . ἱέρακα ζωγραφοῦσι· . . . διὰ τὸ πολύγονον εἶναι τὸ ζῶον καὶ πολυχρόνιον. POTT.

33, 20. *τοὺς ὀφθαλμοὺς*] Diodorus Siculus 3, 4. *ὁ δὲ ὀφθαλμὸς δίκης τηρητής.* POTT.

33, 23. *ἀλκῆς*] Horus 1, 18. *ἀλκὴν δὲ γράφοντες, λέοντος τὰ ἔμπροσθεν ζωγραφοῦσι, διὰ τὸ εὐσθενέστερα αὐτῷ ὑπάρχειν ταῦτα τὰ μέλη τοῦ σώματος.* POTT.

P. 34, l. 1. *κωμασίαις*] Conf. quae de hac voce annotat Nicolaus Caussinus in libro De symbolica Aegyptiorum sapientia p. 207, 208. POTT.

34, 6. *ἡλίου*] Horus lib. 1. de accipitre agens ait, *δοκεῖ καὶ ἡλίου εἴδωλον ὑπάρχειν παρὰ πάντα τὰ πετεινὰ πρὸς τὰς αὐτοῦ ἀκτῖνας ὀξυωπούν· ἀφ' οὗ καὶ οἱ ἰατροὶ πρὸς ἴασιν ὀφθαλμῶν τῇ ἱερακίᾳ βοτάνῃ χρῶνται· ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον, ὡς κύριον ὄντα ὁράσεως, ἔσθ' ὅτε ἱερακόμορφον ζωγραφοῦσιν.* POTT.

34, 7. *ἡλίῳ*] Heraclitus Ponticus lib. De allegoriis Homericis [cap. 14.] ait, *αἱ λοιμικαὶ νόσοι τὴν μεγίστην ἔχουσι τῆς φθορᾶς πρόφασιν πρὸς τὸν ἥλιον.* Proinde vult Homerum Apollini auctori pestem, qua Graeci laborarunt, tribuisse in Iliad. 1. POTT.

34, 8. *τῷ μέλανι*] Haec explicabit Aristoteles H. A. 9, 27. *αἱ δ' ἶβιες, αἱ ἐν Αἰγύπτῳ, εἰσὶ μὲν δισσαί· αἱ μὲν λευκαὶ αὐτῶν, αἱ δὲ μέλαιναι. ἐν μὲν οὖν τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ αἱ λευκαὶ εἰσὶ, πλὴν ἐν Πηλουσίῳ οὐ γίνονται· αἱ δὲ μέλαιναι ἐν τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ οὐκ εἰσὶν, ἐν Πηλουσίῳ δ' εἰσί.* Similiter Plinius H. N. 10, 30. "Ibis circa Pelusium tantum nigra est, ceteris omnibus locis candida." Aelianus autem loquitur ac si eadem Ibis utrasque, nigras et albas pennas habuerit, N. A. 10, 30. ubi narrat, Ibin "Mercurio sermonis parenti in amore esse, quod sermonis speciem quandam praebeat, namque ejus nigrae pennae cum tacito et nondum emisso sermone, candidae cum prolato, quique internos sensus enuntiat, conferri possunt." POTT.

34, 21. *Ἰδανθούραν*] Meminit illius symbolicae legationis etiam Herodotus 4. p. 167. et Athenaeus 8. p. 166, 949. H. SYLB. Porro regem hunc Herodotus Indathyrsum vocat 4, 127. Indathyrsam Plutarchus lib. De communibus notionibus adv. Stoicos. POTT. *ἠδανθοῦραν* MS. Ottob.

P. 35, l. 7. *Ἀνάχαρσιν*] Laertius 1, 104. De Anacharside haec scribit, *ἐπιγράφεται δὲ αὐτοῦ ταῖς εἰκόσι, γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν.* Plutarchus lib. De garrulitate, p. 335. *Ἀνάχαρσις, ἑστιαθεὶς παρὰ Σόλωνι, καὶ κοιμώμενος ὤφθη τὴν μὲν ἀριστερὰν χεῖρα τοῖς μορίοις, τὴν δὲ δεξιὰν τῷ στόματι προσκειμένην ἔχων· ἐγκρατεστέρου γὰρ φέτο χαλινοῦ δεῖσθαι τὴν γλῶσσαν.* POTT.

35, 11. *ἐνδιατρίβειν*] Post hoc verbum subaudiendum *χρὴ, χρεία*, vel simile quid. Ad sequentia quadrant quae de Alexarchi Uranopoli narrantur ab Athenaeo 3. p. 50, 13. SYLB.

35, 13. *τὰ Ἐφέσια καλούμενα*] Ita prius Clemens *τῶν Ἐφεσίων λεγομένων γραμμάτων*, Strom. 1. p. 360. ubi conf. annotata. Eustathius nominis rationem tradit, *Ἐφέσια γράμματα: ἐπῳδαὶ, δι' ὧν τινες ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐσώθησαν, καὶ ἀγῶνας ἐνίκησαν· φωναί τινες ἦσαν ἐπὶ στεφάνης, καὶ ζώνης, καὶ τῶν ποδῶν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος αἰνιγματῶδες γεγραμμέναι· ὅθεν καὶ τοῖς ἀσαφῶς λαλουμένοις λέγεται, Ἐφέσια γράμματα.* POTT.

35, 18. *καὶ Τετρὰς*] Th. Canterus Var. Lect. 1, 18. Ephesiis voces quasdam et notulas magicas fuisse docet, quibus utentes in omni negotio superiores evaderent. Hesychius, *Ἐφέσια γράμματα ἦν πάλαι, ὕστερον δὲ προσέθεσάν τινες ἀπατεῶνες καὶ ἄλλα. φασὶ δὲ τῶν πρώτων τὰ*

ὀνόματα τάδε· ἄσκι, αἶξ, τέτραξ, δαμναμενεὺς, αἴσιον. In iis quae sequuntur, Erasmus ait librariorum incuria omissum quid τέτραξ significaret, id quod resarcit ex hoc loco Canter. Vide Erasmum Chil. 2. cent. 8. prov. 49. Suspicari tamen potes, cum in interpretatione singulorum legas τὸ δὲ αἶξ, αὐτὸς, ac esse haec duo, αἶξ ἡ γῆ, τέτραξ ἐναυτός· nisi malis corrigere ex Clemente λιξ ἡ γῆ. Nota item Hesychium tenebras dicere ἄσκι, lucem κατάσκι, αἴσιον, ἀληθὲς verum, et Clementem τετράδα dictum putare annum διὰ τὰς ὥρας, propter quaternionem tempestatum quadripartitarum hiemis, veris, aestatis et autumni, quas antea τέσσαρας τοῦ ἔτους τροπὰς dixit, quatuor anni conversiones 570, 60. Eodemque modo interpretatus est duodecim lapides illos Hieronymus ad Fabiolam De vestitu sacerdotum, cum in singulis versiculis singula dixit assignari tempora, et his ternos menses deputari. COL.

35, 22. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ] Erat ille patria Alexandrinus, Rhodius etiam dictus. Strabo 14. p. 655. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀργοναύτας ποιήσας Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. Conf. Ger. Vossius lib. 1. De hist. Graec. POTT.

35, 28. τροχὸς] Conf. N. Caussinus l. c. p. 201, 202, 203, 223. POTT.

P. 36, l. 1. τῶν θαλλῶν] Conf. idem p. 203—206. POTT.

36, 21. στοιχειωτικὴ τῶν παίδων διδασκαλία] Scilicet verba quaedam, quibus pueri literarum elementa edocebantur: de quibus infra. POTT. Sic potius statuendum est, pueros, quo absolutius os fieret et expressior sermo, *nomina quaedam versusque affectatae difficultatis ex asperrime coeuntibus inter se syllabis concatenatos et velut confragosos quam citatissime volvere jussos esse*, Quintilian 1, 1, 37. LOBECK. Paralip. Gr. Gr. p. 119.

P. 37, l. 19. Ἀμασιγνήτων] Bochartus Chanaan p. 400. "Fortasse Telchines et Ignetes idem populus. Utrisque saltem eadem origo. Clem. Alex. lib. 5. Strom., dum in eo est ut probet voce Ζάψ apud veteres mare significari, addit ex Simmia Rhodio, Ἀμασιγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἁλυκὴ Ζάψ. Sed et Amasignetae nulli sunt, et juxta fabulatores, *Zaps* (id est mare) nata non est ex Telchinibus, sed Telchines ex Zabe, id est ex mari nati. Diodorus l. 5. τὴν δὲ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Ῥόδον πρῶτοι κατῴκησαν οἱ προσαγορευόμενοι Τελχῖνες. οὗτοι δὲ ἦσαν υἱοὶ μὲν θαλάσσης, ὡς ὁ μῦθος παραδέδωκε. Itaque in Clemente legendum:

"Αμμας
Ἰγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἁλυκὴ Ζάψ."

P. 38, l. 15. δάφνης κλάδοις] Scilicet ex recepto lustrandi apud Graecos more. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 2, 4. POTT.

38, 17. βέδυ] Conf. Origen. contra Celsum p. 416, 417, 418. et seq. ed. Cantabrig.; Salmasii, Exercit. Plinianae p. 629. ed. Traject. ad Rhen. "Κνακὸν pro albo multi dixere. Hinc Κνὰξ pro lacte in Symbolica veterum theologia, his verbis quae leguntur apud Clement. Alex. Strom. 5. Βέδυ, ζὰψ, χθὼν, πλῆκτρον, σφὶγξ, κνὰξ, ζβὶχ, θύπτης, φλεγμὸς, δρώψ. Ubi κνὰξ quidam interpretabantur morbum ἀπὸ τοῦ κναίειν. Alii lac. Hesychius: Κνὰξ, γάλα. Sic autem distinximus apud Clementem, ubi vulgo habetur, κνὰξ ζβὶ, χθύπτην. Ibi quippe κνὰξ ζβὶχ lac album significat juxta quosdam. Hesychius: Ζβὶχ, λευκόν. Thespis tragicus ita accepit his versibus qui exstant apud eundem Clem. sic emendandi ac digerendi,

ἴδε σοι σπένδω κνὰξ ζβίχ λευκὸν
ἀπὸ θηλαμύνων θλίψας κνακῶν.
ἴδε σοι θύπτην τυρὸν μίξας
ἐρυθρῷ μέλιτι, κιτὰ τῶν σῶν, Πὰν
δίκερως, τίθεμαι βωμῶν ἁγίων·
ἴδε σοι Βρομίου αἷβοπα φλεγμὸν
λείβω.

Verba illa veteris aenigmaticae theologiae ita Thespis interpretatus erat, κνὰξ ζβίχ de lacte albo, expresso ex matribus rufis, ἀπὸ θηλαμύνων κνακῶν. Vaccas ita vocat, quae rufae sunt. Hesychius, Θηλαμὼν, τροφός. Albas etiam vaccas liceat exponere. Θύπτην idem Thespis caseum exponit. Hesychius, Θύπτης, τυρός. At φλεγμὸς est sanguis. Idem, Φλεγμὸς, αἷμα. Hinc αἷβοπα φλεγμὸν Βρομίου de vino accepit. Gale Praefat. ad Apollod. in Hist. poet. Script. antiq. p. 16, 17. Apollodorus Corycraeus memoratur a Clem. Alexandrino Strom. 5. ubi narrat quid de Branchi vatis lustrali carmine (non autem Empedoclis, ut scripsit Jonsius) Apollodorus ille prodidit. De hoc alibi me legere non memini; cur autem cum Atheniensi aliquis hunc eundem esse velit, nihil est, opinor, quod vereamur. Quoniam autem incidit mentio *carminis* istius apud Clem. Alex. valde aenigmatici, in quo explicando multi olim sudarunt viri docti, proferam hic in medium quae Porphyrius ad id commentatus est, nondum, quod sciam, a quoquam producta. Πορφυρίου φιλοσόφου περὶ τοῦ κνάξ· ζβί· χθύ· πτίς· φλέγμου· δρόψ· ἑρμηνεία. [Codex Oxon. ap. Bentl. in Epist. ad Millium p. 49. περὶ τοῦ κναξζβί, χθύπτης, φλεγμὸ, δρὸψ ἑρμηνεία.] Apud Clementem Alex. paulo aliter: κναξζβί, χθύπτης, φλεγμὸς, δρώψ· et quidem rectius: nam voces istae sunt τεχνικαὶ, et continere debent elementa linguae Graecae omnia, prout Clementis locus ea exhibet. Sed Porphyrium audiamus, ἐν Δελφοῖς εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται· τράγος ἰχθῦί ἐπὶ δελφῖνος ἐπικείμενος. κνὰξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος κατ' ἀποκοπὴν τῶν στοιχείων τοῦ κῶς, ἢ [ἢ om. cod. Oxon.] καὶ πάλιν ἀφαίρεσις [ἀφαίρεσιν cod. Oxon. Recte Bentl. κων καὶ πάλιν πρόσθεσιν]· τοῦ ξ. κνάκον γὰρ καλεῖται, ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν Βουκόλοις λέγει· οἷον τράγος καὶ ἰχθὺς, ὁ μὲν φλεγόμενος, ὁ δὲ δρὸν ὀψόν. [Codex Oxon. κνάκον γὰρ καλεῖται—ὁ δὲ δρὸψ ὄψον. Recte Bentleius κνάκων ex Theocr. 3, 5. ubi κνάκωνα.] λέγει δὲ ὅτι ὁ τράγος φλεγόμενός ἐστιν πάντοτε ὑπὸ λαγνείας [λαγνίας cod. Oxon.] ὅτι εἰάν τις τὰς ῥῖνας αὐτοῦ ἀπασφαλίσῃ [ἀποσφαλίσει codex Oxon.], διὰ τῶν κεράτων ἀναπνεῖ. Multa in his sunt, sive scribae antiqui incuria, sive rei ipsius obscuritate δυσνόητα. Imo ipse philosophus quasi nec sibi nec aliis satisfecisse se crederet, aliam statim subnectit interpretationem, et ipsam quoque mancam, ἴχει δὲ καὶ ἑτέραν ἑρμηνείαν, οὕτως, τὸ κνὰξ ζβὶ γάλα ἐστί· τὸ δὲ χθὺ πτὶς τυρός· δρὸψ ὁ ἄνθρωπος· δρώπες γὰρ ἄνθρωποι λέγονται. [Cod. Oxon. τὸ κναξζβὶ γάλα ἐστὶν, τὸ δὲ χθύπτης, τυρὸς, δρὸψ δὲ ἄνθρωπος etc.] Haec eadem fere apud Hesychium habes in ζαβίχ, δρὼψ, et κνακὸν, ubi πυρρὸς pro πυρὸς non esse substituendum constat ex eodem Hesychio in κνηκὸν et κνηκός. Apud Clementem Alexand. aliud eodem loco adducitur carmen, huic plane simile. Βάδω, ζὰψ, χθὼν, πλῆκτρον, σφίγξ, in quo etiam Alphabetum Graecum exprehenditur. Nec multum discrepat Porphyriana hujus carminis explicatio a Clementina. Sic enim pergit Porphyrius, καὶ ἕτερα δὲ πλείστα τοιαῦτα διὰ τῶν κδ' στοιχείων ἀπαρτίζοντα ἴδιον σκοπὸν ἔχοντα, οἷον, βάδω (βάδν), ζὰψ, χθὼ (χθὼν perperam), πλῆκτρον, σφὶγξ (σφίγξ), ἃ ἐστιν κῶτ-

Βέδυ ἐστὶν ἡ ὑγρὰ οὐσία· ζὰψ ἡ πυρώδης οὐσία· χθὼν ἡ γῆ. Πλῆκτρον ὁ ἀήρ· σφὶγξ ἡ τούτων φιλία διὰ τὸ συνεσφίγχθαι. [Apud Bentleium βέδυ, ζὰψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφίγξ, ὅ ἐστιν οὕτως· βέδυ ἐστὶν ἡ ὑγρὰ οὐσία, ζὰψ ἡ πυρώδης οὐσία, χθὼ ἡ γῆ. πλῆκτρον δὲ ὁ ἀήρ, σφίγξ ἡ τούτων φιλία διὰ τὸ συνεσφίγχθαι.] Κλώδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης οὕτως ἡρμήνευσεν τὸ προκείμενον, ἀήρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. καὶ ἕτεροί τινες φιλόσοφοί τε καὶ ποιηταὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν (τρόπον male) [σκοπὸν apud Bentleium] ἡρμήνευσαν. Quanquam autem ex his dictionibus pleraeque aliquam significationem in Graeca lingua obtinuerint, inventas tamen existimo a grammaticis ad puerorum memoriam et pronuntiationem confirmandam; quod ipsum Clemens Alexandrinus innuit, ubi vocat στοιχειωτικὴν τῶν παίδων διδασκαλίαν. Monet quoque Quintilianus alicubi de hujusmodi auxiliis." POTT. Pro ζὰμψ, χθὼς, quod restituit Bentleius, ζὰψ, χθὼμ maluit Nauckius Fragm. Trag. p. 647.

38, 20. διαφέρειν] Fortasse aptius διαφθείρειν. SYLB.

38, 21. Θέσπις] Utrum ea quae sequuntur Thespidis, an alterius cujusquam fuerint, disputat Bentleius Dissert. in Phalaridis epistolas p. 241. POTT.

P. 39, l. 7. πρώτην τροφὴν] Ita edimus, cum male legeretur ante πρώκτην. Nisi si quis malit ex eo fieri τρώκτην alimentum esui accommodatum. HEINSIUS. Πρώκτη τροφὴ fortasse quasi προΐκτη, nisi verius τρώκτη. SYLB. Recte Heinsius.

39, 10. δρὼψ] Hesychius, δρὼψ ὁ ἄνθρωπος. POTT. Fortasse hic quoque δρὼψ scribendum, ut supra necessario scribendum erat cum Bentleio.

39, 23. τοῖς ἀρότροις] τοῖς ἀρότροις et τοῖς αὔλαξι absolute posita sunt; eodem nempe casu, quo vocabula quae per haec explanantur. SYLB.

P. 40, l. 3. θεολόγῳ] Hoc est, Orpheo rerum divinarum interpreti. POTT.

40, 4. Πυθαγόρειοι] Stobaeus Flor. 5, 72. a Pottero citatus, καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον ὡς τὸ συμβολικόν· οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος, ὥστε μὴ λέγειν "Ἀείσω ξυνετοῖς, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι·" ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν κρυπτόμενόν ἐστι καὶ τὸ κρύπτεσθαι νοούμενον.

40, 9. Ἡρακλείτου] Heraclides, seu Heraclitus, lib. De allegoriis Homericis ait: Ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἀσαφῆ καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικά. Seneca epist. 12. "Heraclitus, cui nomen σκοτεινὸν fuit, orationis obscuritas." Cicero De finibus, l. 2. "Heraclitus, qui cognomento σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit," etc. Tatianus p. 11. ed. Oxon. φασὶν Εὐριπίδην τὸν τραγῳδοποιὸν, κατιόντα καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' ὀλίγον τὸ Ἡρακλείτου σκότος σπουδαίως παραδεδωκέναι. Diogenes L. 2, 22. de Socrate haec narrat, φασὶ δ' Εὐριπίδην αὐτῷ δόντα τὸ Ἡρακλείτου σύγγραμμα ἐρέσθαι, τί δοκεῖ; τὸν δὲ φάναι; ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα· πλὴν, Δηλίου γέ τινος δεῖται κολυμβητοῦ. Eadem refert Suidas in v. Δηλίου κολυμβητοῦ. POTT.

40, 11. ἡ Φερεκύδους θεολογία] Pherecydes in epistola ad Thaletem, quae apud Laertium exstat, de suo libro haec dicit, ἅσσα δ' ἂν ἐπιλέγῃ θεολογέων, τὰ ἄλλα νοεῖν χρή· ἅπαντα γὰρ αἰνίσσομαι. De Pherecydis

Θεολογίᾳ seu Θεογονίᾳ conf. quae memorat Suidas. Conf. etiam Tatianus p 14. edit. Oxon.; Origenes adv. Cels. p. 303, edit. Cantabrig. POTT.

40, 12. Εὐφορίων] Cicero De divinat. 2, 64. "Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus! Ille vero nimis etiam obscurus Euphorion. At non Homerus. Uter igitur melior? Valde Heraclitus obscurus, minime Democritus. num igitur conferendi?" POTT.

τὰ Καλλιμάχου Αἴτια] Bentleius nostras ad Callimachum haec annotat p. 345. [p. 464. ed. Ern.] "Clemens Alex. Strom. lib. 5. Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς, καὶ Καλλιμάχου Ἶβις, καὶ τὰ Αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἔκκειται ἅπασι. Ita codex MS. Dionysii Salvagnii: in vulgatis Ἶβις abest. Suidas v. Καλλίμαχος. Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά." POTT. Vid. Salvagnium ad Ibin p. 47. ERNEST. ad Callim. p. 464.

40, 13. ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα] In hoc poemate Lycophron Cassandram, seu Alexandram, Priami filiam, introducit, de Graecorum Trojanorumque calamitatibus obscure et oraculorum more vaticinantem. Unde τὸ σκοτεινὸν ποίημα dictum est. POTT.

40, 19. Μωυσῆς] Paria superius scripsit auctor, Paedag. 3, 11. p. 296, 297. et Strom. 2. p. 464. Quae cum his conferri poterunt. Sunt autem eorum pleraque, nonnullis mutatis, aliis omissis atque additis, sumta ex Barnabae epistola c. 10. et 11. p. 30, 31, 35, 36, 37. edit. Antverp. POTT.

P. 41, l. 4. ἀναμαρυκωμένων] Barnab. μαρυκωμένων. POTT.

41, 5. τί δὲ τὸ διχηλοῦν] Cotelerius ad Barnabae locum, postquam Clementis nostri verba attulisset, haec annotat "Quibus similia traduntur ab Origene homil. 7. in Leviticum, a Theodoreto quaest. 2. in eundem Scripturae librum, et a Procopio Gazaeo ibidem. Nobilis inprimis locus Porphyrii, ex Chaeremone de sacerdotibus Aegyptiorum ita disserentis De abstinentia 4, 7. ἰχθύων ἀπείχοντο πάντων, καὶ τετραπόδων ὅσα μώνυχα, ἢ πυλυσχιδῆ ἢ μὴ κερασφόρα· πτηνῶν δὲ, ὅσα σαρκοφάγα. POTT.

41, 23. ἐσθλῶν] Hi versus exstant in Theogn. Gnom. v. 35. Eosdem laudat Plato in Menone, ubi pro μαθήσεαι exstat διδάξεαι. POTT.

41, 24. συμμιγῆς] συμμιγῆς habent etiam Platonis ed. vulg. in Menone: metrum tamen requirit potius συμμιγέης, vel συμμιχθῆς. Sunt qui συμμίξης legant, et mox ἐνόντα. SYLB. Συμμιχθῆς in Theognide exstat. POTT.

P. 42, l. 1. φὼδῃ] Nempe Mosis Exod. 15. post Aegyptios in mari Rubro demersos. POTT.

ἐνδόξως] Paria dicit Philo in lib. De somniis p. 1145. τέθνηκε τὸ ἐπιτιθέμενον ἡμῖν πάθος, καὶ πρηνὲς ἄταφον ἔρριπται, μὴ μέλλωμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ στησάμενοι τὴν ἱεροπρεπεστάτην ᾠδωμεν φῳδὴν, παρακελευόμενοι λέγειν πᾶσιν· Ἄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. POTT.

42, 2. τὸ πολυσκελὲς) Philo lib. Περὶ τῶν μετονομαζ. p. 201. H. SYLB.

42, 7. Πλάτων ἐν τῷ Περὶ ψυχῆς] Dialogum De anima adducit Clemens, cum tamen locus de auriga, καὶ τοῦ ἀποστατήσαντος ἵππου, e Platonis Phaedro p. 247. sit desumtus. In quo Dialogo, plane metaphysico,

que, quas discipulis tradebat Aristoteles philosophus, regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. Alia erant quae nominabat ἐξωτερικά· alia quae appellabat ἀκροαματικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροαματικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur; quae ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebat." POTT.

46, 3. αὐτῶν] Fortasse rectius αὐτῷ. SYLB. Rittershusius αὐτοῦ scribendum monuit in Notis ad Porphyr. De vita Pythag. p. 53. POTT.

46, 4. τοῖς μύθοις] Credebant plerique Orphei, Homeri, aliorumque veterum poetarum fabulis arcana quaedam dogmata inesse. Conf. Heracliti libellus De allegoriis Homericis, alios ut taceam. POTT.

46, 10. Γοργίᾳ] P. 526.

46, 11. Φαίδωνι] P. 112.

46, 13. πολέμου] Aegyptius quidam sacerdos in Timaeo Platonis Soloni haec narrat p. 24 E. λέγει γὰρ τὰ γεγραμμένα, ὅσην ἡ πόλις ὑμῶν ἔπαυσέ ποτε δύναμιν ὕβρει πορευομένην ἅμα ἐπὶ πᾶσαν Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἔξωθεν ὁρμηθεῖσαν ἐξ Ἀτλαντικοῦ πελάγους. POTT.

46, 18. ναὶ μήν] Videtur haec sententia, inserta particula τί, cum interrogatione scribi oportere, ναὶ μὴν τί καὶ ἡ Πυθαγ —ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ κεκρυμμένον εἶναι πρὸς τοὺς πολλούς, ἠνίσσετο· *Imo vero quid Pythagorae duplex cum familiaribus consuetudo — nisi aliud quid esse eloquendum, aliud vero a vulgo occultandum, innuit?* Porro huc pertinent quae memorat Gellius 1, 9. "Ordo atque ratio Pythagorae, ac deinceps familiae successionis ejus, recipiendi instituendique discipulos hujuscemodi fuisse traditur. Jam a principio adolescentes qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum significat mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu sciscitari; eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat, et tempus certum tacere; non omnes idem, sed aliud aliis tempus pro aestimato captu solertiae. Is autem qui tacebat quae dicebantur ab aliis, audiebat; neque percunctari, si parum intellexerat, neque commentari quae audierat, fas erat; sed non minus quisquam tacuit quam biennium: hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ἀκουστικοί· ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque esse jam coeperant silentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία· tum verba facere et quaerere, quaeque audissent scribere, et quae ipsi opinarentur expromere potestas erat. Hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί· ab his, scilicet, artibus, quas jam dicere atque meditari inceptaverant: quoniam Geometriam et Gnomonicam, Musicam, ceterasque item disciplinas altiores μαθήματα veteres Graeci appellabant." POTT.

46, 20. ἑτέρους] Rittershusius ἑταίρους mavult in notis ad Porphyrium De vita Pythagorae p. 53. POTT.

γνησίως] Paulo superius, γνησίως φιλοσοφοῖεν. POTT.

46, 24. ἔνδοξον] Hanc distinctionem cum aliis in locis tum in Topicor. 1, 1. tradit Aristoteles, τὰς ἐπιστημονικὰς ἀρχὰς, *scientifica principia*, tradens esse τὰ δι' αὐτῶν ἔχοντα πίστιν, τὰ ἔνδοξα, *probabilia*, esse τὰ δοκοῦντα, *quae videntur* esse vera, sed certo non constant sic se habere. POTT.

46, 25. διαιρεῖν] Rittershusius l. c. διαιροῦν scribendum esse monuit. POTT.

P. 47, l. 10. ἡ μὲν] Proclus in Platonem, ὁ μὲν οὖν Πλάτων διαρρήδην τούς τε λόγους καὶ τὰς γνώσεις τοῖς γνωστοῖς διεῖλεν, ὁ δέ γε Παρμενίδης, καίτοι διὰ ποίησιν ἀσαφὴς ὤν, ὅμως καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐνδεικνύμενός φησιν

ἡ μὲν ἀληθείης ἐμφεγγέος ἀτρεμὲς ἦτορ,
ἡ δὲ βροτῶν δόξας, αἷς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής.

Diogenes Laertius ita citat

χρέω δέ σε πάντα πυθέσθαι,
ἠμὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ,
ἠδὲ βροτῶν δόξας, τῶν οὐκ ἔτι πίστις ἀληθής. COL.

Hos versus recitat etiam Sextus Empiricus lib. adv. Mathematicos p. 158. apud quem in primo versu Clementinum εὐπειθέος exstat, in secundo autem idem scribit ταῖς οὐκ ἔτι πίστις ἀληθὴς, quod rectius est quam illud Laertii τῶν οὐκ ἔτι. POTT.

47, 14. ἐγνωρίσθη] ἐγνώρισε Ephes. ubi mox ὃ ἐν ἑτέραις. POTT.

P. 48, l. 1. περιπατῆσαι ἀξίως] περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως Coloss. Dein, ibidem ἐν παντὶ ἔργῳ, et mox, εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ, ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι. POTT.

48, 8. ὃ νῦν] νυνὶ δὲ Coloss., ubi mox, τίς ὁ πλοῦτος, mascul. gen. Sed Clemens eidem voci neutrum genus paulo inferius bis tribuit. POTT.

48, 9. τὸ πλοῦτος] Coloss. ὁ πλοῦτος, ut prius: et mox μυστηρίου τούτου. POTT.

48, 18. νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον] καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον addunt vulg. Biblia. POTT.

48, 20. Χριστῷ] Χριστῷ Ἰησοῦ Coloss.

48, 24. οὐ πάντων] Respicit 1 Cor. 8, 7. οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. POTT.

48, 26. πᾶν πλοῦτος] Coloss. πάντα πλοῦτον masculine, ut supra: et mox, τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ, dein, ἐν εὐχαριστίᾳ. POTT.

P. 49, l. 7. θύραν τοῦ λαλῆσαι τὸ μυστήριον] θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον, Coloss. POTT.

49, 23. ἁπλούστερον] Ex Barnabae cap. 6.

49, 25. τί λέγει ὁ ἄλλος προφήτης Μωυσῆς αὐτοῖς] Barnabas, λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς. POTT.

ὁ ἄλλος προφήτης] Fortasse aptius, ὁ ἅγιος προφ. vel ὁ παλαιὸς προφ.; nam ἄλλος parum huc quadrat: inquit Sylburgius non advertens praecessisse apud Barnabam, e quo Clemens haec recitat, *alterius prophetae mentionem*. POTT.

49, 27. κύριος ὁ θεὸς Ἀβραάμ] κύριος τῷ Ἀβραάμ Barnab. POTT.

P. 50, l. 1. γνῶσις] Sic vocat sensus spiritualis et mystici doctrinam. POTT.

50, 3. γὰρ] om. Barnabas.

50, 4. γῆς] τῆς γῆς Barnab.

50, 5. εἰς] Haec praepositio abest a Barnaba, ubi mox εὐλογητὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ ν. POTT.

50, 8. παραβολὴν] Haec verba in sacris libris frustra quaerentur. Similia occurrunt Iesai. 40, 13. Proverb. 1. 6. Eccles. 1, 10. POTT.

50, 11. μυστήριον] Ex Iesaiae 2, 16. sumsit haec, quodcunque tandem sit, illud Evangelium: μυστήριον, inquit, ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ οἴκου μου. A Graeco LXX in Antverpiensi editione absunt haec, at in

Romana nupera in Annotationib. post illa verba, *ἐλπὶς τῷ εὐσεβεῖ*, in nonnullis libris haec sequuntur, *καὶ εἶπε τὸ μυστήριόν μου ἐμοί. Τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς* Latina vulg. *Secretum meum mihi.* Hieronymus monet in LXX non haberi, sed de Theodotionis translatione esse addita, nec habet Cyrillus. S. quidem Chrysostomus et Theodoretus ita legunt. Apud Procopium a J. Curterio editum adduntur haec sub asterisco tanquam ex aliis editionibus accepta, et in commentario ex interpretatione Symmachi, ea esse significatur. Citantur ab Augustino in Ps. 7. Translatio paraph. Chald. "Secretum praemium justorum revelatum est mihi, secretum vindicta in justorum revelata est mihi." COL.

50, 15. *εἷς ἀγαθὸς*] Respicit Matth. 19, 17. *οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός.* POTT.

50, 16. *τὸ γνῶναι*] Respicit Joan. 17, 3. *αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν.* POTT.

50, 20. *θησαυροὺς ἀποκρύφους*] Iesai. 45. *θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγ.* POTT.

50, 27. *λόγοι οὐδὲ λαλιαὶ*] *λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀν.* Psalm. POTT.

50, 28. *ποιήσει*] Haec verba quo loco S. Scripturae exstent nondum potui reperire. POTT.

P. 51, l. 4. *τὸν Δία*] Respicere videtur Pandorae dolium, e quo Jovis consilio mala omnia in humanum genus provolasse feruntur: de qua Hesiodus Op. 94—100. Vel alludit ad *Jovis dolia* quae memorat Homerus Il. 24, 527. POTT.

51, 6. *φησὶ πρὸς ὑμᾶς ὁ ἀπόστολος*] Arcesius mavult simplici et usitato constructionis ordine *ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, φησὶν ὁ ἀπόστολος.* Sed ejusmodi trajectiones apud Clementem non sunt infrequentes. SYLB.

51, 7. Χριστοῦ] *τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ* Rom. POTT.

*τὸ πνευματικὸν*] Respicit Rom. 1, 11. *ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.* Dein Rom. 15, 29. *οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι.* Dein Rom. 16, 25. *τῷ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν*, et quae sequuntur. POTT.

P. 52, l. 3. *θεοῦ σοφίαν*] *σοφίαν θεοῦ* apud Paulum. POTT.

52, 6. *κἀγὼ*] *καὶ ἐγὼ* ibid., ubi mox *ὑμῖν λαλῆσαι* pro *λαλῆσαι ὑμῖν.* Dein *σαρκικοῖς* pro *σαρκίνοις·* item *καὶ οὐ* pro *οὐ·* et *ἠδύνασθε* pro *ἐδύνασθε·* item *οὔτε* pro *οὐδέ·* denique *σαρκικοί ἐστε* pro *ἐστὲ σαρκικοί.* POTT.

52, 10. *εἰ τοίνυν*] Respicit Heb. 5, 13. 14. *πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης (νήπιος γάρ ἐστιν)· τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή.* POTT.

52, 13. *ἐποπτικὴ*] Plenam atque ultimam mysteriorum inspectionem *ἔποψιν* vocabant. POTT.

52, 16. Χριστὸς] Χρηστὸς Psalm.; quod Clemens, una litera mutata, ad propositum suum accommodavit, ut superius Protrept. p. 72. POTT.

52, 18. *ψυχὴ*] In Platonis Protagora p. 313 C. Hippocrates et Socrates haec loquuntur: *Ἱππ. Τρέφεται δὲ ψυχὴ, ὦ Σώκρατες, τίνι; Σωκρ. Μαθήμασι.* POTT.

52, 20. *λόγου*] Joan. 1, 14. *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Respicit etiam Joan. 6, 53. et seq., ubi de esu carnis sanguinisque sui agit Christus. POTT.

52, 21. Πλάτων] Platonis verba reperiuntur De repub. 2. p. 378 A. sensu paulum diverso ab eo, quem voluisse videtur Clemens. Nam cum facinora quaedam, quae diis tribuunt poetae, memorasset, statim addit, *οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους, ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι· εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους οὐ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅ τι ὅπως ἐλαχίστοις συνέβη ἀκοῦσαι.* POTT.

52, 25. *ὑπὲρ ἡμῶν*] Fed. Morellus "In verbis Pauli non puto consulto omissa esse illa a Clemente *ὑπὲρ ἡμῶν*, quae sic ipse explicat *ὑπὲρ ἡμῶν σφαγιαζόμενος*, ut ego quidem legendum arbitror, non *ἁγιαζόμενος*." COL.

P. 53, l. 2. *μελέτη θανάτου*] Multa in hunc sensum loquitur Soc. Plat. in Phaedone, ubi inter alia dicit p. 64. quod *οἱ ἁπτόμενοι φιλοσοφίας . . . οὐδὲν ἄλλο ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι.* Quod explicans addit paulo post, *ἄλλος ἐστὶν ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος κοινωνίας.* Dein rationem inferius subjungit, *λογίζεται δέ γέ που τότε κάλλιστα, ὅταν αὐτὴν τούτων μηδὲν παραλυπῇ, μήτε ἀκοὴ, μήτε ἀλγηδὼν, μήτε τις ἡδονὴ, ἀλλ' ὅτι μάλιστα αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνηται, ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα, καὶ καθόσον δύναται, μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ, μηδ' ἁπτομένη, ὀρέγεται τοῦ ὄντος.* POTT.

53, 8. *πενταετίας σιωπὴ*] Quinquennalis apud Pythagoram silentii meminit Plutarchus De curiositate p. 309. Πυθαγόρας, inquit, *ἔταξε τοῖς νέοις πενταετῆ σιωπὴν, ἐχεμυθίαν προσαγορεύσας.* H. SYLB. Laertius in Pythagora 8, 10. *καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ . . . πεντετείαν ἡσύχαζον μόνον τῶν λόγων κατακούοντες, καὶ οὐδέπω Πυθαγόραν ὁρῶντες, εἰς ὃ δοκιμασθεῖεν.* Similia referunt alii quamplurimi, sed Clementi proxima sunt quae exstant in Auctione animarum apud Lucianum, *Ἀγο. Φέρε δὴ ἣν πρίωμαί σε, τί με διδάξεις; Πυθαγ. Διδάξω μὲν οὐδέν, ἀναμνήσω δέ. Ἀγο. Πῶς ἀναμνήσεις; Πυθ. Καθαρὰν πρότερον τὴν ψυχὴν ἐργασάμενος, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ ῥύπον ἐκκλύσας. Ἀγο. Καὶ δὴ νόμισον ἤδη κεκαθάρθαι με· τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναμνήσεως; Πυθ. Τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίη μακρὴ καὶ ἀφωνίη, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλεῖν μηδέν.* Non tamen omnibus idem erat silentii tempus, sed aliud aliis pro aestimato captu solertiae. Sed non minus quisquam tacuit quam biennium: quod superius observatum est ex Gellii 1, 9. POTT.

53, 17. *οἱ δὲ πλεῖστοι*] Philo lib. De sacrificiis Abel et Cain p. 146. [vol. 1. p. 182.] *οὐ γὰρ δυνάμεθα διηνεκῶς τὸ ἄξιον τοῦ αἰτίου κεφάλαιον ἐν ψυχῇ ταμιεῦσαι τῇ ἑαυτῶν, τὸ, Οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός· ἵνα ἅπαντα τὰ ἀνθρωπολογούμενα ὑπερκύψωμεν, ἀλλὰ πλεῖστον μετέχοντες τοῦ θνητοῦ, καὶ χωρὶς αὐτῶν ἐπινοῆσαι μηδὲν δυνάμενοι, μήτε ἐκβῆναι τὰς ἰδίας κῆρας ἰσχύοντες, ἀλλ' εἰς τὸ θνητὸν εἰσδυόμενοι καθάπερ οἱ κοχλίαι, καὶ περὶ αὐτοὺς ὥσπερ ἐκεῖνοι σφαιρηδὸν εἱλούμενοι, καὶ περὶ τοῦ μακαρίου καὶ ἀφθάρτου, καὶ περὶ αὐτῶν δοξαζόμενον, τὴν μὲν ἀτοπίαν τοῦ λόγου, ὅτι ἀνθρωπόμορφον τὸ θεῖον, ἀποδιδράσκοντες, τὴν δὲ ἐν τοῖς ἔργοις ἀσέβειαν, ὅτι ἀνθρωποπαθὲς, ἐπανορθούμενοι· διὰ τοῦτο χεῖρας, πόδας, εἰσόδους, ἐξόδους, ἕχθρας, ἀποστροφὰς, ἀλλοτριώσεις, ὀργὰς προσαναπλάττομεν, ἀνοίκεια μέρη καὶ πάθη τοῦ αἰτίου.* Ubi pro *ὥσπερ ἐκεῖνοι σφ.* scribendum ex Clemente, *ὥσπερ ἐχῖνοι σφ.* Mox pro *καὶ περὶ αὐτῶν* legendum itidem ex Clemente, *οἷα καὶ περὶ αὐτῶν.* POTT.

P. 54, l. 5. Καλλίμαχος] Verba ipsa sat bene distincta sunt: res tamen aliam desiderare distinctionem videntur: ita sc. ut Callimacho tribuatur sententia quae sequitur, non quae antecedit: itidemque Bacchylidi. Id sane innuit Callimachi locus similis infra p. 254, 22.

Unde mutilatione aliqua perversam esse structurae cohaerentiam non absurde suspiceris. SYLB. Sylburgio recte adversatur Potterus in annotatione ad verba proxima Bacchylidis.

54, 6. ἕτερος] Apud Cyrillum lib. 1. contra Julianum "Atqui illud in praesentiarum dixisse operae pretium existimarim, quod vere a quibusdam celebratur proverbium, Sapiens alius ab alio. Manifestum autem, quod posteriores a prioribus didicerint, et non priores a posterioribus." In margine additur, Σοφὸς ἄλλος ἀπ' ἄλλου. At hic in Graeco ἕτερος δ' ἐξ ἑτέρου σοφός. COL.

54, 7. Βακχυλίδης] Hujusce sententiae partem posteriorem recitat Theodoretus Θεραπ. α' p. 477, quem in librum ex Clemente nostro plurima transtulit. Porro sententia cum ea, quae Bacchylidis nomen praecedit, tum ea, quae id sequitur, ejus est. Quod quidem tam ex verborum constructione et ordine patet quam ex sensu, qui sic se habet "Alii ex aliis sapientiam discunt; non enim facile est per se invenire," etc. Proinde, rejicienda Sylburgii sententia superius posita. POTT.

54, 9. Ἰσοκράτης—] Eadem recitat Stobaeus serm. 1, qui est De virtute. POTT.

54, 10. καλῶ] ἔχω Isocr. elegantius. POTT.

54, 12. ἐπιτυχῇ] Stobaeus ἐπὶ τύχῃ. POTT.

54, 15. ὁμιλοῦντας ἀεὶ τοῖς πλησιάζουσι] Ὁμιλοῦντας τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι Isocrat. et Stob., quos tamen malim ex Clemente quam hunc ex illis corrigere. POTT.

54, 17. ἐλαφροτάτους] Isocrates ἐλαφροτέρους, sed cum Clemente ἐλαφροτάτους exhibet Stobaeus. Mox ξυνοῦσι pro συνοῦσι Isocr., Stob. Dein, ἡδονῶν ἀεὶ κρατοῦντας pro ἡδονῶν κρατοῦντας uterque dant. Paulo post, ἡττημένους pro ἡττωμένους Stob. POTT.

54, 20. ἀναστρεφομένους] Rectius διακειμένους Isocr., Stob. Ἀναστρεφομένους glossema esse videtur. POTT.

ἀξιως] Stob. ἀξίους scribit male. POTT.

54, 21. ἐστί] Abest ab Isocr. et Stob. Proximum τούς non agnoscit Stob. POTT.

54, 22. ἐξισταμένους] Hanc vocem tuetur etiam Stobaeus; sed ἐξανισταμένους exhibet Isocrates, qui hinc emendandus videtur. Mox, γιγνομένους pro γινομένους Isocr., Stob. Dein ἐμμένοντας pro ἐπιμένοντας iidem rectius. POTT.

54, 24. εὖ φρονούντων] εὐφρονούντων conjuncte Stob. POTT.

εἶτα] Paucis videlicet verbis interpositis. POTT.

P. 55, l. 4. μακάριοι] Respicit Matth. 5. 6. μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. POTT.

55, 10. σοὶ τῷ π.] Victorius Var. lect. 13, 2. "Qui in vetere cultu deorum deos invocabant, nominibusque ipsos appellabant, timentes ne apud eos offenderent, si forte non suo nec grato illis nomine vocassent, saepe veniam errati sui petebant, totosque se ad eorum voluntatem referebant, in arbitrio ipsorum ponentes, ut e multis id nomen adsciscerent, quo magis delectarentur suaeque inscitiae ignoscerent. Hoc fecit Catullus in Hymno in Dianam; cum enim eam pluribus nominibus vocasset, addit, *Sis quocunque tibi placet sancta nomine;* et Euripides cujus locus citatur a Clemente lib. 5. Strom., et Socrates in Philebo: Καὶ νῦν τὴν Ἀφροδίτην ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτῃ προσαγορεύω." COL.

P. 56, l. 1. *ἐκθυσαμένοις*] Sic MS. Paris. *ἐκθησαμένοις* ed. Flor. POTT.

56, 3. *μυστηρίων*] Cereris Eleusiniae mysteria intelligit, quae passim apud auctores *κατ' ἐξοχὴν* dicta sunt *μυστήρια*. Eorum dignitatem indicant haec Aristotelis verba Rhetor. 2, 24. *τὰ μυστήρια πασῶν τιμιωτάτη τελετή*. Initiandi variis purgationibus praeparabantur. Sopater De divis. quaest. *μέλλων δὲ τοῖς καθαρσίοις τοῖς πρὸ τῆς τελετῆς ἐντυγχάνειν ἐκάλουν εὐδαίμονα ἑαυτόν*. Meminerunt etiam alii quamplurimi. *Minora* quaedam mysteria discebant, qui *majoribus* initiari cupiebant. Scholiastes Aristophanis Plut. v. 846. *ἔστι τὰ μικρὰ (μυστήρια) ὥσπερ προκάθαρσις καὶ προάγνευσις τῶν μεγάλων*. Hinc petita Marini allusio in Vita Procli, *ἀχθέντα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς ὥσπερ τινῶν προτελετῶν καὶ μικρῶν μυστηρίων εἰς τὴν Πλάτωνος ἦγεν μυσταγωγίαν ἐν τάξει, καὶ οὐχ ὑπερβάθμιον πόδα, κατὰ τὸ λόγιον, τείνοντα· καὶ τὰς παρ' ἐκείνων θείας τελετὰς ἐποπτεύειν ἐποίει*. Conf. annot. ad Strom. 1. p. 325. POTT.

56, 4. *βαρβάροις*] I. e. Christianis. *Lavacrum* vocat baptismum, *τὸ λουτρὸν παλιγγενεσίας*, Tit. 3, 5. POTT.

56, 11. *ὁμολογίᾳ*] Eorum, qui ad Christi sacramentum accedebant, *confessionem* comparat lustrationi quae gentilium mysteriis praemitti solebat. POTT.

*ἀναλύσει*] Nempe *resolutionis* methodo, qua incipiendo a posterioribus ad ea quae sunt ordine priora progredimur. Huic contraria est *σύνθεσις*, quae a primis et simplicissimis incipiens ad ea progreditur quae ex his composita. POTT.

56, 17. *σημεῖον*] Hoc est punctum. Nam corpus sublata trina dimensione fit punctum. Eadem voce alibi utitur Clemens, et alii perinde auctores. POTT.

56, 22. *οὐχ ὅ ἐστιν, ὃ δὲ μή ἐστι*] Cicero: "Utinam tam facile possem verum invenire quam falsa refutare." H. POTT.

P. 57, l. 6. *ἀειδὴς*] His lucem afferent verba Philonis Judaei lib. De nominum mutatione, non procul ab initio, *Μωσῆς οὖν ὁ τῆς ἀειδοῦς φύσεως θεατὴς καὶ θεόπτης . . . πάντα διὰ πάντων ἐρευνήσας ἐζήτει τὸν τριπόθητον καὶ μόνον τηλαυγῶς ἰδεῖν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν εὗρισκεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐμφερῆ τινα ἰδέαν τῶν ἐλπιζομένων· τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων διδασκαλίαν ἀπογνοὺς ἐπ' αὐτὸ καταφεύγει τὸ ζητούμενον, καὶ δεῖται λέγων, ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν*. POTT.

57, 14. *ὁ λόγος*] Respicit Joan. 1, 14. *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*. Dein 1 Pet. 2, 3. *εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος*. POTT.

57, 18. *δένδρον*] Recitat Prov. 3, 18. ubi de sapientia agens Solomon dicit, *ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς*. POTT.

57, 20. *ἰδοὺ δίδωμι*] Haec citavit Clemens ex Deut. 30, 15, 16. et seq., verbis paulum mutatis. Priori eorum parti paria occurrunt Ecclesiastici cap. 15, 17. et alibi. POTT.

P. 58, l. 7. *διανοίας ὀμμάτων*] Similis phrasis occurrit Ephes. 1, 18. *πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν*. POTT.

58, 9. *σφραγῖδος*] *Sigilli*, nempe baptismalis, quod recipientes, fidem in *tres* personas divinas profitentur; unde et in aquam *ter* immergi antiquitus solebant. POTT.

58, 24. *ὑπερκείμενα*] Vide p. 688. LOWTH.

P. 59, l. 1. *κατήγγελε*] *κατήγγελε* ferri potest: si quis tamen 1 aor. *κατήγγειλε* malit, per me licet. SYLB.

59, 9. *μοι*] *μου* Ies. ubi etiam sententia quae huic est posterior priorem locum occupat. POTT.

59, 10. αἷμα] *μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι*; Psalm. 50, 13. POTT.

59, 19. οἵδε—λόγοι] Deos nempe sacrificia poscere. SYLB.

59, 20. *οὐ γὰρ χρείας*] Haec a Theodoreto bis in *Θεραπ.* Gent. Affect. citantur, primo serm. 4, dein sub finem serm. 7, ubi ea Socrati tribuit, nempe Platonico. POTT.

*πεποίηκε*] *ἐποίησε* Theod. serm. 7. Idem mox utroque serm.: *τιμὰς πρὸς ἀνθ.* Dein *θεῶν ἄλλων* absque articulo *τῶν*. POTT.

P. 60, l. 1. *ἀνθρωπίνων*] Act. *ἀνθρώπων*, et mox *ζωὴν καὶ πνοήν*. POTT.

60, 11. *χωρίον*] Plato Leg. 10. paulo ante finem, *ἔστω γὰρ νόμος ὅδε τοῖς ξύμπασι κείμενος ἁπλῶς· ἱερὰ μηδὲ εἷς ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἐκτήσθω. θύειν δ' ὅταν ἐπὶ νοῦν ἴῃ τινὶ, πρὸς τὰ δημόσια ἴτω θύσων*. Locus autem Platonis, quem recitare pergit Clemens, exstat Leg. 12. p. 956. POTT.

60, 13. *ἕτερος*] Scribendum e Platone *δευτέρως*. Ejus enim verba sunt haec p. 955 C. *θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῇ μὲν οὖν καὶ ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντως. μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς*. POTT.

60, 14. *χρυσὸς μὲν*] *χρυσὸς δέ* Plato recte: *χρυσός τε*. Theodoretus *θεραπ.* γ', ubi hunc locum citat. POTT.

*ἐν ἄλλαις τε πόλεσιν ἰδίᾳ*] Verba ita vertit Cicero De legibus: *In urbibus et in fanis invidiosa res est*; quasi legisset, *ἄλλως τε ἐν πόλεσιν ἰδίᾳ*. LOWTH. Malim cum ipso Platone haec sic scribere, *ἐν ἄλλαις τε πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς*. POTT.

60, 16. *εὐαγὲς*] *εὐχερές* Plato, *εὐαγές* Theodor. ex Clemente scilicet haec recitans. POTT.

60, 17. *ξύλον δὲ μονόξυλον*] Theodoretus imperfecte, *ξύλινα δέ, ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ ἐκ λίθου πρὸς τὰ κ.* Mox pro *θέλῃ, ἐθέλῃ* Plato, et statim *καὶ λίθου ὡσαύτως* recte pro *ὡς αὕτως καὶ λίθου*. POTT.

60, 20. *μεγάλῃ ἐπιστολῇ*] Septima p. 342.

60, 21. *τὰ*] Abest a Platone haec particula; ubi mox *ἀλλὰ ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης*. POTT.

60, 25. *καὶ ἀνέλαβεν*] Sophoniae locum istum in Hebr. textu exstare negat Fr. Junius; imo ne *Spiritus* quidem ullam esse mentionem in tota Sophoniae prophetia: itaque ex apocryphis haec, ut alia multa, citata videri. SYLB.

P. 61, l. 2. *τὸν γὰρ πατέρα*] Citantur ab aliis Patribus saepe haec verba Platonis in Timaeo, quae ita Latine vertit Cicero De universitate "Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire difficile est, et cum jam inveneris, indicare in vulgus nefas." Proferuntur a Cyrillo haec sola lib. 1. contra Julianum; at Theodoretus lib. 2. et lib. 4. contra Graecos addit quae hic etiam adjicit Clemens ex aliis fortasse locis Platonis "Neque enim hoc ita effabile homini sicuti caeterae disciplinae." Similis est sententia apud Mercurium Trismegistum citante Stobaeo tit. 78. De diis, *θεὸν μὲν νοῆσαι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον. τὸ γὰρ ἀσώματον σώματι σημῆναι ἀδύνατον*. Cyrillus loco citato, ut quidem habet interpres Latinus "Deum intelligere difficile est, eloqui autem impossibile, si cui etiam intelligere possibile. Incorporeum enim corpore significare impossibile." COL. Conf. superius Protrept. p. 59. ed. meae. POTT.

61, 4. *ῥητὸν*] Hoc ex septima Platonis epistola paulo superius citatum est. POTT.

61, 9. *εἰσῆλθε*] Philo lib. De mutatione nominum non procul a principio, *Μωσῆς οὖν ὁ τῆς ἀειδοῦς φύσεως θεατὴς καὶ θεόπτης (εἰς γὰρ τὸν γνόφον φασὶν αὐτὸν οἱ χρησμοὶ εἰσελθεῖν, τὴν ἀόρατον οὐσίαν αἰνιττόμενοι), πάντα διὰ πάντων ἐρευνήσας ἐζήτει τὸν τριπόθητον καὶ μόνον τηλαυγῶς ἰδεῖν.* Cf. Nazianz. Orat. *Περὶ θεολογίας*, et *Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα.* POTT.

61, 14. *ὠφελημένος*] Subaudiendum *ἐστίν*, aut pro *εἰπὼν* reponendum *εἶπεν.* SYLB.

61, 15. *εἷς ἔστ' αὐτοτελὴς*] Haec jam protulit in Protreptico p. 75. ubi legitur *εἷς ἔστ' αὐτογενής.* At hic *αὐτοτελής*, ut et apud Euseb. lib. 13. De praep. evang. In hoc versu notat Clemens ipse variam lectionem: quidam enim legunt, *ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται.* Alii, *πάντα πέφυκεν.* Prior lectio in Adhortatoria oratione Clementis ac Justini reperitur; posterior nusquam alibi, tertia vero est,

*Εἷς ἔστ' αὐτοτελὴς, αὐτοῦ δ' ὕπο πάντα τελεῖται.*

Sic Theodoretus l. 2, sic Eusebius Pr. Ev. 13. In libello etiam De monarchia legitur *τέτυκται.* Subjicit vero Clemens duos Orphei versus, qui apud Eusebium non adnectuntur superioribus. Illa enim verba, *νέφος ἐστήρικται*, sequitur *λοιπὸν ἐμοί.* At hic et apud Justinum in Adhortatoria et De monarchia sequitur:

*Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὅσσοις,*
*ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.* COL.

Conf. superius Protrept. p. 64. et quae ibi annotata sunt. Conf. etiam Justini M. lib. De monarchia p. 156, 157, 158. edit. Oxon., et quae ibi a nobis sunt annotata. POTT.

61, 24. *ἄνθρωπον*] Haec, nonnullis omissis, aliis mutatis recitat ex 2 Cor. 12. Porro Irenaeus perinde ac Clemens Paradisum a tertio coelo distinguit 2, 55. p. 183. edit. Oxon., ubi conf. not. POTT.

P. 62, l. 2. *ἀγίᾳ*] Fortasse scripsit auctor *ἀνθρωπίνῃ*, quod cum MSS. codd. abbreviare soleant in *ἀνῃ*, facile mutari potuit in *ἁγίᾳ.* Periodi enim hujusce sensus est, Deum a Paulo non dici *ἄρρητον*, *ineffabilem*, eo quod nefas sit ipsum eloqui; sed quod id sit hominibus, qui infra tertium coelum versantur, plane impossibile. POTT.

62, 8. *πολλοὺς οὐρανοὺς νοουμένους*] Haec verba loco alieno inserta esse cuilibet attendenti patebit. Proinde sic scribi poterit haec sententia, *ἀπορήσας γ' οὖν ἐν τῷ Τιμαίῳ εἰ χρὴ πλείονας κόσμους, πολλοὺς οὐρανοὺς νοουμένους, ἢ τοῦτον ἕνα νομίζειν.* Nisi potius ea verba interpretamenti loco margini ascripta in textum postea irrepsisse putanda sint. POTT.

62, 12. *πότερον*] Haec in Timaeo Platonis, ubi occurrunt p. 31. hoc modo scribi ac distingui solent, *πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται.* POTT.

62, 15. *πρὸς Κορινθίους*] Sequens commation *πρὸς Κορινθίους*, expungendum censet A. SYLB. Perperam. Nam citat auctor Clementis Romani ad Corinthios epistolam, quam totius Ecclesiae Romanae nomine scriptam fuisse ex ejus principio, satis patet. Porro sententia quae hic adducta est exstat in ejus c. 20. POTT.

62, 16. *ἀπέραντος ἀνθρώποις*] *ἀνθρώποις ἀπέραντος* Clem. R. POTT.

62, 19. *ὁ προφήτης ἐγκρυφίας κελεύων*] Allusio ad Gen. 18, 6. LOWTH. Quin etiam Moses azyma comedi jussit Exod. 13, 6. Quae *ἐγκρυφίας*

fuisse constat ex Exod. 12, 39. Porro Philo etiam *ἐγκυφίας* innuere docet *τὰ ἀπόκρυφα* lib. De sacrificiis Abelis et Caini p. 139. POTT.

62, 27. *θεοῦ σοφίαν*] *σοφίαν θεοῦ* Cor. Mox Coloss. *τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ Χριστοῦ, ἐν ᾧ* pro *τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ ἐν ᾧ*. Dein *καὶ τῆς γνώσεως* cum articulo, ubi MS. Paris. *σοφίας καὶ τῆς γνώσεως*. POTT.

P. 63, l. 2. *τὸ μυστήριον*] *Τὰ μυστήρια* Matth. Luc. Sed *τὸ μυστήριον* habetur Marc. 4, 11. POTT.

*τῶν οὐρανῶν*] *τοῦ θεοῦ* Marc., Luc.

63, 3. *φησὶ τὸ εὐαγγέλιον*] Ubi id dicit Evangelium? Sane nullibi, si verba respicias. Locus vero quem respicit Clemens exstat Matth. 13, 34. 35. *ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις· καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος, ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Propheta, cujus ibi mentio fit, auctor est Psalm. 68, 2. *ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς*. POTT.

63, 10. *ἡ τριμερὴς . . . ψυχὴ*] Respicit Platonicam animae divisionem in partem rationalem, concupiscentem et irascentem: de qua dictum Paedag. 3, 1. et alibi. POTT.

63, 13. *σύντομος*] Haud scio an convenientius *σύντονος*. SYLB.

63, 20. *πάντων*] *πάντα* Theodoret. POTT.

63, 21. *Ἀκραγαντῖνος*] Empedocles.

63, 22. *οὐκ ἔστιν*] Apud Theodoretum Therapeut. lib. 1. *οὐκ ἔστιν πελάσασθ' οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτόν*. SYLB.

63, 26. *θεὸς*] *υἱός* Joan. Utramque lectionem habet Irenaeus 4, 37. POTT.

P. 64, l. 2. *περιειληφότα*] Philo Judaeus lib. De confus. linguarum, p. 339, 340. *κέκληται μὲν ἑτοίμως θεὸς, ἐγκεκόλπισται δὲ τὰ ὅλα, καὶ διὰ τῶν τοῦ παντὸς μερῶν διελήλυθε*. Conf. Strom. 2. p. 431. ed. meae. POTT.

64, 7. *τοῦ γενέσθαι καὶ γενομένους εἶναι*] Hoc est, *ut primo fiant, dein ut facta consistant*. Similis est locutio quam e Platonis Phaedone p. 64 A. aliquoties citatam reperimus, *οὐδὲν ἄλλο ἐπιτηδεύουσιν* (*οἱ φιλόσοφοι*) *ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι*. POTT.

64, 14. *ἀδιεξήτητον*] Duplicis scripturae vestigia sunt, *ἀδιεξήγητον* et *ἀδιεξίτητον*. SYLB. *ἀδιεξήγητον* probasse videntur editores Sylburgio posteriores, sed *ἀδιεξίτητον* scripsisse Clementem verisimilius est: quod etiam Montfalc. placet. POTT. Hoc recepi.

64, 16. *ἀνωνόμαστον*] Nomina rebus imposita sunt, ut a se invicem distinguerentur: ac proinde Deus, cum unicus sit, nec similem paremve habeat ullum, nullo nomine indiget. Accedit, quod ejus natura quae nobis parum cognita et ineffabilis est, proprio nomine describi non possit. Hinc Deum nomine carere, cum Patrum, tum philosophorum etiam, constans doctrina est. Clemens superius in Paedag. 1, 7. p. 132. ed. meae asserit Deum quidem, cum prius sine nomine perstitisset, hominem factum nomen sumpsisse. Conf. Justinus M. Apol. 2. p. 12. ed. Oxon., Lactantius p. 22, 23. ed. Oxon., Minutius in Octavio p. 143. ed. Amstelod. Origenes contra Celsum p. 320. ed. Cantab., Auctor Recognitionum 5, 20. aliique passim. POTT.

64, 21. *ἐπερείδεσθαι*] His similia scribit Philo lib. De confus. linguarum p. 357. *ὀνόματος γὰρ ὁ θεὸς οὐ δεῖται· μὴ δεόμενος δ' ὅμως ἐχαρίζετο τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κλῆσιν οἰκείαν, ἵνα ἔχοντες καταφυγὴν πρὸς ἱκεσίας καὶ λιτὰς, μὴ ἀμοιρῶσιν ἐλπίδος χρηστῆς*. POTT.

64, 24. λεγόμενα] Vult auctor veras rerum descriptiones vel per aliquod, quod iis inhaeret, fieri, vel per relationem ad aliquod propinquum. Porro horum neutrum Deo convenit, cui neque ullum est accidens, neque pars, neque aliud quidpiam quod ipsi inhaereat, nec ei ad aliam quamvis rem naturalis aliqua relatio est. POTT.

P. 65, l. 1. ἀποδεικτικῇ] Respicere videtur auctor demonstrationis definitionem quam tradit Aristoteles Analyt. Poster. 1, 2. ubi eam fieri docet, ἐξ ἀληθῶν, καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος. Subjungit, οὕτως ἔσονται αἱ ἀρχαὶ οἰκεῖαι τοῦ δεικνυμένου. Hinc colligit Clemens Deum *demonstrari* non posse, quod ei nulla sint *principia*. POTT.

65, 7. περιερχόμενος] Act. διερχόμενος.

65, 14. ἕλκει] Phrasis ex verbis Christi sumpta Joan. 6, 44. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς ἐμέ, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. Joan. 12, 32. πάντας ἑλκύσας πρὸς ἐμαυτὸν, inquit Christus. POTT.

65, 17. ἐσκαμμένα] Suidas, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα: ὑπὲρ τὰ μέτρα. ἀπὸ δὲ τῶν πεντάθλων ἡ μεταφορά. Idem paulo post, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν: ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολήν τι πραττόντων. POTT.

65, 18. χάριτος—ἐξαιρέτου] Virg. Aeneid. 6.

. . . pauci quos aequus amavit
Jupiter, aut ardens evexit ad aethera virtus. POTT.

πτεροῦται.] Phrasis e Platone sumpta qui in Phaedro haec habet p. 246 C. ἡ ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτε ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη. τελέα μὲν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη μετεωροπολεῖ [μετεωροπορεῖ] τε καὶ ἅπαντα τὸν κόσμον διοικεῖ· ἡ δὲ πτερορρυήσασα φέρεται ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται· οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὑτὸ δοκοῦν κινεῖν διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν. ζῶον τὸ σύμπαν ἐκληθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγέν. Dein pergit narrare [illegible] amittat, iisque iterum recuperatis in coelum [illegible]. POTT.

65, 20. τὸ βρῖθον] Nempe corpoream [illegible] evolante, redditur τῷ συγγενεῖ, *cognatae* [illegible]. POTT.

65, 22. ἐκ μὲν τοίνυν] Haec verba sub finem [illegible] ut etiam apud Justinum M. Cohort. ad Graec. p. [illegible]. POTT.

65, 23. θείᾳ ἡμῖν] Plato, θείᾳ μοίρᾳ ἡμῖν φαίνεται [illegible] παραγίγνηται. Justinus M. θείᾳ μοίρᾳ φαίνεται ἡμῖν [illegible] οἷς ἂν παραγίνηται. POTT.

65, 25. εἰς πάντας ἥκουσαν] Vult auctor γνῶσιν εἰς [illegible] a Christi cognitione nemo, nisi sua forte culpa, [illegible] sit secundum Joan. 1, 9. τὸ φῶς ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει [illegible] μενον εἰς τὸν κόσμον. Nisi potius, addita negativa [illegible] aliis Clementis sententiis excidisse alibi notatum [illegible] πάντας ἥκουσαν. Neque enim vel *virtus* Platonis, [illegible] dicitur ἕξις γνωστική, ad omnes *pertingit*, verum [illegible] σὺν χάριτι beatos. POTT.

65, 26. ἐπιφέρει] Memoria lapsus est auctor. [illegible] haec sententia priorem locum obtinet. Eandem [illegible] Cohort. ad Graec. p. 115. POTT.

65, 27. ἐζητήσαμεν] ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν [illegible] λέγομεν Justin. Mox, παραγιγνομένη pro παραγιγ[illegible]

νοῦ iidem pro οὐκ ἄνευ νοῦ, nisi quod nonnulli editores neg. part. οὐκ in quosdam Justini libros temere inseruerint. POTT.

P. 66, l. 6. *ὁρατῶν τε καὶ γεννητῶν*] Plato ante verba quae hic a Clemente recitantur ait p. 40 D. *ἀλλὰ ταῦτά τε ἱκανῶς ἡμῖν ταύτῃ καὶ τὰ περὶ θεῶν ὁρατῶν καὶ γεννητῶν εἰρημένα φύσεως ἐχέτω τέλος. Visibiles deos* vocat coelum ejusque luminaria. Citata haec sunt etiam ab Athenagora in Legat. p. 91. edit. Oxon. POTT.

66, 11. *σαφῶς δέ*] *σαφῶς γε* Athenag. Deinde *που* pro *πως* Plato Athen. Mox *αὑτῶν* pro *ἑαυτῶν* Plato. Paulo post *εἰδόσιν* pro *εἰδότων* Plato Athen. Sed Athenagorae tres MSS. codd. *εἰδότων* exhibent. POTT.

66, 12. *καίπερ*] *κἄπερ* Athen. Mox *ἄνευ τε* Plato. (Clemens paulo post *κἂν ἄνευ γε*.) Denique *λέγωσιν* pro *λέγουσιν* Athenag., cujus tamen cod. MS. in bibliotheca Bodleiana asservatus *λέγουσιν* exhibet. POTT.

66, 20. *οὐ γάρ*] Sophocles Antig. 450.

66, 22. *μηδεὶς*] Haec e memoria recitavit auctor. POTT.

P. 67, l. 4. *ἐπίστηται*] Malim *ἐπίστευσε*, vel aliud aliquod verbum a *πιστεύω* ductum. Nam cum probare vellet auctor *τὸ πεποιθέναι* majus quiddam esse *τῆς πίστεως*, addit, *Cum enim quis* credidit *Jesum esse Dei filium, tum πέποιθεν*, fiduciam concipit, *eum vera docere*. POTT. Sed requiritur conjunctivus.

67, 14. *ποιεῖν*] Conf. Herveti Commentarius, item Aristotelis Ethic. ad Nicomach. 6, 3. POTT.

P. 68, l. 9. *ὁ ἑτέραις*] Scribere possis ex Ephes. *ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη*. POTT.

68, 19. *εἴδωλα*] Conf. quae de his superius dixit auctor Protrept. p. 57. POTT.

P. 69, l. 1. *πνεῦμα*] Vult Clemens *πνεῦμα* dici a Christianis id quod multi e philosophis *νοῦν* vocabant. His autem lucem aliquam dabunt quae scribit Tatianus p. 45, 47, 48, 53. ed. Oxon. Justinus M. in Dialogo ex mente Platonis haec scribit p. 221. *ἡ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ βασιλικοῦ νοῦ μέρος*. Deinde, *ἡμῖν ἐφικτὸν τῷ ἡμετέρῳ νῷ συλλαβεῖν τὸ θεῖον*. POTT.

69, 5. *μετὰ ταῦτα*] Joel. 2. *μετὰ ταῦτα καὶ ἐκ*. Deinde *καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμ*. POTT.

69, 12. *ἀπιστίη γὰρ διαφυγγάνει μὴ γιγνώσκεσθαι. Incredulitas delitescit ne agnoscatur*. LOWTH. Vel, *Incredulitas effugit suspicionem ignorantiae*. POTT.

69, 17. *σῶμα εἶναι τὸν θεὸν*] Stoici *deum* putabant esse *ζῶον ἀθάνατον*, ut refert Diogenes Laertius in Zenone, *οὐσίαν δὲ θεοῦ Ζήνων μέν φησι τὸν ὅλον κόσμον καὶ τὸν οὐρανόν*. Idem affirmabant reliqui Stoicorum principes, Chrysippus, Posidonius et Antipater, ut ibidem dicitur. Scilicet illis videbatur mundus ingens esse animal, quod divina anima informabat. Seneca epist. 97. "Totum hoc, quo continemur, et unum est, et deus est." Hinc, ut statim addit Clemens, *διήκειν διὰ πάσης τῆς οὐσίας τὸν θεόν φασιν*. Conf. superius Protrept. p. 58. Strom. 1. p. 346. Sextus Empiricus Hypotyposeon 3, 24. varias de diis opiniones recensens, ait, *Στωϊκοὶ δὲ πνεῦμα, διῆκον δὲ διὰ καὶ τῶν εἰδεχθῶν*. Idem tradit Laertius l. c. Cicero De natura deorum 2, 40. "Sed tamen his fabulis spretis deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi qui qualesque sint." Iidem animas, quibus hominum ac reliquorum animalium corpora infor-

mantur, dei particulas esse dicebant. Seneca loco jam dicto. "Et socii ejus et membra sumus." Virgilius, de apibus agens Georg. 4, 220.

Esse apibus partem divinae mentis et haustus
aetherios dixere: deum namque ire per omnes
terrasque, tractusque maris coelumque profundum. POTT.

69, 24. ποιητὴν μόνον—καὶ λόγῳ ποιητήν] Nam πάντα δι' αὐτοῦ (λόγου) ἐγένετο, Joan. 1, 3. Stoici vero etiamsi deum putarent mundi hujusce effectorem esse, *Naturam in duas dividunt partes: unam quae efficiat; alteram quae se ad faciendum tractabilem praestet. In illa prima esse vim faciendi; in hac materiam: nec alterum sine altero esse posse*, etc., ut ait Lactantius Divin. instit. 7. 3. POTT.

P. 70, l. 4. Πλάτων] Rep. 10. p. 615 E. Haec Justinus etiam recitat in Paraenesi ad Graec., p. 102. ed. Oxon., quo loco idem argumentum fusius persequitur, videlicet. Quod Graeci poetae ac philosophi sua fere omnia e Judaeorum prophetis hauserint. POTT.

70, 5. Πυθαγόρας] Nonnulli Stoicorum sententiam a Pythagora manasse existimant. Nam is quoque *censuit deum animam esse per naturam rerum omnium intentam et commeantem*, ut ait Cicero De natura deorum lib. 1. Porro ejus sententiam plenius exposuit Servius Comment. in locum Virgilii modo allatum. Mox ἵστωσαν δέ pro ἵστ. οὖν Euseb. POTT.

70, 6. ὕλην ἄποιον καὶ ἀσχημάτιστον] Describit Aristotelis aliorumque materiam primam, quae τὸ ἄμορφον ἔχει, πρὶν λαβεῖν τὴν μορφήν, *forma caret, priusquam formam acceperit*, ut ait Aristoteles Natur. auscult. 1, 8. POTT.

70, 17. Ἐπικούρῳ] Conf. superius auctor in Protreptico p. 58. POTT.

70, 19. ἐντεῦθεν] Euseb. MS. Joan. [et duo alii] ἐνταῦθα. Ex eodem mox haec verba ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης scriptoris negligentia propter ὁμοιοτελευτείαν exciderunt. POTT.

70, 21. πρόνοιαν] Tatianus Orat. ad Graec. p. 9. Ἀριστοτέλης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θείς. Idem paulo post p. 10. de Aristotelis discipulis ait οἱ τὰ μετὰ σελήνην ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι. Theodoretus Θεραπ. ε' p. 561. ὁ δὲ Νικομάχου μέχρι σελήνης ὑπείληφε τὸν θεὸν προτανεύειν, τῶν δὲ μετὰ ταύτην ἁπάντων ἠμεληκέναι, καὶ τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ παραδεδωκέναι τὴν τούτων ἐπιτροπείαν. Conf. Athenagorae legatio p. 103 ed. Ox. Clementis Protrept., p. 58. POTT.

P. 71, l. 6. δὴ] Abest ab Justino haec particula. POTT.

διάπυροι] καὶ διάπυροι Plato. POTT.

71, 7. φθέγμα] Eusebii cod. Joan. φλέγμα. Vigerus ad Eusebium "Φθέγμα hic φθόγγος est, et μύκημα mugitus, quem immanis hiatus ediderat. Praecessit enim apud Platon. οὓς (homines teterrimos) οἰομένους ἤδη ἀναβήσεσθαι, οὐκ ἐδέχετο τὸ στόμιον, ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιόντων ἐχόντων εἰς πονηρίαν, ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην, ἐπιχειροῖ ἐνιέναι." POTT.

παραλαβόντες] λαβόντες Plato. διαλαβόντες Just. Proximum τοὺς abest a Platone et Justino. POTT.

71, 9. καταβαλόντες] MS. Ottob. καταβάλλοντες. POTT.

71, 11. κνάμπτοντες] Vigerus ad Eusebium "Si κνάπτοντες [quod Sylb. restituit] probatur, dicendum est eos non utcunque carptos et lacerati esse, verum etiam ad majorem doloris sensum aspalathis impositos. Ego alterum praetulerim. Porro Justinus ex hoc Platonis loco Resurrectionis etiam dogma colligens, ἐνταῦθά, inquit, μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων οἱ μόνον τὸν

περὶ κρίσεως παρὰ τῶν προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῆς ἀπιστουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως ἐπίστευσε λόγῳ. οὐ γὰρ δή που τὴν ψυχὴν, κεφαλὴν, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ δέρμα, ἔχειν φήσουσιν." POTT.

71, 13. ὁ ποιῶν] Ita Chrysostomus in hunc psalmi locum, τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ πνεύματα καὶ πῦρ προσηγόρευσε, τὸ δυνατὸν καὶ τὸ ταχὺ δι' ἑκατέρων δεδάσκων· ὀξεῖα μὲν γὰρ τοῦ πνεύματος ἡ φύσις, ἰσχυρὰ δὲ τοῦ πυρὸς ἐνέργεια, ἀγγέλοις δὲ χρώμενος ὑπουργοῖς ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ εὐεργετεῖ τοὺς ἀξίους, καὶ κολάζει τοὺς ἐναντίους· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πυρὸς ἐμνημόνευσεν, τὴν κολαστικὴν σημαίνων ἐνέργειαν. Hebraei tamen hunc locum ita intelligunt, *Qui facis tuos nuntios spiritus* ceu *ventos, eorumque ministerio ut collibitum fuerit, uteris.* COL.

71, 19. Τάρταρον] Tartarum et reliqua, quorum hic mentio facta est, loca describit Socrates in Phaedone, non procul a fine. POTT.

P. 72, l. 3. μικρῶν] Respicit auctor Matth. 18, 10. ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. POTT.

72, 13. Πλάτων] In Timaeo p. 28 B. σκεπτέον οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος γέγονεν· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. POTT.

72, 17. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν] Conf. Protrept. p. 59. ed. meae. POTT.

P. 73, l. 14. ἐξουσίας] Addit Paulus Ephes. 6, 12. πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Verum hoc nec Eusebius agnoscit. Statim pro τῶν ἐν οὐρανοῖς idem Paulus scripsit τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Clementem iterum sequitur Eusebius. POTT.

73, 19. φυλακῆς] *Cautione* exp. Hervetus et Vigerus: *custodia*, Marsilius Ficinus non male. Nam eo in loco de cura, quam de hominibus gerunt dii, agit Plato, ac proinde statim haec addit, ξύμμαχοι δὲ ἡμῖν θεοί τε ἅμα καὶ δαίμονες· ἡμεῖς δὲ αὖ κτήματα θεῶν καὶ δαιμόνων. Statim θαυμαστῆς omittit Eusebii cod. Joan. POTT.

κόσμον τε αὖθις] Duplicem mundum, quorum alter aeternus atque invisibilis, alter visibilis et caducus sit, e Platonicorum scholis didicerunt cum Clemens, tum alii ex antiquis Patribus. Auctor Recognitionum 8, 12. "Ego vero mundum dico a Deo factum, et ab ipso quandoque esse solvendum; ut ille appareat, qui aeternus est, et ad hoc factus, ut semper sit, et dignos se recipiat judicio Dei. Quod autem sit alius invisibilis mundus, qui hunc visibilem intra semetipsum contineat; posteaquam de visibili mundo discusserimus, tunc et ad illum veniemus." Conf. paulo infra Clemens noster p. 711. Origenes hom. 3 in Canticum Canticorum, Eusebius Pr. Ev. 2. 23. 24, Augustinus 1 Retract. 3, falsus Ambrosius in 1 Corinth. 6, 2. POTT.

73, 21. καλουμένου παραδείγματος] Eusebii cod. Joan. καλοῦ παραδείγματος, non inepte. Videtur autem Clemens prae oculis habuisse Platonis verba in extremo lib. 9. De repub., quae superius allata sunt in finem Strom. 4. p. 642. ed. meae, vel alium huic similem locum. Justinus M. Cohort. ad Graecos p. 110. ed. Oxon. τούτοις οὖν ἐντυχὼν ὁ Πλάτων, . . . φήθη εἶδός τε χωριστὸν προϋπάρχειν αἰσθητοῦ, ὃ καὶ παράδειγμα τῶν γενομένων ὀνομάζει πολλάκις· ἐπειδὴ τὸ Μωυσέως οὕτω περὶ τῆς σκηνῆς σημαίνει γράμμα, κατὰ τὸ εἶδος τὸ δειχθέν σοι ἐν τῷ ὄρει οὕτω ποιήσεις αὐτό. POTT.

P. 74, l. 8. στερεὸν οὐρανὸν] Nempe τὸ στερέωμα cujus mentio fit Gen. 1, 6. Mox ἐδημιούργει pro δημιουργεῖ Eusebius. POTT.

74, 11. καὶ τὰ γένη] Malim cum Eusebio κατὰ τὰ γένη. Porro Platonis verba huc allata sunt ex Timaei p. 30. quo loco tradit universa animalia sensibilia ad imaginem alicujus animalis νοητοῦ facta esse: τούτων δ' ὑπάρχοντος αὖ τὰ τοιάδε ἐφάξεν ἡμῖν λεκτέον, τίνι τῶν ζώων αὐτὸν εἰς ὁμοιότητα ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. τῶν μὲν οὖν ἐν μέρους εἴδει πεφυκότων μηδὲν κατανοήσωμεν. ἀτελεῖ γὰρ ἐοικὸς οὐδὲν ποτ' ἂν γένοιτο καλόν. αὐτὸ δ' ἐστὶ τέλεια ζῶα καθ' ἓν καὶ κατὰ γένη μάλιστα, πάντων ὁμοίστατον αὐτῷ εἶναι τιθέμεν, τὸ γὰρ δὴ νοητὰ ζῶα πάντα ἐκεῖνο ἐν ἑαυτῷ περιλαβὸν ἔχει, καθάπερ ὧδε ὁ κόσμος ἡμᾶς, ὅσα τε ἄλλα θρέμματα συνίστησιν ὁρατά. τῷ γὰρ τῶν νοουμένων κάλλιστον καὶ κατὰ πάντα τελεώτατ' εἶναι θεὸς ὁμοιώσασθαι βουληθείς, ζῶον ἓν ὁρατὸν πάντ' ὅσα κατὰ φύσιν αὐτοῦ συγγενῆ ζῶα ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ, ξυνίστησε. POTT.

74, 15. ἐνταῦθα] Platonici caput τοῦ ἡγεμονικοῦ, cur irascibilis, hoque concupiscibilis animae partis sedes est. Heraclitus Ponticus lib. De allegoriis Homericis, cum dixisset humanam animam ex Platonis sententia in tres jam memoratas partes divisam esse, addit: Καθίσαντο δὲ οἴκους τινὰς ἑκάστῳ μεμίζει. καὶ διατρῖβε ἐν τῷ σώματι ἑώσεμεν, τὸ μὲν εἶδε λογικὸν τῆς ψυχῆς, ὃς ἀφρόνιμον τοῦ τὴν ἀνωτάτω τῆς ἐκφαίης μέρους ἐλεγχόμενον νομίζει, πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις ἐν κύκλῳ διηφορεῦμενον· τοῦ δὲ ἕδρα μέρους ὁ μὲν θυμὸς οἰκεῖ περὶ τὴν καρδίαν, αἱ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν ὁρμαὶ ἐν ἥπατι. POTT.

74, 16. τοῦ] MS. Ottob. τὰ. POTT.

74, 19. θεῖος] Malit fortasse aliquis ὁ θεῖος ex Euseb. Porro hic similiter superius scripsit auctor Protrept. p. 78. ed. mem. POTT.

εἰκὼν δὲ εἰκόνος ἀνθρώπου νοῦς] Euseb. in codicibus deterioribus ἐκεῖνος δὲ εἰκόνος ἀνθρωπίνης νοῦς. Perperam. Nam vult auctor Dei ἰδέαν Verbum, Verbi autem imaginem esse humanum mentem, ex genitivis *imaginem imaginis*; ut superius dixit Protrept. p. 78. Conf. etiam Tatianus p. 45. edit. Oxon. POTT. ἀνθρώπου unum Eusebio ignoscam ex codd. restitutum.

74, 22. ὀπίσω] Recitare videtur Deut. 13, 4. ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν πορεύσεσθε, καὶ τοῦτον φοβηθήσεσθε, καὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθε, καὶ αὐτῷ προστεθήσεσθε. Conf. superius Strom. 2. p. 482. POTT.

P. 75, l. 4. Ζήνων] Zenonis discipuli λέγουσι τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι διὰ τὴν ὁμοιότητα . . . . ἓν τε τοῖς φαύλοις μὴ εἶναι φιλίαν, ut ait in Zenone Laertius 7, 124. POTT.

75, 11. ὅτι pro ὅταν Plato. Quae statim sequuntur ὡραῖα Ptolemaeus sic exstant, τῷ μὲν ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὄντι μετρίῳ φίλον ἂν εἴη, τὸ δὲ ἄμετρον οὔτ' ἀλλήλοις οὔτε τοῖς ἐμ. POTT.

75, 15. πάλιν] Verba quae modo allatis subjungit Plato haec sunt: τὸν μὲν οὖν τῷ τοιούτῳ προσφιλῆ γενησόμενον εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα καὶ αὐτὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι. καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν θεῷ φίλος· ὅμοιος γάρ· ὁ δὲ μὴ σώφρων ἀνόμοιός τε καὶ διάφορος καὶ ἄμουσος. POTT.

75, 18. Τιμαίου] P. 90. τῷ δ' ἐν ἡμῖν θείῳ ξυγγενεῖς δὴ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως πάντὸς διανοήσεις τε καὶ περιφοραί. ταύταις δὴ ξυνεπόμενον ἕκαστον ἡμῶν περὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ κεφαλῇ διεφθαρμένας ἡμῶν περιόδους ἐπανορθοῦν καταμανθάνειν τὰς τοῦ παντὸς ἁρμονίας τε καὶ περιφορὰς καὶ κατὰ ταὐτὰ κατανοοῦν ἐξομοιοῦσαι κατὰ τὴν ἀρχ. POTT.

75, 22. χρόνον] Hactenus Clementis verba recitat [illegible]. POTT.

P. 76, l. 3. ἐρωτηθὶς] Diogenes L. 1, 36. Thales [illegible].

aquae conjunxit, ut mixtus humor siccitati ex contraria natura ad mutuam concordiam temperaretur. Sic Xenophanes dixit,

*Πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα.*

Qui versus exstat et apud Sextum philosophum, ut et ille:

*Ἐκ γαίης γὰρ πάντα καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.*

Quem habes et lib. 4. Theodoreti: hunc etiam Homeri locum citat Sextus lib. 9. COL. Vigerus ad Eusebium haec annotat "Menelaus paulo commotior ita Graecos alloquitur, *τοὺς μὴ ἑτοίμως δεξαμένους τὴν τοῦ Ἕκτορος περὶ τῆς μονομαχίας πρόσκλησιν*, ut legimus apud Justin. Martyr. in Paraenet. p. 23. Quod Eustathius sic explicat, *ἀντὶ τοῦ νεκρωθείητε*, inquit, *καὶ τοῦ μὲν ζωογόνου πνευματώδους θερμοῦ στερηθείητε, γένοισθε δὲ ὕδωρ καὶ γῆ, ἃ δὴ ἐναπομένει τοῖς νεκροῖς σώμασι.*" POTT.

79, 18. Καλλίμαχος] Callimachi loco de Prometheo similis ille Juvenal, Sat. 14.

Forsitan haec spernant juvenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit praecordia Titan. COL.

P. 80, l. 10. *πῦρ*] Stoici dicebant mundi animam esse ignem, itemque astra et coelum, et ab his omnia vitam et vegetationem habere. Hinc Cotta apud Tullium De natura deorum lib. 3. "Sed omnia vestri (Stoici), Balbe, solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes." Conf. Lipsius Physiologiae Stoicorum lib. 2. dissert. 12. POTT.

80, 11. *πῦρ δὲ καὶ φῶς*] Nempe Exod. 3, 2 et seq.; Joan. 1, 4 et alibi. POTT.

P. 83, l. 8. *δημηγορία*] *Concio* scilicet Dei Patris universorum ad deos ex se genitos in Timaeo Platonis p. 41. *θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα, ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος.* Haec citat Athenagoras Legat. p. 27. edit. Oxon. POTT.

83, 11. *περὶ τὸν πάντων*—] Conf. superius Clemens in Protrept. p. 60. Justinus M. Apol. 1. p. 114. ed. Oxon. Athenagoras Legat. p. 92, 93, edit. Oxon. Origenes contra Celsum 6. p. 287. Cyrillus Alex. adversus Julianum 1. p. 34. POTT.

83, 18. Ἡρὸς] Justinus M. Cohort. ad Gent. p. 101. ed. Oxon. Origenes contra Celsum 2. p. 70. ed. Cantab., Plutarchus, Sympos. 9, 5. Cyrillus contra Julianum lib. 8. Augustinus De civitate Dei 22, 28. Theodoretus media parte serm. 11. p. 653. ubi haec verba Platonis adducit. Clemens denique noster paulo superius in hoc Strom. POTT.

P. 84, l. 4. *αὐτὸς δὲ*] Scil. Plato, vel vir Pamphylius, qui in loco Platonis citato longa oratione refert quomodo animae in corpora post obitum novis generationibus redeant. POTT.

84, 13. *τὸν μέν τινα κόσμον*] Quomodo *τίνα κόσμον ἀΐδιον*, et etiam *τίνα κόσμον φθειρόμενον*, agnovit Heraclitus, cum *ἕνα εἶναι τὸν κόσμον*, *unicum esse mundum*, sensit teste Laertio lib. 9, segm. 8? Et quidem Clementem ac Laertium conciliari haud posse putavit Menagius. Verum Heraclitus sensit unicum esse mundum eumque *ἀΐδιον*, aeternum, ut ait Clemens, scilicet quoad substantiam; sed quoad *διακόσμησιν*, *ornatum*, varios esse mundos, uno pereunte, altero iterum renascente e prioris ruderibus. Hinc addit Clemens istum alium mundum esse *οὐχ ἕτερον ἐκείνου*, *non alium a priore*. Simplicius in Aristotelis Phys. 1, 8. *ὅσοι ἀεὶ μέν φασιν εἶναι κόσμον, οὐ μὴν τὸν αὐτὸν ἀεί, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλον γινόμενον κατά τινας χρόνων περιόδους· ὡς Ἀναξιμένης τε καὶ Ἡράκλειτος καὶ*

*Διογένης, καὶ ὕστερον οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς.* Ex quibus sequentia Clementis verba facile explicari poterunt. POTT.

84, 20. *μέτρα*] Euseb. *μέτρῳ*, itemque statim rursus, rectius. SYLB. [*μέτρῳ* ap. Eusebium ex Stephani conjectura legebatur. Codices omnes *μέτρα* utrobique.] Aliter legitur in vocibus multis hic locus apud Eusebium, atque inter caetera illud sine dubio mendosum est apud Clementem *ἁπτόμενον μέτρα*, Eusebius *ἁπτόμενον μέτρῳ, καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρῳ, mensura accensus, et mensura exstinctus*, sive *certo quodam modulo;* nam ex igne exstincto fieri omnia volebant Heraclitus et Hippasus Metapontinus, de quibus Plutarchus lib. 1. De placitis Phil. *ἀρχὴν ὅλων τὸ πῦρ· ἐκ πυρὸς γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾶν λέγουσι· τούτου δὲ κατασβεννυμένου κοσμοποιεῖσθαι τὰ πάντα. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ παχυμερίστερον αὐτοῦ εἰς αὐτὸ συστελλόμενον γῆ γίνεται· ἔπειτα ἀναχαλωμένην τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ πυρὸς φύσει ὕδωρ ἀποτελεῖσθαι· ἀναθυμιώμενον δὲ ἀέρα γίνεσθαι. πάλιν δὲ τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ σώματα ὑπὸ πυρὸς ἀναλοῦσθαι ἐν τῇ ἐκπυρώσει.* COL.

84, 23. *πῦρ—τρέπεται*] Hanc Heracliti sententiam explicabit Laertius 9, 8. *πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα.* Paulo vero post propius ad ea, quae dicit Clemens, *πυκνούμενον τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι· ἐκ δὲ τούτου τὰ λοιπὰ σχεδὸν πάντα, ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης· αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω ὁδός.* Similia, paucis mutatis, quae ad mutationum ordinem spectant, tradit Plutarchus De placitis philosophorum 1, 3. Conf. Recoguitiones Clementis 2, 15; Clementina hom. 2, 26. POTT.

P. 85, l. 12. *νυκτερινὴν κέκληκεν*] Multa hujusmodi dicit Plato principio lib. 7. De repub., ubi hunc mundum *καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει* comparat. Locus autem quem respicit Clemens exstat p. 521. *τοῦτο δή, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφὴ, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ, ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι.* POTT.

*κοσμοκράτορας*] Respicit Ephes. 6, 12. ubi dicit Apostolus, *εἶναι ἡμῖν πάλην πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου.* POTT.

85, 15. *Ἡρακλείτῳ*] Heracliti dictum de morte quoddam recitat Plutarchus Mor. p. 106. *πότε γὰρ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οὐκ ἔστιν ὁ θάνατος; καὶ (ᾗ φησιν Ἡράκλειτος) τοῦτό τ' ἔνι ζῶν καὶ τεθνηκὸς, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς, καὶ τὸ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκεῖνά ἐστιν, κἀκεῖνα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα.* Sed Clemens illud dictum potius respicit, quod citat ipse ex Heraclito Strom. 4. p. 628. POTT.

P. 86, l. 3. *τεταρταίους*] Sic communi genere legitur apud Euseb. et Plat. cujus generis exempla cum alibi supra invenies, tum p. 62, 70, 147. SYLB.

86, 5. *ἑπτὰ δὲ ἡμέρας*] Confer supra 4. p. 613. POTT.

86, 9. *τεταρταίους δὲ ψυχὰς*] *τεταρταίους* pro *τεταρταίας*: cujus generis exempla cum alibi supra invenies tum p. 62, 40. 70, 51. 147, 37. SYLB.

86, 14. *Ἡσίοδος*] Gemina his scribit Aristobulus apud Euseb. Pr. Ev. 13, 12. p. 667, 668. Item Theophilus ad Autolyc. 2. p. 91. *ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, ἣν πάντες μὲν ἄνθρωποι ὀνομάζουσιν, οἳ καὶ*

πλείους ἀγνοοῦσιν ὅτι παρ' Ἑβραίοις ὁ καλεῖται σάββατον Ἑλληνιστὶ ἑρμηνεύεται ἑβδομὰς, ἥτις εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ὀνομάζεται μὲν, δι' ἣν δὲ αἰτίαν καλοῦσιν αὐτὴν οὐκ ἐπίστανται. POTT.

P. 89, l. 12. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος] Physicum intelligit poetam cujus Vitam habemus apud Diogenem Laertium l. 6. POTT.

89, 13. ὅτι εἷς καὶ ἀσώματος] Xenophanes unum quidem Deum esse putavit, at non ἀσώματον. Conf. Sextus Empiricus 3, 33. Hypotypos. Pyrrhon. Cicero in Lucullo "Xenophanes unum esse omnia, neque id esse mutabile, et id esse Deum, neque natum usquam quidquam, et conglobata figura." POTT.

89, 15. οὔ τι δέμας ... οὐδὲ νόημα] Sensit Xenophanes, οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ, ut refert Laertius 9, 19. POTT.

P. 90, l. 5. ὅμοιοι] Theodoretus ὁμοίας, uti conjeceram. Subdit idem Graecorum Medicus, Xenophanem illum eodem in argumento versantem populorum quorumdam ex more, huic suae cogitationi fidem asserere. τοὺς μὲν γὰρ Αἰθίοπας μέλανας καὶ σιμοὺς γράφειν ἔφησε τοὺς οἰκείους θεούς, ὁποῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ πεφύκασιν· τοὺς δέ γε Θρᾷκας γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς, καὶ μέντοι καὶ Μήδους καὶ Πέρσας σφίσιν αὐτοῖς ἐοικότας· καὶ Αἰγυπτίους ὡσαύτως αὐτοῖς διαμορφοῦν πρὸς τὴν οἰκείαν μορφήν. VIGER. ad Euseb.

90, 6. σώματ' ἐποίουν] Euseb. δώματ' ἐποίουν minus apte. Ex hoc loco expressa videtur Babriae fabula de homine et leone: quae inter vulgatas prima est. SYLB.

P. 93, l. 6. ὥς φησιν] Haec verba non adversus sequentes, sed ad verba praecedentia referuntur. Plato enim in *Sophista magni* epitheto Parmenidem ornat p. 237. Παρμενίδης δὲ ὁ Μέγας, ὦ παῖ, παισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀρχόμενός γε καὶ διὰ τέλους τοῦτο ἀπεμαρτύρατο. Quis autem ille Parmenides fuerit satis e Diogene Laertio notum. POTT.

93, 14. σέο] Legendum videtur dativo casu σοὶ, aut σέο retento, sequens κράτος vertendum in dat. κράτει, ut sensus sit, *Tecumque nullus alius robore contendit;* vel, *Tuoque cum robore nullus alius contendit.* Nisi forte aliquis ἐρήρεισται malit: ut sit, *Tuamque potentiam nemo fulcivit.* SYLB.

P. 96, l. 2. μία ἀρχὰ] Plato in Phaedro p. 245. eod. genio, ἀρχὴ δέ, inquit, ἀγένητον, ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός. εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο· (forte οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο, ut Timaeus hic, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχά. Atque ita Tullius reddidit, Tuscul. 2. "Nec enim esset id principium, quod gignebatur aliunde." Vulgata tamen lectio defendi potest.) ἐπειδὴ δὲ ἀγέννητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθαρτον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι, etc. VIGER. ad Euseb.

96, 3. ἀγέννητος] Aptius videtur ἀγένητος, *ortu carens.* SYLB.

96, 5. ἄκουε] Deut. 6, 4. ἄκουε, Ἰσραὴλ, κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, κύριος εἷς ἐστι, et 13. κύριον τὸν θεόν σου φοβηθήσῃ, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. POTT.

96, 7. οὗτος] Conf. superius Protrept. p. 66. et quae ibi annotata sunt. POTT.

96, 21. Ἐπίκουρος] Epicurus dicitur poeticen omnem refugisse. Hinc apud Plutarchum libro De aud. Poet. jubet ποιητικὴν φεύγειν καὶ παρεξελαύνειν. Et quidem, ut ait Heraclides Ponticus non procul ab initio libri De allegor. Homer. ἅπασαν ὁμοῦ ποιητικὴν, ὥσπερ ἀλέθριον μύθων δέλεαρ, ἀφοσιούμενος. Imo apud Sextum Empiricum adv. Mathematicos lib. 1. c. ult. poesis declaratur ab Epicureis, οὐχ οἷον ἀνωφελὴς τῷ βίῳ, ἀλλὰ καὶ βλαβερωτάτη. Idem testantur Cicero lib. 1. De natura

deorum, Plutarchus libro "Quod secundum Epicurum suaviter vivi non potest," etc. POTT.

P. 104, l. 16. *καὶ μίσσην*] *ἅμα καὶ μέσον* vulgo apud Eusebium: sed codices *καὶ μέσων* ut L. "Sic apud Platon. Leg. 4. *ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἔχων εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος.* Plutarchus De exsilio, *εἷς βασιλεὺς καὶ ἄρχων θεὸς ἀρχήν τε καὶ μέσον καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντός.* Archytas apud Iamblichum De secta Pythag. *ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος, καὶ μέσον ἐστὶ τῶν κατὰ δίκαν καὶ ὀρθὸν λόγον περαινομένων.* Vide Strom. 2. p. 441." COL. Plutarch. p. 647. *Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,* seu *πέλονται.* H. SYLB.

P. 106, l. 7. *προβολὰς*] Intelligit emissiones Aeonum a Valentinianis confictas, de quibus conf. principium Strom. 3. POTT.

P. 114, l. 15. *κατὰ περίφασιν ἀληθῆ*] Lege *κατὰ περίφρασιν ἀληθῆ.* Vide p. 415, 759. Id est juxta istam descriptionem Numinis quae apud philosophos et poetas occurrit, multum ex vero trahentem, licet minus accurate Dei attributa delineantem. LOWTH. *κατὰ περίφρασιν ἀληθῆ* habet etiam Eusebius, ad quem haec annotat Vigerus "Clemens *κατὰ περίφασιν* quasi Deus ipsos mediocri quadam illustratione circumfundat. Malo tamen *περίφρασιν.* Ita enim Strom. 1. p. 231. ubi apostolicum illud Actor. 17. *Quem ergo ignorantes colitis,* etc., ex professo tractans, *ἐξ ὧν,* inquit, *δῆλον ὅτι καὶ ποιητικοῖς χρώμενος παραδείγμασιν ἐκ τῶν Ἀράτου Φαινομένων δοκιμάζει τὰ παρ' Ἕλλησι καλῶς εἰρημένα, καὶ διὰ τοῦ ἀγνώστου θεοῦ τιμᾶσθαι κατὰ περίφρασιν πρὸς τῶν Ἑλλήνων τὸν δημιουργὸν θεὸν ἠνίξατο· κατ' ἐπίγνωσιν δὲ δεῖν δι' υἱοῦ παραλαβεῖν τε καὶ μαθεῖν.* Ubi *περίφρασιν τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ,* ait esse *τὸν ἄγνωστον θεόν.* Et huic *περιφράσει* opponit *ἐπίγνωσιν,* hoc est veram ac propriam cognitionem. Et paulo post adhuc illustrius, *οὗτοι οὖν οἱ ἀνοιγόμενοι τυφλῶν ὀφθαλμοὶ,* (ab apostolis videlicet) *ἡ δὲ υἱοῦ ἐπίγνωσίς ἐστι τοῦ πατρὸς, ἡ τῆς περιφράσεως τῆς Ἑλληνικῆς κατάληψις.* Illae enim Graecorum etiam poetarum et philosophorum *circumlocutiones,* ante Christi adventum, plane comprehendi non poterant." Conf. Strom. 1. p. 372. Atque hactenus Eusebius. POTT.

114, 16. *ἀπόστολος*] Sequens Apostoli locus in vulg. Bibl. Rom. 3, 29. paulo aliter legitur: Clemens eum suo proposito videtur accommodasse. Sed et Iesaiae locus qui paulo infra occurrit, variat aliquantum in vulg. Bibl. A. SYLB.

*ἢ Ἰουδαίων μόνων... ὁ θεὸς*] Rom. 3. *ἢ Ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν;* POTT.

P. 115, l. 5. *Ἡσαΐας*] Sunt apud Iesaiam haec Rabsacae verba, Assyrii regis ad Judaeos legati. POTT.

115, 7. *τῶν Ἀσσυρίων*] *τῶν* non agnoscunt vulg. Bibl. POTT.

115, 9. *τοῦ πολεμῆσαι*] *τοῦ* abest a vulg. Bibl. POTT.

115, 10. *εἰσῆλθε*] Ion. *προσῆλθε,* ubi mox *ἀνάστα καὶ ἐπικαλοῦ* pro *ἀνάστηθι, ἐπικαλοῦ.* POTT.

115, 12. *διασώσῃ*] Ion. *διασώσῃ ὁ θεὸς,* quod additamentum Clemens etiam paulo post agnoscit. Ibidem statim *οὐ μὴ ἀπ.* cum duplici negatione. POTT.

115, 18. *ἐγώ εἰμι*] Ion. *εἰμὶ ἐγὼ, καὶ τὸν κύριον θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐγὼ σέβομαι.* Statim *εἶπον* pro *εἶπαν* ibid. POTT.

115, 24. *ἀπ' ἀνατολῶν*] Malach. *ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δ.* Mox

ibid. *ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά.* POTT.

115, 29. *υἱὸς*] Vult auctor, Dei quidem patris nomen fidelibus per filium, Dei vero creatoris nomen infidelibus per opera creationis innotescere.

P. 116, l. 2. *ἕκαστος αὐτῆς μεθέξει*] *αὐτῆς ἕκαστος ἕξει* Plato Rep. 10. p. 617. POTT.

*αἰτία ἑλομένου*] Justinus Apologia 2. pro Christianis p. 151. *εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμεν ἔσχε τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὅπως δήποτε πραττομένων.* Et paulo post, *ὥστε καὶ Πλάτων εἰπών· αἰτία ἑλομένου, θεὸς δ' ἀναίτιος, παρὰ Μωυσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε.* Locus est De repub. 10. p. 617. ubi legimus et illa, *ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕξει*, quae ita verte Clementi, *quam prout quisque vel honorabit, vel despiciet, ita plus vel minus ex ea possidebit.* Illa autem verba, *Deus enim nunquam est causa malorum.* Clementis sunt, non Platonis: ut videtur censuisse Theodoretus l. 6. hunc locum citans, nisi forte ex alio quopiam Platonis loco haec sumantur qualis ille est De republ. 2. *μὴ πάντων αἴτιον τὸν θεὸν, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν*, et p. 379. *τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον, τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.* Joach. Perionius in illum Justini locum scribens dum citat alium ex Timaeo, et *τὸ ἑλόμενον*, legi vult, non videtur in hunc lib. 10. De repub. incidisse. COL. Conf. annot. ad Paedag. lib. 1. p. 139. POTT.

P. 117, l. 14. *περίφοιτα*] Sic Ovidius de sole (in Pison. 19.) "aetherеae moles circumvagа flammae." COL.

P. 118, l. 4. *ἀσήμαντοι*] Haec vox, si vitio caret, significabit *notae expertes:* quam sc. sua labe corpus imprimit. Alioqui legi possit etiam *ἀπήμαντοι, innocui, illaesi.* SYLB.

118, 7. *δι' Ἱερεμίου*] Cum his vocibus subaudiendum *φησὶ*, aut simile quid. SYLB. Haec iisdem verbis exprimuntur apud Jer. 3, 19. usque ad illa Clementis, *κληρονομίαν θεοῦ παντοκράτορος, ἣν οἱ κληρονομήσαντες βασιλεύουσι γῆς·* nam ibi tantum est, *κληρονομίαν θεοῦ παντοκράτορος ἐθνῶν.* Vulgatae verba sunt, *Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem haereditatem praeclaram exercituum gentium?* Theodoretus auctiorem habet hunc versum, *Terram*, inquit, *electam haereditatem percelebrem Dei, Dei inquam omnipotentis gentium.* D. Hieronymus ait LXX transtulisse pro, *haereditatem praeclaram exercituum gentium, haereditatem nominatam Dei omnipotentis gentium:* Theodotionem vero, *haereditatem inclytam fortitudinis robustissimi gentium.* Hinc ergo liquet in editionibus LXX desiderari epithetum *haereditatis*, quod interpres Theodoreti *percelebrem*, D. Hieronymus *nominatam* vertit. Vulgata omnium maxime ad Hebraeum accedit. COL.

118, 10. *συμμετρίας ἕνεκα*] *συμμετρία* est partium ad partes, et earundem ad totum debita proportio. Proinde vult auctor finem se huic libro imponere, ne reliquorum *Στρωματέων* mensuram excedat et abnormis fiat. POTT.

118, 12. *Ἀγάθωνος*] Athenaeus haec ipsa citat Agathonis 5. p. 185.

*τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,*
*τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.*

H. Junius in Proverb. *Accessorium operis loco* addit inter similia

auctorum loca hunc Nazianzeni Gregorii in Basilium de Saule agentis, *βασιλείαν εὕρατο μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορευσάμενος.* COL.

118, 15. *κλέπτας*] Ubi hoc dixit Christus? Conf. principium Strom. 2. p. 428. POTT.

118, 23. *Ἕλλησι*] Scripta Graecorum quomodo cum fructu legi possint, docuit etiam Basilius. SYLB.

P. 119, l. 5. *πολλὰ—ἐσθλόν*] Plutarchus in libello *De ratione auditus* citat Phocylidis versum,

*πόλλ' ἀπατηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.* COL.

P. 121, l. 9. *ὅσα τε εἰς γραφὴν*] *Quatenus memori scripto sine periculo tradere licet.* Vult autem se Gnostici religionem tradere scriptis quousque licet. Sunt enim a vulgo celanda mysteria quaedam, quae *λόγῳ πιστεύεται, οὐ γράμματι*, ut latius ostendit Strom. 1. p. 323. et seq. POTT.

121, 12. *μακάριος ὁ σπείρων*] Iesa. *μακάριοι οἱ σπείροντες* plur. num. Mox ibidem *οὗ βοῦς καὶ ὄνος. π.* POTT.

P. 122, l. 9. *λειμῶνάς τινες — καὶ πέπλους*] Hoc est, collectaneorum libros, quibus hujusmodi titulos dabant auctores. Hos autem distinguit a Stromatibus, quod illi quidem in ordinem ac seriem aptam digesti sint, haec vero omni ornatu atque ordine carent. POTT.

122, 15. *ἐμοί τε ὑπομνήματα*] His lucem afferent auctoris verba in Strom. 1. p. 322. quo loco dicit hoc opus non esse *εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένον, ἀλλά μοι ὑπομνήματα*, inquit, *θησαυρίζεται εἰς γῆρας, λήθης φάρμακον*, etc. POTT.

122, 20. *στενῆς καὶ τεθλιμμένης*] Respicit auctor Matth. 7, 14. POTT.

122, 23. *καταφυτευόμενα*] His lucem dabunt quae scribit Paulus Rom. 11, 17. et seq. POTT.

P. 123, l. 2. *ὁμοίως σύνεσίς τε καὶ ἀντίληψις*] Haec parenthesi includenda sunt. Vult enim auctor, quod sicut *γνῶσις*, ita *σύνεσις* et *ἀντίληψις* duplex sit: una scilicet, quae sensu, altera quae intellectu fiat. POTT.

123, 4. *λογικαὶ*] Interpres addit *δυνάμεις*, ut mox. SYLB. Quae vox cum hoc loco excidisset, paulo post in textum irrepsisse videtur. POTT.

*καὶ*] Supervacanea est haec particula. POTT. Verum sublato *καὶ* particula *τε* post *γνῶσιν* non habet quod respondeat.

123, 9. *δυνάμεις γνώσεις γενήσονται*] Supervacanea videtur vox *δυνάμεις*. Quomodo autem dici potest potentiam fieri cognitionem? Id absurdum ut vitaret Hervetus, transtulit *participem cognitionis*. Forte cum vox *δυνάμεις* e sententia praecedente post *λογικαὶ* excidisset, ut modo dictum est postea in margine annotata, post *λογικαὶ* repetitum ab imperito scriba in textum recepta est. Proinde horum verborum sensus est. "Hoc modo nulla erit cognitio praeter solam rationalem, quae rebus intelligibilibus per simplicem animae operationem applicatur." POTT.

123, 10. *χρηστὸς*] Haec sic distinguit potcrunt, *χρηστὸς ἀνὴρ, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ὁ οἰκτίρμων (τῶν παραπολλυμένων τῇ πλάνῃ) καὶ κιχρῶν (ἐκ μεταδόσεως τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ γὰρ) οἰκονομήσει τοὺς λογοὺς αὐτοῦ ἐν κρίσει (ἐπιλογισμῷ βαθεῖ).* Οὗτος *ἐσκόρπ.* Sequitur enim, *Dispensabit sermones suos in judicio*, videlicet profunda cogitatione. *Is dispersit*, etc. POTT.

123, 11. *οἰκτίρμων*] Psalm. *οἰκτείρων*. POTT.

123, 12. *μεταδόσεως τοῦ λόγου*] Phrasis Paulina ex Rom. 3, 11; item 1 Thess. 2, 8. POTT.

P. 129, l. 5. *οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων*] Fort. *οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων*. SYLB. Sed recepta lectio facile tolerari potest. Nam vitium de quo agit auctor, *plerisque hominum* adeo familiare est, ut apud Thucydidem 2, 84. Archidamus, Lacedaemoniorum rex, merito dicat, *μόνοι γὰρ εὐπραγίαις οὐκ ἐξυβρίζομεν, καὶ ξυμφοραῖς ἥττον ἑτέρων εἴκομεν*. POTT.

129, 8. *Φίλιστος*] Recte hunc subjungit Thucydidi; erat enim Philistus imitator Thucydidis, et ut multo infirmior ita aliquatenus lucidior, ut ait Quintilianus 10, 1. A Cicerone dicitur, *pene pusillus Thucydides* ad Q. fratrem Ep. 2, 12. Idem in Bruto, ubi M. Catoni censori deesse amatores conqueritur. "Sicut" inquit "multis jam seculis, et Philisto Syracusio, et ipsi Thucydidi." Idem lib. 2. De oratore tradit Philistum Thucydidem esse maxime imitatum. Plura in hanc rem habes in *Τέχνῃ* Dionysii Halicarnassensis. POTT.

P. 133, l. 12. *καὶ συμβῆναι*] Corrige *καὶ συμμανῆναι δ' ἕνια δεῖ*. Ita locutus est Galenus lib. *Περὶ φυσικῶν δυνάμεων, Οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὡς ἡ παροιμία φησὶ, μαινομένοις ἀναγκασθέντες συμμανῆναι*. Vide Proverbium, *Insanire cum insanientibus*. Sic Horatius Od. 4, 14.

Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.

Plautus in Bacchidib.

Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene et male facere tenet.

Improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. COL. Simile est Anacreonticum illud 13. v. ult.

*θέλω θέλω μανῆναι*. POTT.

133, 13. *Τηΐου*] Teium vocat Antimachum, ut eum ab aliis ejusdem nominis distinguat. Suidas enim quinque Antimachos enumerat. Verum an quisquam alius praeter Clementem Teii Antimachi meminerit haud scio. POTT.

133, 16. *δῶρα*—] Plato lib. 3. De republica p. 390.

*δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας.*

Ovidius 3. *τῆς Ματαιοτεχνίας*,

Munera, crede mihi, placant hominesque deosque. COL.

P. 138, l. 10. *Ἡράκλειτος*] Heraclitum maximam scriptorum suorum partem ex Orpheo mutuatum esse idem Clemens scribit tertia ab eo loco pagina, *σιωπῶ δὲ Ἡράκλειτον τὸν Ἐφέσιον, ὃς παρὰ Ὀρφέως τὰ πλεῖστα εἴληφεν*. Et Plato in Cratylo allatis duobus Orphei versibus subjungit, *ταῦτ' οὖν σκόπει, ὅτι ἀλλήλοις συμφωνεῖ, καὶ πρὸς τὰ τοῦ Ἡρακλείτου πάντα τείνει*. Vide p. 628. COL. Philo Judaeus lib. Quod mundus sit incorruptibilis p. 958. [vol. 2. p. 509, 2.] *εὖ καὶ Ἡράκλειτος ἐν οἷς φησι, ψυχῇσι θάνατος ὕδωρ γενέσθαι· ὕδατι θάνατος γῆν γενέσθαι. ψυχὴν γὰρ οἰόμενος εἶναι τὸ πνεῦμα, τὴν μὲν ἀέρος τελευτὴν γένεσιν ὕδατος, τὴν δ' ὕδατος γῆς πάλιν γένεσιν αἰνίττεται, θάνατον οὐ τὴν εἰς ἅπασαν ἀναίρεσιν ὀνομάζων, ἀλλὰ τὴν εἰς ἕτερον στοιχεῖον μεταβολήν*. POTT.

138, 14. *ὧδε γεννᾶτο*] Rectius vel *ὧδ' ἐγεννᾶτο*, vel *ὧδε γεννᾶται*. *Τυγχάνοντι* vero quod sequitur Dorice positum pro *τυγχάνουσι*. Empedoclis secundus versus mox ex Plutarcho sic citatur a nonnullis:

*Πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ ἠέρος ἦπιον ὕψος.* SYLB.

P. 139, l. 1. *Ἐμπεδοκλῆς*] Plutarchus lib. 1. De placitis phil. primum

horum versuum profert, sed alios duos subjungit, in quibus nomine Jovis intelligitur ignis, Junonis aër, Plutonis terra, Nestis vero quaedam aquam indicat: et alibi apud eundem legitur in secundo *ἧπιον ὕψος*, sed aliis versibus subjunctis. Tertius denique apud Aristotelem ab aliis separatus reperitur. COL. De scripturae diversitate apud Aristotelem aliosque videndi Empedoclis editores.

P. 145, l. 16. *Ἐμπεδοκλέους*] His versibus Empedocles sententiam suam explicat, *τὴν ψυχὴν παντοῖα εἴδη ζώων καὶ φυτῶν ἐνδύεσθαι*. Exstant autem apud Cyrillum contra Julianum, Athenaeum extremo libro octavo, et Laertium 7, 60. Antholog. lib. 1. tit. *Εἰς φιλοσόφους*, Philostratum De vita Apollonii 1, 2. In primo autem versu apud nonnullos scriptum est, *κούρη τε κόρος τε*. In secundo versu *ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθὺς* habet Athenaeus: ubi Casaubonus annotat quosdam pro *ἔμπνοος*, *ἔμπυρος*, alios *ἔλλοβος* legisse. "Imo, inquit, multa saecula sunt, ex quo diverse legi coepit ille versus: scribentibus aliis, *καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθὺς*, aliis *ἔμπνοος*, aliis *εἰν ἁλὶ νήχυτος ἰχθύς*. Inveni et *ἀμφορος ἰχθὺς*, sed, ut existimo, mendose pro *ἔμπυρος*." Laertius *ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθὺς* habet. Cyrillus *φαίδιμος ἰχθύς*. Sed *ἔμπυρος ἰχθὺς*, genuinam lectionem esse ostendit Petrus Petitus in Miscellaneis observationibus, et post eum Menagius in locum Laertii, ubi alia collegit quae ad hos versus spectant. Conf. etiam Rittershusius ad Malch. p. 46. POTT.

P. 148, l. 9. *Κάδμου τοῦ παλαιοῦ*] Sex Cadmos enumerat Annii Viterbiensis Pseudo-Xenophon in libello De aequivocis: quorum primus Phoenicius, cui Graecarum literarum inventionem plerique tribuunt; postremus, Cadmus Milesius, qui prosam orationem condere primus instituit, teste Plinio 5, 29. et Solino cap. 40. Idem vero Plinius 7, 56: "Prosam" inquit "orationem condere Pherecydes Syrius instituit, Cyri regis aetate; historiam Cadmus Milesius." Strabo 1. p. 18. ait primos omnium poetas scribendo laudem meruisse, deinde Cadmum, Pherecydem, Hecataeum metri numeros solvisse, reliqua poeticae dictionis servasse. Suidas refert Cadmum, Pandionis filium, Milesium, de urbis patriae aedificatione, deque tota Ionia quatuor libros scripsisse: et nonnullis Cadmum hunc videri Orpheo paulo juniorem. At Josephus lib. 1. contra Apionem ait Cadmum Milesium paulum praecessisse *τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας*. POTT.

P. 149, l. 5. *οἱ δὲ*] Referendum ad Pythagoram et Platonem: aut singulariter legendum *ὁ δὲ*, nempe Pythagoras. SYLB. Conf. paulo infra p. 757. et quae ibi annotanda sunt. POTT.

P. 150, l. 8. *οἱ Ἕλληνες*] Historiam hanc de fame Aeaci precibus depulsa referunt Apollodorus Biblioth. 3, 11; Pausanias 1, 44, 9. et paulo latius 2, 29. POTT.

P. 151, l. 4. *θερισμοῦ*] Vulg. Bibl. *ἐκείνῃ*. Vox *θερισμοῦ* e praeced. commate huc translata est. POTT.

151, 9. *πάλιν ἱστοροῦσιν*] Historiam de Aristaeo, qui "ab Jove impetravit, ut Etesiae flarent," paucis mutatis, refert Hyginus Poet. astron. 2, 4. POTT.

151, 14. *Δελφοὶ*] Hanc historiam enarrat Herodotus 7, 178. POTT.

151, 18. *πνεύσαντες*] Hoc etiam memoriae tradit Herodotus 7, 188. POTT.

151, 21. *Ἐμπεδοκλῆς*] Diog. Laert. in Empedocle 8, 60. *ἐτησίων ποτὲ σφοδρῶν πνευσάντων, ὥστε τοὺς καρποὺς λυμῆναι, κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι,*

καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι, πρὸς τοὺς λόφους, καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε, πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα· λήξαντος δὲ κωλυσανέμαν κληθῆναι. Paria tradit Suidas. Conf. Hesychius s. v. Κωλυσανέμας, Philostratus De vita Apollonii 8, 3. His adde Porphyrium et Jamblichum in Vita Pythagorae, qui pro Κωλυσανέμῳ dictum eum Ἀλεξανέμαν commemorant. Plutarchus Empedoclem naturali quodam artificio ventos avertisse tradit lib. De curiositate et lib. Contra Colotem. POTT.

P. 152, l. 14. ἔτι] Abest a Deuteron. Quae sequuntur, ibidem sic se habent, ὁ γὰρ κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν, οὗτος θεὸς τῶν θεῶν, καὶ κύριος τῶν κυρίων, ὁ θεὸς ὁ μέγας καὶ ἰσχυρός. POTT.

152, 16. ἄρατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε] LXX ἀναβλέψατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε. Tale illud Ciceronis De haruspicum responsis, "Etenim quis est tam vecors, qui aut cum suspexerit in coelum, deos esse non sentiat, et ea quae tanta mente fiunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet?" COL.

P. 153, l. 11. ὑπερίθεντο] Non plane hoc affirmat Plato; sed dilationem praedixisse Epimenidem, apud ipsum memorat Clinias De leg. p. 642. τῇδε γὰρ ἴσως ἀκήκοας, ὡς Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος, ὃς ἡμῖν οἰκεῖος, ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ὑμᾶς κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ μαντείαν, θυσίας τε ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ θεὸς ἀνεῖλε, καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν ὅτι δέκα ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν· ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσονται, πράξαντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον, παθόντες τε ἢ δράσαντες πλείω κακά. POTT.

153, 23. Δημόκριτος] Laertius Democrito 9, 39. ὡς δὲ προειπών τινα τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε, λοιπὸν ἐνθέου δόξης παρὰ τοῖς πλείστοις ἠξιώθη. POTT.

153, 25. Σοφία] Similiter Suidas s. v. Δημόκριτος, ἐπεκλήθη δὲ Σοφία ὁ Δημόκριτος. At Aelianus Var. Hist. 4, 20. *Philosophiam* cognominatum refert. οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον φιλοσοφίαν, τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγον. Ibi vero viri docti *σοφίαν* pro *φιλοσοφίαν* substituerunt, reclamantibus licet MSS. codd. Laertius Protag. *σοφίαν* nominatum refert 9, 50. διήκουσε δὲ ὁ Πρωταγόρας Δημοκρίτου, ἐκαλεῖτο δὲ σοφία, ὡς φησι Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Sed ea verba, ἐκαλεῖτο δὲ σοφία, addita a sciolo quodam ad oram vocis Δημοκρίτου conjecit Menagius. Mihi potius pro *σοφία* substituendum videtur *σοφιστής*. Nam apud Suidam v. Πρωταγόρας, postquam facta esset Democriti, Protagorae magistri, mentio, additur, καὶ ἐπεκλήθη πρῶτος οὗτος σοφιστής· πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε, etc. Quae fere paria sunt iis quae tradit Laertius, et forte inde descripta. POTT.

153, 26. Δαμάσου] Ejus meminit Plinius 8, 35. Alii Δαμάστην vocant, inter quos est Diogenes Laertius loco jam dicto et Suidas v. Δημόκριτος. POTT.

P. 154, l. 3. ἐν ταῖς ἅλωσιν ἔτι ἦσαν] Lege ἐτίθησαν. LOWTH. Voluit ἐτίθεσαν vel ἐτέθησαν.

154, 11. φῶς τὸ ἀπρόσιτον] Respicit 1 Tim. 6, 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. POTT.

154, 20. λέγουσι] Quae sequuntur adjecisse videtur Clemens, ut quodammodo explicaret qua ratione Deus vocem emisisse dictus sit. Idem argumentum tractat Philo Judaeus lib. De decalogo p. 748, 749. POTT.

154, 21. Βρεττανικὴν νῆσον] Britanni veteres magica inclaruisse perhibentur. Plinius 28, 1. agens de magica "Britannia" inquit "hodieque eam attonite celebrat tantis ceremoniis, ut dedisse Persis videri possit." POTT.

P. 155, l. 20. ἠκούετε] Recte Deuteron. ἠκούσατε. POTT.

155, 22. τοῦ λόγου δύναμις] Sic vocat Christum, qui est φῶς, et ἀλήθεια. POTT.

155, 24. προσεχοῦς διακονίας] "Immediatum ministerium." Vide p. 832. Deo patri quam maxime conjunctum. Vide p. 824. LOWTH.

P. 156, l. 3. μετενσωμάτωσιν] Quidam, ut in Pythagora refert Laertius 8, 14. πρῶτόν φασι τοῦτον (Πυθαγόραν) ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις. Quod verum esse poterit si de Graecis tantum accipiatur; nam, ut ait Hieronymus in Apologia adv. Rufinum, "apud Graecos Pythagoras primus immortales esse animas, et de aliis corporibus transire in alia invenit." Verum hoc dogma Pythagoras, ut alia multa, ab Aegyptiis didicit, quibus id tribuit etiam Herodotus 2, 123. πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι. τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πτηνά, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν. τὴν περιείλησιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἱ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω. POTT.

156, 8. Ἑρμοῦ] Fabricius Bibliothecae Graecae 1, 11, 5. p. 75. "Clemens Alexandrinus Stromateon 6. p. 633. [756.] seq., Aegyptiae philosophiae dicendae tradendaeque methodum recensens libros 42. Hermetis refert, quorum plures paucioresve, alii itemque alii addiscere debuerint. Quia locus notissimus est et paulo prolixior, nolui integrum eundem hic repetere, tamen cum a Joh. Marshamo p. 241. seq., Lambecio p. 137. seq. et aliis numerus librorum 42 non satis bene nec ex mente Clementis computetur, observabit lector eum quam optime prodire sic,

1. Ὕμνοι θεῶν.
2. Ἐκλογισμὸς βασιλικοῦ βίου.

Ἀστρολογουμένων βιβλία δ'.

3. Περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων.
4. Περὶ τῶν συνόδων ἡλίου καὶ σελήνης.
5. Περὶ τῶν φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης.
6. Περὶ τῶν ἀνατολῶν ἡλίου καὶ σελήνης.

Τὰ ἱερογλυφικὰ, βιβλία ι'.

7. Περὶ κοσμογραφίας.
8. Περὶ γεωγραφίας.
9. Περὶ τῆς τάξεως ἡλίου καὶ σελήνης.
10. Περὶ τῶν ε' πλανωμένων.
11. Χωρογραφία τῆς Αἰγύπτου.
12. Ἡ τοῦ Νείλου διαγραφή.
13. Περὶ τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερέων.
14. Περὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων.
15. Περὶ μέτρων.
16. Περὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων.

Τὰ παιδευτικὰ καὶ μοσχοσφραγιστικὰ (ita enim recte ex Herodoti 2, 39.

et Porphyrii Περὶ ἀποχῆς 4. p. 366. legit Marshamus, p. 242. et Conringius p. 57. non μοσχοσφαγιστικὰ) βιβλία ι', τὰ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν καὶ τὴν Αἴγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα οἷον·

17. Περὶ θυμάτων.
18. Περὶ ἀπαρχῶν.
19. Περὶ ὕμνων.
20. Περὶ εὐχῶν.
21. Περὶ πομπῶν.
22–26. Περὶ ἑορτῶν καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων.

Τὰ ἱερατικὰ βιβλία ι'. Περί τε νόμων καὶ θεῶν καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων. 27–36.

Τὰ ἰατρικὰ βιβλία ς'.

37. Περὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς.
38. Περὶ νόσων.
39. Περὶ ὀργάνων.
40. Περὶ φαρμάκων.
41. Περὶ ὀφθαλμῶν.
42. Περὶ τῶν γυναικείων." POTT.

P. 157, l. 6. προφήτης] Conf. Eusebius H. Eccl. 4, 8. et quae ibi annotavit Valesius. POTT.

157, 9. περιέχει περί—] De hac structura verbi περιέχειν dixi ad Epiphanium vol. 1. p. 395.

157, 19. γυναικείων] Intelligitur νόσων, vel alia similis dictio. POTT.

P. 158, l. 7. ὁ μέχρι νῦν οὐκ ἐγνώσθη, εἶπεν, ἄνθρωπος] Male apud Plutarchum ὁ μέχρι τοῦ νῦν, εἶπεν, ἄνθρωπος οὐκ ἔγνωκεν. "Sic Plato Leg. 6. p. 765. hominem dicit, παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὸν, θειότατον ἡμερώτατόν τε ζώων· καλῶς δὲ μὴ τραφὲν ἀγριώτατον ὁπόσα φύει γῆ." COL.

158, 8. τὸν Σάββαν] Arrianus lib. 6. videtur hunc ipsum Σάμβον appellare, nam et urbis paulo post meminit et p. 134 Brachmanum, ὅσοι ἀποστάσεως αἴτιοι ἐγένοντο. COL.

158, 12. ἡμέρα μία] *Uno die*, vel *unus dies*. Nam ambiguum fuisse hoc responsum statim additur. Verum Plutarchus huic viro responsum tribuit, quo diem uno die noctem praecedere clare pronuntiatur, προτέραν γεγονέναι τὴν ἡμέραν εἶπεν ἡμέρᾳ μιᾷ. Proinde Plutarchum potius e Clemente quam ex illo hunc corrigendum existimaverim. Aliter respondit Thales, ut ait Diogenes Laertius in Thalete 1, 36. πρὸς τὸν πυθόμενον τί πρότερον ἐγεγόνει, νὺξ ἢ ἡμέρα; Ἡ νὺξ, ἔφη, μιᾷ ἡμέρᾳ πρότερον. Idem responsum occurrit in Excerptis ex veteri Lexico Graeco-Latino, ubi de responsis sapientum: Τῷ πέμπτῳ ἠρώτησεν, τίς πρῶτος ἐγεννήθη. νὺξ ἢ ἡμέρα; ὁ δὲ εἶπεν νύκτα μίαν πρότερον ἡμέραν. POTT.

158, 14. ἀπορηθεὶς] A. et H. malunt ἐπερωτηθείς. Retineri tamen etiam ἀπορηθεὶς potest, pro *Cum ei hoc dubium esset propositum*, seu, *De hoc dubio interrogatus*. SYLB. Probabilius ἐρωτηθεὶς vel ἐπερωτηθείς.

P. 159, l. 7. ἀρχὴν πάντων] Scilicet filium. Nam illud Genes. 1: "In principio Deus creavit," multi e veteribus Ecclesiae scriptoribus de filio interpretantur: qui Apoc. 3, 14. ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ, "principium creaturae Dei," dicitur. Clemens noster infra p. 769. εἷς γὰρ τῷ ὄντι ἐστὶν ὁ θεὸς, ὃς ἀρχὴν τῶν ἁπάντων ἐποίησε, μηνύων τὸν πρωτόγονον υἱὸν, ὁ Πέτρος γράφει συνεὶς ἀκριβῶς τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. POTT.

159, 8. *ἀχώρητος*] Simile est illud Hermae Pastoris lib. 2. mandat. 1. "Ipse capax universorum, solus immensus est. Qui nec verbo definiri, nec mente concipi potest." Arnobii et Serapionis conflict. p. 543. "Capax, non capabilis." Augustinus in Altercatione cum Pascentio Ariano "Laudantes Deum dicere solemus in precibus, ejus magnitudinem admirantes: Qui capit omnia, quem capit nemo, sed hominum: nam totus capitur a filio." POTT.

159, 11. *τῆς γνωστικῆς γραφῆς*] In haec verba Grabius in Spicil. 1, p. 328. haec annotat "Per hanc intelligit Clemens interpretationem mysticam, secutus in hac phrasi Barnabam, qui in epistola sua cap. 6, ubi verba Mosis citaverat, "Ecce ista ait Dominus Deus: Intrate in terram bonam, quam juramento promisit Dominus Abrahamo et Isaaco et Jacobo, et ut haereditatem possidete eam; terram fluentem lacte et melle," immediate post, mysticae explicationis gratia, addit, *τί λέγει ἡ γνῶσις μάθετε· ἐλπίσατε ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν*. (i. e. quis sit sensus spiritualis et mysticus, ut in editione Oxoniensi Barnabae bene exponitur). Quae ipsa Barnabae alibi citat Clemens Alexandr. nempe Strom. 5. p. 578 [684]. Sic hoc quoque loco per *λόγον δυνάμεως θεοῦ* docet filium Dei sensu mystico intelligendum esse: unde potius *τῇ γνωστικῇ γραφῇ* quam *τῆς γνωστικῆς γραφῆς* legendum puto." Haec ille. Mihi in Clementis verbis nihil mutandum videtur. Sunt autem haec non Petri, sed Clementis Petri sententiam explicantis verba. POTT.

159, 13. *ὡς δηλονότι*] Haec verba usque ad *μεμαθηκότων* Clementis sunt: ac proinde Grabius Spicileg. 1, p. 63. ea tanquam ipsius Petri recitans hujusce loci sensum pervertit. POTT.

159, 22. *ὡς ἡμεῖς κατὰ τὴν γνῶσιν τελείαν*] Haec etiam Clementis verba sunt, quibus explicat quo sensu Petrus gentes Deum non scire dixerat: licet ea Grabius ipsi Petro tribuerit. POTT.

159, 23. *ἣν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίας εἰς χρῆσιν*] Non incommode scribi posse videtur, *ὧν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν εἰς χρῆσιν· quorum ipsis dedit potestatem ad usum*, seu *ut iis uterentur*. Nam lignum, lapides, et caetera, quae hic numerantur, opponit aliis *ἃ δέδωκεν αὐτοῖς εἰς βρῶσιν ὁ θεός*. POTT.

159, 25. *τῆς ὕλης αὐτῶν καὶ χρήσεως, τὰ δοῦλα τῆς ὑπάρξεως ἀναστήσαντες, σέβονται*] Haec sine dubio corrupta sunt. Interea vero, donec MS. aliquis codex appareat, cujus ope emendentur, sic scribi poterunt, *τὴν ὕλην, αὐτῶν καὶ χρήσεως τὰ δοῦλα τῇ ὑπάρξει ἀναστήσαντες, σέβονται. Materiam, et quae ipsorum usui natura inservire debent, statuentes, colunt.* Vel, *χρήσεως τὰ δοῦλα καὶ τῆς ὑπάρξεως, quae serva sunt usui et possessioni.* Nam *ὕπαρξις* interdum idem est ac *τὰ ὑπάρχοντα, πλοῦτος, κτήματα*. Vel aliquid his simile, nam incertae plerumque sunt hujusmodi conjecturae. POTT.

P. 160, l. 3. *καὶ τὰ ἴδια βρώματα βροτοῖς θύματα θύουσιν*] Interpres *et proprios cibos hominibus sacrificant*, nihil ad sensum Petri. Proinde pro *βροτοῖς* scribendum *βρωτοῖς*, *cibis:* qua voce intelligit *ἃ δέδωκεν ὁ θεὸς εἰς βρῶσιν·* ut sensus sit Aegyptios aliasque gentes, a quibus bruta coluntur, *τὰ ἴδια βρώματα τοῖς βρωτοῖς θύειν* proprios cibos sacrificare iis animalibus quae sunt ipsis a Deo in cibum concessa. Nam sicut *νεκρὰ νεκροῖς*, ita *βρώματα βρωτοῖς θύειν* eos dicere videtur. POTT.

160, 4. *νεκρὰ νεκροῖς*] Scilicet mortua animalia mortuis hominibus,

quos ut deos colebant. Proinde triplicem idololatriae formam innuere videtur: primam, qua res vitae expertes; secundam, qua bruta animalia; tertiam, qua mortui homines coluntur. POTT.

160, 7. *φέρεται*] Metaphorice utitur hac voce, ut statim *ἐπιφέρει*. Sensus est "Et propterea quod fert nos et Graecos eundem Deum, licet diverso modo, cognoscere, iterum inferet. POTT.

160, 8. *μηδὲ κατὰ Ἰουδαίους*] Eadem ex Petri praedicatione adducit Origenes t. 14. in Joan. p. 211. *φέρειν αὐτὸν, ὡς Πέτρου διδάξαντος, μὴ δεῖν καθ' Ἕλληνας προσκυνεῖν τὰ τῆς ὕλης πράγματα ἀποδεχομένους, καὶ λατρεύοντας ξύλοις, καὶ λίθοις, μήτε κατὰ Ἰουδαίους σέβειν τὸ θεῖον, ἐπείπερ καὶ αὐτοὶ μόνοι οἰόμενοι ἐπίστασθαι θεὸν, ἀγνοοῦσιν αὐτὸν, λατρεύοντες ἀγγέλοις, καὶ μηνὶ καὶ σελήνῃ.* Porro Judaeis angelorum cultum exprobrat etiam Celsus apud Origenem 1. p. 20. *λέγων αὐτοὺς σέβειν ἀγγέλους καὶ γοητείᾳ προσκεῖσθαι ἧς ὁ Μωυσῆς αὐτοῖς γέγονεν ἐξηγητής.* Idem infra repetit 5. p. 234 edit. Cantabrig. Hieronymus Resp. ad quaestionem ab Algasia propositam Judaeos ejusdem criminis accusat "Conversus autem Deus, tradidit eos, ut colerent militiam coeli sicut scriptum est in libro prophetarum. Militia autem coeli non tantum sol appellatur, et luna et astra rutilantia, sed et omnis angelica multitudo, eorumque exercitus, qui Hebraice appellatur Sabaoth, id est virtutum, sive exercituum." Idem paulo post: "Tradidit eos Deus, ut servirent militiae coeli, quae nunc ab Apostolo dicitur religio angelorum." Verum Spencerus existimat non tam Judaeos in verbis Petri intelligendos esse quam Cerinthi discipulos, haereticos scilicet *Ἰουδαΐζοντας*, qui angelorum cultu eo tempore infames erant. Conf. ejus annotationes in Origenis lib. 1. p. 20. POTT.

160, 11. *καὶ ἐὰν μὴ*] Conf. Seldenus De anno civili Jud. p. 98. POTT.

160, 13. *μεγάλην ἡμέραν*] Grabius Spicileg. 1. p. 329. in haec verba annotat "Hac diem expiationis designari vix dubito: utpote de qua Deus ipse Levit. 23, 21. ad Judaeos ait 'Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum.' Rabbini quoque dicunt omnibus festis cessantibus hoc expiationis festum perdurare debere, neque mundum sine illo subsistere posse. Vide doctissimum Morinum lib. 9, De poenitentia cap. 34." POTT.

160, 17. *ἰδοὺ*] Exstant haec Jerem. 31, 31, 32. et Hebr. 8, 8. 9. 10. verum, si verba spectantur, paulo aliter quam hic. POTT.

160, 19. *νέαν ὑμῖν*] Fort. rectius *ἡμῖν*· itemque mox *ἡμεῖς*, sive Petri, sive Clementis sint verba. SYLB.

*νέαν—Χριστιανοί*] Hanc sententiam Petro tribuere videtur Grabius: quae Clementis potius est, quo sensu intelligenda sint haec verba *νέαν διαθήκην* explicantis. POTT.

P. 161, l. 4. *ὄντως*] Aliis *ὄντων* placuisse videtur. POTT.

*ἐπεὶ, ὅτι καθάπερ Ἰουδαίους—μέλλοντα ἔσεσθαι*] Beveregius codice Canon. lib. 1, c. 14. in haec verba annotat "Joan. Bapt. Cotelerius in notis ad secundam Clementis Romani Epistolam doctos viros hujus loci sensum nondum attigisse opinatus est, ut qui verba ista sic accipiant quasi *λάβετε* etc. sit Apostoli exhortatio. Ille autem verba illa *ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος*, non referenda putat ad consequentia *λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους*, sed ad praecedentia ista *οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας*, seu ad versiculum 12 primi capitis Epistolae ad Titum, ubi scilicet Apostolus dicit: *εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης*. Haec

autem verba λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, et quae sequuntur, non sancti Pauli, sed Clementis esse arbritratur vir doctus. Quae quidem nova horum Clementis verborum expositio mihi etiam primo intuitu summe arrisit. Totum autem contextum postea revolvens statim inveni quod haec Clementis Alexandrini verba sensum istum nequaquam admittant. Doctissimus Pater in hisce libris non oratorem agit, non epistolam aut exhortationem scribit, ac propterea neminem definite alloquitur. Atque ideo cum scribit, Λάβετε τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, haec non ipsius Clementis, sed Pauli mox ante memorati verba sint necesse est. Et praeterea sancti Pauli verba in Epistola ad Titum nulla machina huc trahi possunt. Praeterquam enim quod Apostolus ibi de uno solo propheta loquatur, Clemens hic de pluribus; quodque sanctus Paulus proprios suae linguae prophetas a Deo gentilibus, prout percipere poterant Dei beneficentiam, excitatos esse, nullo modo affirmet; praeter haec, inquam, observandum etiam est, ista verba ad aliam hujus sententiae partem pertinere. Clemens enim non asserit D. Paulum dixisse Deum suos Graecis prophetas excitasse, sed ipse hoc dixit, probatque tum ex Petri praedicatione, tum ex Paulo, ut ait, dicente λάβετε τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους. Res clarior adhuc elucescet, si ea recolamus quae proxime post verba a nobis citata sequuntur. Refert enim sanctum Paulum haec dixisse. "Libros quoque Graecos sumite, agnoscite Sibyllam quomodo unum Deum indicet, et ea quae futura sunt. Sumptum etiam Hystaspem legite, et invenietis Dei filium multo clarius apertiusque esse scriptum, utque multi reges adversus Christum aciem instruent, odio habentes tum illum, tum eos qui nomen illius gestant, et ejus fideles, illiusque tolerantiam atque adventum." Cum haec a D. Paulo prolata tradidisset, mox addit, Εἶτα ἐνὶ λόγῳ πυνθάνεται ἡμῶν, ὅλος δὲ κόσμος καὶ ἐν τῷ κόσμῳ τίνος; οὐχὶ τοῦ θεοῦ; Haec autem verba de nullo alio nisi de sancto Paulo intelligi possunt. Quis enim hoc interrogasse dicatur, nisi is de quo ante facta fuerat mentio istis verbis, ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος. Quod enim doctissimus vir haec verba praedicationi Petri tribuenda censet, a ratione prorsus alienum est. Etenim sancti Petri sermo ex apocrypho isto libro a Clemente hic citatus, prius finitus fuit quam haec a D. Paulo vel alio quopiam dicta referuntur. Quin etiam post ultima ista a nobis recitata verba statim haec subjungit, Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος εἰρηκέναι τὸν κύριον τοῖς ἀποστόλοις, etc. Quod si praecedentibus verbis Petrum illud interrogasse voluisset, nomen ejus ibi potius inseruisset. Cum sanctus autem Paulus istam protulisse interrogationem clarissime hic perhibeatur, nihil dubii esse potest quin is etiam ea quae praecedunt, si Clementi fidem habeamus, dixerit. Clemens autem haec vel ex traditione vel saltem ex apocrypho aliquo libro D. Pauli nomen prae se ferente, hausisse videtur. Qualis etiam D. Petri nomen sibi inscriptum habens, et *Petri Praedicatio* dictus, hoc ipso in loco a Clemente laudatur, multaque tanquam a Petro dicta ex eodem recitantur." Conf. Grabii Spicil. p. 66. POTT.

161, 11. λάβετε] Theod. Canterus Var. lect. 2, 19, hunc locum citans corrigit illa Lactantii 7, 16. "Sibylla tamen aperte interituram Romam loquitur. Hydaspes quoque, qui fuit Medorum rex antiquissimus, a quo amnis quoque nomen accepit, posteris reddidit sublatum ex orbe imperium nomenque Romanum, multo ante praefatus illa

[illegible] *μετανόησον*] Si *μετανόησον* [illegible] *μὴ μετανόησαι* retinentur, subaudiendum ita erit: *ἐπεὶ ἐμετανόησας*. STOCK.

161, 23. *μετὰ δώδεκα ἔτη*] Grabius Spicileg. 1. p. 67. in haec verba annotat "Ea Petri verba quod attinet, quibus refert Christum apostolos jussisse, ut post duodecim annorum spatium Evangelium mitterent in universum mundum, ea paulo aliter dictum quam in editione Clementis Alexandrini leguntur. Ibi enim voces *μετὰ δώδεκα ἔτη* perperam, ut mihi quidem videtur, junctae sunt cum praecedentibus *ἀληθήσεται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι*. Aptius autem cohaerent cum sequentibus *ἐξίωθεν εἰς τὸν κόσμον*. Eandem Servatoris instructionem apostolis datam memorat Apollonius, scriptor Clementis Alexandrini aequalis, in *Syngrammate* contra Cataphrygas haereticos, ex quo fragmenta quaedam nobis conservavit Eusebius H. Eccl. 5, 18. et haec quoque post alia exinde notavit, *καὶ δὴ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν σωτῆρά φησι κρεττοτταχύναι τοὺς αὐτοῦ ἀποστόλους ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ*. Id utrum factum sit, et an apostoli post duodecim demum annos in universum orbem dispersi Evangelium praedicare coeperint, a plurimis controvertitur, sed hac de re agere non est hujus loci." Atque haec quidem ille: quae sumsit ex Cavei Historia literaria, vol. 1. p. 4. POTT.

161, 29. *λέγει—ὁ κ.*] Haec praefatio e commate praeced. huc translata est. POTT.

P. 162, l. 1. *ἐβοήθησά σοι· ἔδωκας*] Iesa. *ἐβοήθησά σοι, καὶ ἔπλασά σε καὶ ἔδωκά σε*. Male *ἔδωκάς σε* habent vulg. Clementis libri: quod olim annotavit Sylb. Mox *καταστῆσαι* pro *κατασκηνῶσαι* Iesa. ac deinde *κληρονομίας ἐρήμους* pro *κληρονομίαν ἐρήμου*. POTT.

162, 7. *δυσβάστακτα*] Respicit Matth. 23, 4. vel Luc. 11, 47. unde et verbum *φησὶν* adjicit. POTT.

162, 17. *ὁ κύριος εὐηγγελίσατο*] Christum in inferno Evangelium praedicasse, non pauci ex antiquis Patribus docuerunt ex 1 Petr. 3, 19. Eorum testimonia satis multa videre licet in Spenceri Annotationibus ad Origenis contra Celsum lib. 2. p. 85. edit. Cantabrig., et Cotelerium

in Hermae Pastorem lib. 3. similitud. 9. Conf. etiam superius Strom. 2. p. 452. His adjicere licet Irenaeum 4, 45. p. 347. ed. Oxon. "Sufficienter increpavit eum Scriptura, sicut dixit presbyter, ut non glorietur universa caro in conspectu Domini. Et propter hoc Dominum in ea quae sunt sub terra descendisse, evangelizantem et illis adventum suum, remissam peccatorum exsistentem his qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui sperabant in eum, id est, qui adventum ejus praenuntiaverunt, et dispositionibus ejus servierunt, justi et prophetae et patriarchae: quibus similiter ut nobis remisit peccata." Conf. ejusdem libri cap. 50. POTT.

162, 18. λέγει] Non eadem penitus verba, sed quae tamen videtur in mente habuisse Clemens, Jobi sunt 28, 22. ἡ ἀπώλεια καὶ ὁ θάνατος εἶπαν, ἀκηκόαμεν αὐτῆς τὸ κλέος. Chaldaicae paraphrasis interpretatio: "Domus perditionis et angelus mortis dixerunt." Clementis verba sunt, λέγει ὁ Ἅδης τῇ ἀπωλείᾳ, εἶδος μὲν αὐτοῦ οὐκ εἴδομεν, φωνὴν δὲ αὐτοῦ ἠκούσαμεν. Similis est locus et Jobi 26, 6. Γυμνὸς Ἅδης ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔστι περιβόλαιον τῇ ἀπωλείᾳ, quem sic interpretatur quidam ex veteribus apud Nicetam Heracleensem in Expositione seu Catena manuscripta C.V. Petri Delbenii abbatis, ταῦτα δὲ προφητικῶς εἰς τὴν διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν τοῦ μονογενοῦς εἴρηται, αὐτοῦ γὰρ ἐνώπιον γυμνός ἐστιν ὁ ἀφεγγὴς καὶ σκοτεινὸς Ἅδης, καὶ ἡ γείτων τοῦ Ἅδου ἀπώλεια, ἤγουν θάνατος, οὐκ ἔχει ἀποκρυβήν. αὐτὸς ἄνθρωπος γεγονὼς καὶ τὸν Ἅδην ἐσκύλευσε, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἐν ἀνδρείᾳ ἐξήγαγεν. εἴρηται δὲ καὶ ἐν ταῖς Παροιμίαις, Ἅδης καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ κυρίῳ. οὐκ ἐκρύβη γὰρ παρ' αὐτῷ οὔτε τὸ χωρίον ἐν ᾧ αἱ ψυχαὶ κατείχοντο πρὸ τῆς αὐτοῦ ἐπιδημίας, οὔτε οἱ ἀπολέσθαι δόξαντες διὰ τὴν φθορὰν καὶ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ εἰς Ἅδου κατῆλθε, καὶ τὰς ἀπ' αἰῶνος ψυχὰς αἰωνίων δεσμῶν ἀπέλυσεν. Locus ex Proverbiis citatus est 15, 22. COL.

162, 26. δηλοῦσιν] Nempe Scripturae. Respicit vero 1 Pet. 3, 19, 20. Statim εὐηγγελίσθαι active sumitur pro εὐαγγελίσαι· ut paulo post εὐηγγελισμένοι τοὺς ἐν Ἅδου pro εὐαγγελισάμενοι. POTT. Εὐαγγελίσασθαι est in fine hujus paginae, p. 762. extr. 764. et cum accusativo p. 765. εὐαγγελίσασθαι τοὺς ἀνθρώπους. Passiv. τοὺς εὐηγγελισμένους p. 765. et εὐηγγελίσθησαν p. 766.

162, 28. μᾶλλον δὲ πεπεδημένοις] Est correctio ejus quod fuerat dictum, nempe diluvio mortuos periisse. POTT.

P. 163, l. 1. δευτέρῳ στρωματεῖ] P. 452.

163, 14. ἐνεργεῖ] Sic non multo post δύναμιν ἐνεργητικὴν vocat Christum. POTT.

163, 17. ἑλκύσας εἰς σωτηρίαν] Respicit Joan. 6, 44; 12, 32. POTT.

163, 24. τοῦ ἁμαρτωλοῦ] Respicit Ezech. 18, 23, 32; 33, 11. vel similem S. Scripturae locum. POTT.

163, 29. ἀπροσωπολήπτου] Respicit Act. 10, 34; Rom. 2, 11. vel similem locum. POTT.

P. 164, l. 2. κατέβησαν οὖν αὐτῶν] Haec superius adduxit auctor Stromat. 2. p. 452. E quo loco, astipulante etiam Hermae Latina versione, scribendum κατέβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ καὶ πάλιν ἀνέβησαν. POTT.

164, 3. μὲν] Hanc particulam non agnoscit Clemens in Strom. 2. POTT.

καὶ ζῶντες] Strom. 2. καὶ πάλιν ζῶντες. POTT.

164, 6. *τὸ εὐαγγέλιον*] Respicit Matth. 27, 52. *καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν· καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη.* POTT.

164, 11. *οὐ γὰρ Ἰουδαίων*] Respicit Rom. 3, 29; 10, 12. vel alium his consimilem locum. POTT.

164, 15. *εἰς πίστιν*] Respicit Rom. 9, 3. vel locum aliquem huic similem. POTT.

164, 17. *διὰ τὴν τῆς φωνῆς ἰδιότητα*] Vocis proprietatem vocat rationem illam, qua se Deus Patribus ante legem manifestabat. Proinde non assentior H. apud Sylburgium scribenti *τὴν τῆς φύσεως ἰδιότητα*. POTT.

164, 18. *ἐν φρουρᾷ*] Respicit 1 Pet. 3, 19. POTT.

P. 165, l. 6. *ἐμῆς δηλοῦντας*] Illud *ἐμῆς* mendosum videtur. Scribendum forte *ἐμφανῶς δηλοῦντας*, vel aliquid simile. POTT.

165, 20. *ὅσα ἐν ἀγνοίᾳ*] Respicere videtur Act. 3, 17, 19; 17, 30. vel parallelum his locum. POTT.

165, 23. *τέθεικα*] Deut. *δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν σήμερον τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, ἐκλέξαι τὴν ζωήν.* Sylburgio *ἐκλέξασθε* imper. mod. aptius quam *ἐκλέξασθαι* merito visum est. POTT.

165, 27. *ἐὰν*] Iesaiae vulg. Bibl. *ἐὰν θέλητε μηδὲ εἰσακούσητε ... ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ..* SYLB.

P. 166, l. 2. *μεταβολῆς κόσμου*] Scribendum potius *καταβολῆς κόσμου*, *mundo condito*. Statim *ηὐφράνθη ἡ καρδία μου* Psalm., Act. Paulo post *εἰς Ἅδου* Act. POTT.

166, 11. *ὃς ὁ προσήλυτος προεφητεύετο*] "Qui praedicebatur fore proselytus:" vel, "Qui proselyti nomine a prophetis significabatur." Quo sensu verbum *προφητεύεσθαι* superius adhibetur Strom. 4. p. 604. POTT.

166, 12. *βοῦν*] Allegoria de bove et urso enarratur etiam a Justino M. p. 76. et Greg. Nazianz. homil. in Natalem Christi. H. SYLB. Similem de bove allegoriam superius attulit Clemens Strom. 2. p. 479. POTT.

166, 17. *σάρκα ἀτύπωτον*] Id confirmat Plinius H. N. 8, 36. ubi agens de ursarum catulis ait, "Hi sunt candida informisque caro, paulo muribus major, sine oculis, sine pilo: ungues tantum prominent: hanc lambendo paulatim figurant." Idem ille tradit 10, 63. et Aelianus N. A. 2, 19. Fabulam esse jam omnibus est compertum. Causam praebuit catulorum ortus, crassissimis secundis obvolutorum, quas non nisi diu lambendo mater revellere potest. Sic videlicet contecti informis carnis speciem monstrant. POTT.

166, 21. *σειρῆνες*] Iesa. *εὐλογήσουσί με τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, σειρῆνες, καὶ θυγατέρες στρουθῶν.* POTT.

166, 22. *τῶν ἀκαθάρτων*] Verbum *εἶναι* subintelligendum videtur, ut sensus sit, "Ex immundis autem animalibus esse ferae agri, hoc est mundi, cognoscuntur." POTT.

P. 167, l. 3. *ὑποστέλλεται*] Vulg. Bibl. Sapient. 6. *ὑποστελεῖται·* et mox *προνοεῖ περὶ πάντων.* SYLB.

167, 8. *ἀλλὰ*] Psal. *καί.* Ibidem mox, *ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψει.* POTT.

167, 12. *ἵνα μὴ*] Haec Clementis verba sunt. POTT.

167, 17. *ἀδικίαν*] Vulg. Bibl. Psalm. 10. *τὴν ἀδικίαν.* SYLB.

167, 21. *ἐνεργητικὸν*] Voce *ἐνεργητικὸν*, cum de humanae salutis procreatione ageret, paulo superius bis usus est auctor p. 764. edit. nostrae. POTT.

167, 27. *σαρκικῷ πνεύματι*] Respicit Gal. 5, 17. *ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος.* Opponit autem Clemens *πνεῦμα σαρκικὸν* animae rationali ac *ἀσωμάτῳ*. POTT.

P. 168, l. 2. *τὴν κοινότητα*] Id est, Deum se revelasse gentibus non minus quam Judaeis. LOWTH.

168, 4. *δημοσίοις βίβλοις*] Grabius in Spicileg. 1. p. 54. in haec verba annotat, "Quinam sint libri publici vel vulgares declarat Clemens dum addit, *δημοσίας γὰρ βίβλους εἴτε τὰς Ἰουδαϊκὰς λέγει* (f. *λέγων*) *γραφὰς, εἴτε τὰς τῶν φιλοσόφων, κοινοποιεῖ τὴν ἀλήθειαν.* Sed quid sibi volunt haec Valentini, *νόμος ὁ γραπτὸς ἐν καρδίᾳ οὗτός ἐστιν ὁ λαὸς ὁ τοῦ ἠγαπημένου*, et quae sequuntur? Ego *λόγος* pro *λαὸς* substituo, ac ita verto, 'Lex quae scripta est in corde, est verbum dilecti, quod diligitur et ipsum diligit.' Dices: Quisnam iste *νόμος* ac *λόγος*? Respondeo ex Eclogis propheticis Valentinianorum apud Clementem p. 809. col. 1. *Νόμος καὶ λόγος αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται, ὡς Πέτρος ἐν κηρύγματι.* Vide tom. 1. hujus Spicil. p. 62." POTT.

168, 12. *προφήτου Παρχὼρ*] Conf. Eusebii H. Eccl. 4, 7. et quae ibi annotavit Valesius. POTT.

168, 22. *τῶν δὲ προφητῶν σφετερισάμενοι*] Ferri lectio potest si accipias pro *a prophetis mutuati*. Alioqui legendum foret, *τὰ δὲ τῶν προφητῶν σφετερισάμενοι*. SYLB.

168, 23. *τῷ μὴ ὑπάρχοντι*] Negativam particulam *μὴ* omisit interpres. POTT.

168, 24. *καὶ γάρ*] Grabius Spicil. 2. p. 68. haec annotat, "Vult Isidorus philosophiae studiosos discere quid sit, vel symbolice significet, "quercus alata et discolor ejus pallium." Mirum sane! Ubi enim quercus alata? quis unquam de ea legit, vel scripsit? Nisi itaque mea me fallit conjectura pro *δρῦς* poni debet *δρύοψ* avis genus apud Aristophanem in Avibus 304. Hanc itaque avem alatam et egregiis variatam coloribus pro emblemate quodam accepit Pherecydes Syrius, quem in numerum 7. sapientum ab aliquibus relatum fuisse testatur Clemens lib. 1. Strom. p. 299. ejusque theologiam inter mysticos ac intellectu difficiles libros recenset 5. Strom. p. 577. [683.] ubi etiam paulo ante p. 567. symbolum avis aliorumque animantium ab Idanthura Scytharum rege usurpatum, a Pherecyde autem memoratum, variasque ejus expositiones refert. Prophetiae autem Chami nullam alibi mentionem reperio, hancque apocryphum scripturam a Basilide vel aliis haereticis confictam fuisse arbitror." POTT. Infelix Grabii conjectura *δρύοψ*. Nam ipsum adjectivum *ὑπόπτερος*, quod avis nomini inutiliter additum foret, indicio est non esse de avi cogitandum.

P. 169, l. 2. *τὴν ὑπόθεσιν*] Haec verba in vulgatis editionibus ad praecedentem sententiam perperam referuntur. POTT.

169, 5. *σοφίαν*] Similem Sapientiae definitionem superius tradit auctor Strom. 1. p. 333. ubi conf. not. POTT.

169, 10. *ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου παραδοθεῖσα*] *Quae ratione dimoveri non potest cum fuerit tradita.* Conf. Strom. 2. p. 433. POTT.

169, 11. *βουλήσει*] *Ex voluntate*, sc. Dei. POTT.

169, 29. *τῶν μὲν*] Notabilis est articulorum commutatio: *τῶν μὲν ... ὧν δὲ*, et mox *ἃ μὲν ... τὰ δὲ ...* cum utrobique iidem et similes poni soleant. SYLB.

P. 170, l. 1. *κινούμενοι*] Scilicet divinitus: quod opponit *τῷ ἀνθρωπίνῳ στοχασμῷ*. POTT.

170, 22. *ὡς κύριον καὶ ἡγεμονεῖται*] A. *ὡς κύριον καθηγῆται*. Possis etiam legere, *ὡς κύριον καθηγεμονῆται*. Vulgata lectio ferri potest si *καὶ* accipiatur pro *etiam*, vel *id est*, *si*, *ut dominans*, *etiam ceu dux praeire velit*. SYLB.

170, 24. *γῆν σποδὸν*] Interpres legit *γῆν καὶ σποδόν*. Vulg. Bibl. Psal. 101. *γῆν* hoc loco non agnoscunt. SYLB. Verumtamen e seq. sententia satis constat Clementem *γῆν* legisse. Utrum *σποδὸν* legerit, an potius id in margine libri ex vulg. Bibliis annotatum, deinde in textum irrepserit, non est adeo manifestum. POTT.

P. 171, l. 14. *δεῖ*] Distinctione post hanc vocem non opus est. SYLB.

171, 21. *εἷς—ἐποίησε*] Haec Petri in Praedicatione verba fuisse videntur: quod non advertit Grabius. POTT.

171, 23. *τὸν πρωτόγονον υἱὸν*] Sic Athenagoras in Legat. *πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ πατρί*. Recognit. Clementis 3, 52. Deus, qui unus et verus est, primo germini suo amicos bonos et fideles instituit praeparare. Ubi conf. quae annotavit Cotelerius. POTT.

171, 26. *γενητῶν ἁπάντων*] Nempe angelorum perinde ac hominum, ut paulo superius dictum est. POTT.

171, 28. *πολυτρόπως*] Respicit Heb. 1, 1. POTT.

P. 172, l. 1. *μὴ εἴπητε*] Quoad sensum recitat Matth. 23, 8, 9. 10. POTT.

172, 4. *ὁ νόμος*] Paulum mutat Hebr. 10, 1. POTT.

172, 7. *πατριὰ*] Ephes. 3, 14, 15. *τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται*. POTT.

172, 10. *ὅτῳ δήποτε τρόπῳ*] MS. Ottob. *ὁ τῷ δήποτε τόπῳ*. POTT.

*λαβόντες σπέρματα*] Respicit parabolam de seminatore Luc. 8, 5. et seq. POTT.

172, 13. *ἀνθρωπίνας*] Matth. 15, 9. *διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων*, iterumque Marc. 7, 7. POTT.

172, 20. *δοκίμιον τῇ γῇ*] Agnoscunt etiam Vulg. Bibl. Psalm. 11. Heb. versio, *excoctum in fornace*. SYLB.

172, 24. *Σαλομῶν*] Prov. 10, 20. *ἄργυρος πεπυρωμένος γλῶσσα δικαίου, καρδία δὲ ἀσεβοῦς ἐκλείψει*. Latina, "Argentum electum lingua justi, cor autem impiorum pro nihilo." Aquila et Symmachus, *ἄργυρος ἐκλεκτός*. Paraph. Chald. "Argentum conflatum lingua justi." Sic Psalm. 11. paulo ante, *ἀργύριον πεπυρωμένον*, quod Hervetus "argentum ignitum," Vulgata "argentum igne examinatum," *δοκίμιον τῇ γῇ*, "probatum terrae." D. Hieronymus "argentum igne probatum, separatum a terra," et Psalm. 108, 140. *πεπυρωμένον τὸ λόγιόν σου σφόδρα*. D. Hieronymus, "Probatus sermo tuus nimis." Vox Hebraica *igne expurgatum* significat. Tale illud quod habes p. 658. ex Psalm. 16, 3. *ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία*. Vulgata, "Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas." Hieronymus, "Conflasti me, et non invenisti cogitationes meas transire os meum." COL.

P. 173, l. 6. *ἀποχὴ τῶν κακῶν*] MS. Ottob. *ἀποχὴ τοῦ κακοῦ*. Huic convenit illud Horatii in Epist. 1, 1, 41, 42. "Sapientia prima est stultitia caruisse." POTT.

173, 14. *οἱ κλητοὶ*] Respicit Matth. 20, 10. *πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί*· vel alium huic similem locum. POTT.

173, 15. πτερνίσαντες] Alludit ad etymologiam nominis Jacob, qui Graece πτερνιστὴς, Latine *supplantator* dicitur. POTT.

173, 17. διὰ τῶν προφητῶν] Vult, quod ubique tradunt antiqui Patres, Christum per veteres prophetas locutum fuisse. Barnabas, ut alios praeteream, cap. 5. de Christo agens, ait "Prophetae ab ipso habentes donum, in illum prophetaverunt." POTT.

173, 28. ἡ γνῶσις δὲ αὐτὴ] Si quis demonstrative malit αὕτη, per me licet. SYLB. Porro γνῶσιν appellat arcanorum cognitionem, quam cum paucis tantum communicasse Christum alibi tradit. Conf. Strom. 1. p. 322, 323. POTT.

P. 174, l. 8, ἦ] Abest haec particula ab Hebr. 5, 12. POTT.

174, 15. τοῦ κόσμου τούτου] Vulg. Bibl. τοῦ κόσμου, absque demonstrativo τούτου. SYLB.

174, 16. δελεάζων] Hervetus maluit δηλῶν. Sed nihil mutandum. Sensus est, Quasi esca quadam illiciens iterum ad philosophiam, elementarem illam doctrinam, recurrere. Seu clarius, Velut esca quadam alliciens ut iterum ad philosophiam, elementarem illam doctrinam, revertamur. Allusio est ad Apostoli verba ista, βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν. SYLB.

174, 21. σός] Psalm. σοῦ. POTT.

174, 27. οὐδενὶ ἔθνει] Vulg. Bibl. Psalm. 147. παντὶ ἔθνει, Hebraico more. SYLB. Chrysostomus homil. in Psalm. 14. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς οὐκ εἶπεν, ὅ τι ἐποίησεν ἐν παντὶ ἔθνει, ἀλλ' οὕτως οὐκ ἐποίησεν, τοῦτ' ἔστιν οὐ πλάκας αὐτοῖς ἔπεμψεν, οὐ γράμματα, οὐ νομοθέτην Μωυσέα, οὔτ' ἄλλα τὰ ἐπὶ τοῦ Σινὰ ὄρους. ἀλλὰ τούτων ἐκ περιουσίας Ἰουδαῖοι ἀπέλαυσαν· ἡ μέντοι πᾶσα φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἀρκοῦντα εἶχε τὸν ἀπὸ τοῦ συνειδότος νόμον. COL.

P. 175, l. 7. ὅτι προσωπολήπτης] Act. apostol. 10. ordine inverso, οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ θεός. SYLB.

175, 14. ἐν αὐταῖς εἰσελθὼν] Psalm. 117. εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς. A. SYLB.

175, 16. Βαρνάβας] Memoriae lapsu auctor Barnabae tribuit quae pertinent ad Clementis Romani epist. 1, 68. Porro haec superius etiam adduxit Clemens Strom. 1. p. 339. ubi conf. annotata. POTT.

175, 17. ἡ ἐν δικαιοσύνῃ] ἡ δικαιοσύνη Clementis editiones recentiores nonnullae, quod viris doctis, qui haec allegarunt, non paucis imposuit. POTT.

P. 176, l. 2. Πρωταγόρου προκατάρξαντος] Conf. etiam Stephani abbreviator Hermolaus voce Ἄβδηρα. Diogenes Laertius in Protagora 9, 51. πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος, ἀντικειμένους ἀλλήλοις, οἷς καὶ συνηρώτα, πρῶτος τοῦτο πράξας. In quem locum commentarium scribens Menagius hanc Clementis nostri sententiam, quod ei paulo durior visa esset, sic correxit, καὶ ἐπειδὴ Ἕλληνές φασι, Πρωταγόρου προκατάρξαντος, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικείμενον παρασκευάσασθαι. POTT.

176, 3. παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικεῖσθαι] Maximus Tyr. p. 196. H. SYLB.

176, 8. ἔστω τοίνυν] Haec etiam Clementis Romani verba, quae loco epistolae ejus paulo superius dicto leguntur, adduxit Clemens Strom. 1. p. 339. quo etiam, loco de sophistica tractat. Porro ἤτω pro ἔστω, cum hic, tum in seq. sententia, habent Clemens Romanus et noster. Reliquae autem lectionum diversitates ibi annotatae sunt. POTT.

176, 10. γὰρ] Abest a Clemente Romano haec particula. POTT.

176, 13. *καὶ οὓς*] Respicit Judae vers. 22, 23. ubi tamen hae sententiae paulo aliter se habent, *καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι, οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες*. Verum hoc in loco novem MSS. codices, Vulgata Latina, et, ut videtur Aethiopica versio, pro *ἐλεεῖτε διακρινόμενοι* exhibent *ἐλέγχετε διακρινομένους*. POTT.

P. 177, l. 15. *ὑποβάθραν*] Id est scalam, seu gradum, quo ad superiorem philosophiam ascenditur. POTT.

P. 178, l. 1. *τοῖς τῇδε ἄρχουσι*] Scilicet, *τοῖς ἄρχουσι τοῦ αἰῶνος τούτου*. POTT.

178, 6. *οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν*] 1 Cor. 2, 9. *καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη*. POTT.

178, 8. *κατ' ἐπανάβασιν*] Nempe ascendendo a minus perfecta revelatione, quae omnibus facta est, ad *τὰ ἀγιώτερα*, mystica scilicet, seu *τὴν γνῶσιν*, quam paucis communicavit Christus. POTT.

178, 13. *τῷ ὄντι γνωστικῶν*] Quae pertinent ad cognitionem, seu mysticam revelationem. Hervetus legisse videtur *τῷ ὄντι γνωστικόν*. POTT.

178, 14. *Ἰάκωβος*] Conf. Strom. 1. p. 322. POTT.

178, 27. *κἀκ τοῦ μανθάνειν—πρᾶξις*] Mutila hic apparet sententiarum repetitio: quarum forte aliqua ad libri marginem annotata, deinde in textum irrepsit. POTT.

P. 179, l. 20. *στροφὰς*] Similia sunt, sed non prorsus eadem, quae leguntur Sap. 7, 17, 18. Eadem Clemens infra adducit. POTT.

179, 24. *τοιοῦτος* [Stoicorum more loquitur, qui sapientem suum prorsus *ἀπαθῆ* esse volebant. Conf. Paedagogi 1, 2. p. 99. Quin etiam aliis locis eorundem philosophorum dogmata et phrases sermonibus suis immiscet. Conf. Paedag. 1, cap. ult. et quae ibi annotata sunt. POTT.

P. 180, l. 18. *καὶ τούτου*] Facili mutatione scribi etiam possit *κατὰ τούτων*, *in hac*, scilicet vita. POTT.

*τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπης*] Posterior ille genitivus *τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπης* praecedentis *τούτου* est exegesis quaedam. Cum iis vero quae mox breviter attinguntur de Christiana *εὐθυμίᾳ*, confer Senecae librum De tranquillitate animi. SYLB.

P. 181, l. 15. *ἀπαλλάξαντος τοῦ τε ζῆν*] Rectius *ἀπαλλάξαντος τοῦδε τοῦ ζῆν*, vel absque demonstrativo pronomine *ἀπαλλάξαντος τοῦ ζῆν*, ut supra p. 265, 25. De praecedente *συγχεθησομένου* dicetur in indice. SYLB.

181, 22. *χρόνου καὶ τόπου*] Nam amore conjuncti esse possunt qui vel maxime a se invicem distant. Sic paulo post, *κἂν μηδέπω κατὰ τὸν χρόνον καὶ τὸν τόπον, ἀλλ' ἐκείνῃ γε τῇ γνωστικῇ ἀγάπῃ*, etc. POTT.

181, 26. *μιᾷ ἕξει*] Conf. superius Strom. 4. p. 633. De eadem unitate paulo post etiam plura dicit auctor. POTT.

181, 27. *εἶναι*] Pro *εἶναι* requiritur *ἱκανῶς*, vel simile quid: ut *ἱκανῶς ἔχων τοῦ κάλλους* eo modo dictum sit quo alibi *γένους καὶ ἀξιώματος εὖ ἔχων*. SYLB.

P. 182, l. 4. *τὸν γνωστικὸν*] Sunt qui malint *τὸ γνωστικόν*, neutro genere. Mihi vulgata lectio videtur magis consentanea: eamque confirmant et praecedentia et sequentia. SYLB.

P. 183, l. 12. *ὃν προώρισε*] Respicit Ephes. 1, 4, 5. *καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου . . προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν*. POTT.

*ἄκραν*] Summam, perfectissimam: ad quam paucis attingere datum est. POTT.

P. 184, l. 4. *εἰς ὄν*] Fortasse rectius *εἰς ὅ*, seu *εἰς ὅσον*, *in quantum*, *quatenus*. SYLB.

184, 6. *τὸ δ'*] *τὸ δέ* pro *τοῦτο δέ* infra quoque tribus quatuorve in locis ita usurpatur, nominatim p. 283, 45. SYLB.

184, 9. *ἐννοήθητι*] Haec ex apocrypho quodam libro petita, infra allegavit auctor p. 790. et Strom. 7. p. 876. POTT.

184, 18. *ἐπίμικτος*] Haec vox opponitur *τῷ συγγενομένῳ*, *connato*, ac proinde aliquid extrinsecus accedens significat. Scribendum potius *ἐπίκτητος*· durius enim est *ἐπίμικτος γνῶσις*. Emendandus obiter Hesychius *ἐπίκτιτον*, *ἔξωθεν εἰσελθόν*. Scribe *ἐπίκτητον*. POTT.

P. 185, l. 8. *ἐν τοῖς ἐπιστημονικοῖς — κρατιστεύσει*] Hoc est, In iis solis, quae scientiam constituunt, quorum ipse est sciens, praestabit. Hervetus legit, *ἐν τοῖς ἐπιστημονικοῖς μόνοις, ὧν ἐπιστήμων, κρατ.*, ut ex ejus versione apparet. Mihi haec sententia sic potius scribenda videtur, *ἐν τοῖς ἐπιστημονικοῖς, μόνος ὢν ἐπιστήμων, κρατιστεύσει*. In rebus quae ad scientiam pertinent, cum ille solus sit scientia praeditus, primas obtinebit. POTT.

185, 18. *ὀνειράτων*] Sanctitatem in somniis alibi etiam requirit Clemens: ut Strom. 7. p. 879. *διὸ καὶ ἐσθίων καὶ πίνων καὶ γαμῶν, ἐὰν ὁ λόγος ᾖρῃ, ἀλλὰ καὶ ὀνείρους βλέπων, τὰ ἅγια ποιεῖ, καὶ νοεῖ*. POTT.

185, 26. *κατ' ἐπακολούθημα*] *τὰ κατ' ἐπακολούθημα*, *quae alterius gratia*, opponuntur iis quae *προηγουμένως*, *principaliter ac per se*, appetuntur. POTT.

P. 186, l. 4. *ὡς τὰ πλεῖστα*] In omnibus fere rebus numeros magnam habere vim a multis creditum, ut alibi saepenumero dictum est. POTT.

186, 6. *οὐσίαν αὐτὴν*] Id est, ipsam essentiam a corpore abstractam. Nam geometria considerat quantitatem ejusque proprietates a materia praecisas. Hinc considerando spatii naturam, quae immobilis ac immutabilis est, assurgit ad contemplationem naturae divinae. POTT.

186, 11. *πρὸς ἄλληλα*] Scilicet divina et creata. Unde ab his ad illa dicit ascendisse Abrahamum. POTT.

186, 14. *προσίσεται*] Hervetus legit *προσοίσεται*, *adducet eorum, quae sunt, distinctionem*. Si quis *προσείσεται* malit, per me licet: id est, *insuper videbit*, seu *sciet*. SYLB. Malit fortasse aliquis *προσήσεται*. Nam Clemens paulo infra p. 781. dicit, *προσήσεται τὴν ἀλήθειαν*, *admittet veritatem*. POTT. Hoc recepi.

186, 20. *λυθήτω*] Hervetus vertit ac si legisset, *ἵνα λυθῇ πιθανολογίᾳ διὰ τούτους*· caeteris, forte quod obscuriora essent, omissis. Sensus autem videtur esse "Per hos (philosophos) omnino dissolvatur, et s'c demum ejusmodi homines adigantur ad confitendum, se non habere veritatem." POTT.

186, 26. *τραπεζίτης*] Respicit dictum illud, *γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι*· de quo Strom. 1. p. 425. POTT.

P. 187, l. 13. *παντοίως*]Non exstat haec vox Hebr. 1, 1. POTT.

187, 17. *πησήσεται*] A. *προσοίσεται* mavult, ut paulo ante v. 11. SYLB. Statim post *εἶναι* subaudiendum *οἴεται*, vel simile quid. POTT.

P. 188, l. 21. *ἀκούσας*] In his quae sequuntur Clemens Barnabam imitatus est, qui c. 9. haec scribit, *Λέγει γάρ· καὶ περιέτεμεν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἄνδρας δέκα καὶ ὀκτὼ καὶ τριακοσίους. τίς οὖν ἡ δοθεῖσα τούτῳ*

γνῶσις; μάθετε· τοὺς δεκαοκτὼ πρώτους, εἶτα τοὺς τριακοσίους. τὸ δὲ δέκα καὶ ὀκτὼ, ἴῶτα δέκα, ἦτα ὀκτώ· ἔχεις Ἰησοῦν· ὅτι δὲ σταυρὸς ἐν τῷ Τ ἔμελλεν ἔχειν τὴν χάριν, λέγει καὶ τοὺς τριακοσίους. δηλοῖ οὖν τὸν μὲν Ἰησοῦν ἐν τοῖς δυσὶ γράμμασι, καὶ ἐν ἑνὶ τὸν σταυρόν. In quem locum scribens Cotelerius plurimos ex antiquis scriptoribus recenset qui hac allegoria usi sunt. POTT.

188, 24. κυριακοῦ σημείου] κυριακὸν σημεῖον vocat τὸν σταυρὸν, cujus formam repraesentat T. Sequentes duae literae, ι et η, primae duae initiales sunt salutaris nominis Ἰησοῦς. SYLB. Clemens paulo post: εἰσὶ δ' οἱ τριακοσίους πήχεις σύμβολον τοῦ κυριακοῦ σημείου λέγουσι. Conf. quae ad Barnabae locum jam dictum annotavit Cotelerius. POTT.

P. 189, l. 7. παντέλειος] Sic superius Strom. 2. p. 455. τὸν τέλειον ἀριθμὸν δεκάδα vocat: Philonem nempe secutus lib. De septenario et festis p. 1195. De congressu quaerendae eruditionis gratia p. 437. quod contineat πάσας ἀριθμῶν διαφορὰς καὶ ἀναλογίας, ut fusius idem exponit lib. De decalogo p. 746 et seq. Conf. etiam idem lib. De mundi opificio p. 20 et seq., ubi septenarii aliorumque numerorum mystica explicatio instituitur. POTT.

ὁ δὲ ὀκτὼ κύβος] Sic etiam Philo lib. De decalogo p. 748. καὶ μὲν δὴ κύβον τὸν ὄγδοον, ὃς ἐστιν ἰσάκις ἴσος ἰσάκις. Porro dicitur cubus, vel numerus quadratus, qui gemina dimensione in aequa concrescit, ut bis duo, ter tres, quater quatuor, etc., secundum Boethium De musica 2, 6. Gellius 1, 20. "Κύβος est figura ex omni latere quadrata; . . . in numeris similiter κύβος dicitur cum omne latus ejusdem numeri aequaliter in sese solvitur: sicuti fit cum ter terna ducuntur; atque idem ipse numerus triplicatur." Porro Plutarchus, ubi quaerit cur Romani maribus nona ab ortu die nomina imponerent, feminis vero octava, de quadrati numeri perfectione disputans, haec habet verba, ἢ ὅτι ἀριθμῶν ἁπάντων τὰ μὲν ἐννέα πρῶτός ἐστι τετράγωνος, ἀπὸ περιττοῦ καὶ τελείου τῆς τριάδος, τὰ δὲ ὀκτὼ πρῶτος κύβος ἀπὸ ἀρτίου τῆς δυάδος. Haec Plutarchus Rom. quaest. 102. Conf. infra p. 811. et quae ibi annotanda sunt. POTT.

189, 10. ἔστι δὲ ὁ ἀριθμὸς] Sensus est, exsistit autem numerus hic ρκ', si numeros qui ab unitate usque ad 15 intersunt inclusive, nempe ab α' usque ad ιε' in unam summam colligas: efficiunt enim 120. SYLB. Viginti et centum sunt octies quindecim. POTT.

189, 13. τρίγωνος] Quomodo trigonus est hic numerus, cum duabus tantum partibus constet? Nempe quoniam istarum partium altera in octo, altera in septem subdividitur: octo autem et septem sunt quindecim, qui numerus est trigonus, ut paulo post dicitur. POTT.

189, 14. ξδ'] Quare hic numerus ἴσος? Quia constat octo numeris, qui hic apud Clementem sequuntur. At 56 numerus est ἄνισος, quia septem numeris deinceps ab auctore memoratis constat. Quoniam vero 120. constat istis septem et octo minoribus numeris, ideo dicitur κατὰ σύνθεσιν πεντεκαιδέκατος, id est, ex quindecim numeris compositus. Priores autem octo incipiunt ἀπὸ μονάδος, et sic per impares 3, 5, etc. procedunt. Posteriores septem incipientes ἀπὸ δυάδος procedunt per ἀρτίους numeros, 4, 6, etc. Proinde non male conjecit Hervetus post ξδ' desiderari hujusmodi verba, Ὀκτὼ δηλονότι τῶν ἀπὸ μονάδος περισσῶν, *Nempe octo imparibus ab unitate.* POTT.

189, 15. τετραγώνους] Sic vocat hos octo numeros, quia duo quater

repetita efficiunt quatuor latera. Septem vero numeri sequentes sunt *ἑτερομήκεις*, quia septimus numerus est impar, atque adeo efficit unum latus inaequale. Non recte igitur Hervetus scribendum putavit *τριγώνους*. POTT.

189, 20. *τετραγώνου*] Scribendum *πενταγώνου*, quod etiam Montfaucono placuisse video. Nam si 15 efficit tria latera, 25 quatuor latera, 45 sex latera, tum certe 35 constabit quinque lateribus. POTT.

189, 23. *ἀπὸ μονάδος· ε΄ δὲ ὁ ιε΄*] Scribendum *ἀπὸ μονάδος δι' ἑ, ὁ ιε΄*, incipiendo ab unitate ter quinque efficiunt quindecim, numerum *τρίγωνον*, tribus lateribus constantem. POTT.

189, 24. *ε΄ ἀπὸ μονάδος*] Scilicet procedendo per numerum quinarium. Nam quinquies quinque sunt 25. POTT.

P. 190, l. 9. *τετράγωνα*] Simile est illud Philonis De vita Mosis 3. p. 672. [vol. 2. p. 154] ubi Aaronis pectorale describit, *σχῆμα δ' ἀπένειμεν ὁ τεχνίτης τετράγωνον τῷ λόγῳ, πάνυ καλῶς αἰνιττόμενος, ὡς χρὴ καὶ τὸν τῆς φύσεως λόγον καὶ τὸν τοῦ ἀνθρώπου βεβηκέναι πάντη, καὶ μηδ' ὁτιοῦν κραδαίνεσθαι*. POTT. *βεβηκέναι* recte interpretatur Mangeius *stabiliter insistere*.

190, 15. *ἡ γεωμετρικὴ*] De sequentibus numeris conf. Herveti Commentarius. POTT.

190, 22. *κυριακοῦ σημείου*] Nempe crucis, ut paulo superius dictum est. POTT.

190, 24. *ἡ, ὡς ἔν τισι, δώδεκα*] Haec tanquam superflua tollenda putavit Hervetus. Verum id quidem absque causa: quod ex numero duodecim apostolorum, qui his verbis respondet, clarissime patet. POTT.

190, 28. *εἰς τὴν ἑνότητα*] Sic Paulus justorum perfectionem describens Ephes. 4, 13. *μέχρι καταντήσωμεν πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως. . εἰς ἄνδρα τέλειον*. POTT.

190, 29. *πηχῶν—ἐξ*] Quomodo certe Exod. 25, 23. haec mensa dicitur fuisse *δύο πήχεων τὸ μῆκος, καὶ πήχεως τὸ εὖρος, καὶ πήχεως καὶ ἡμίσους τὸ ὕψος*.

P. 191, l. 7. *φησὶν*] Si quis pluraliter *φασί* malit, per me licet. SYLB.

191, 16. *Τερπάνδρῳ*] Qui scilicet *νόμους λυρικοὺς πρῶτος ἔγραψεν*, ut ait Suidas. POTT.

191, 18. *Ζεῦ*] Forte rectius post Ζεῦ distinxeris quam ante. SYLB.

191, 21. *κιθάρα*] Similia scribit auctor in Protrept. p. 5. ubi conf. not. POTT.

191, 26. *κρουόμενος ... λόγῳ*] "Pulsatus a Verbo." Nam hominem comparat instrumento musico, quod a Verbo inspiratur, seu pulsatur, ut e loco Protreptici jam dicto clarius apparet. POTT.

P. 192, l. 1. *τὸ ὄνομα*] Scilicet Christi, ut supra. Solet enim *ὄνομα* simpliciter positum pro Christi nomine sumi. Proinde *οἱ τὸ ὄνομα ἐπιγραφόμενοι* sunt Christiani. POTT.

192, 3. *οὐ τὰς Σειρῆνας, ἀλλὰ τὸν ῥυθμὸν*] Non Sirenas, id est quod fallax est et noxium, sed numeros ipsos, scilicet doctrinam, quae valde utilis ac jucunda est. Multo aliter ipse Ulysses, qui Sirenas quidem effugit malo navis alligatus, earum vero cantui aures avide praebuit, Odyss. 12, 155. POTT.

192, 8. *τοῦ κυρίου*] Hoc dicto innuit Graecas disciplinas perinde Domini esse ac barbaras. POTT.

192, 13. *τοῦτο*] τοῦτο accus. casu agnoscit etiam H. MS. SYLB.

lib. 3. simil. 9. c. 11. "Nobiscum dormies ut frater, non ut maritus." POTT.

P. 200, l. 4. *οὔτε ἄρρενες*] Respicit Galat. 3, 28. *οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ.* Luc. 20, 35. *οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίσκονται.* POTT.

200, 5. *γαμῶσι μήτε γαμίσκονται*] Modi diversitas in *γαμῶσι* et *γαμίσκονται* occurrit etiam alibi. SYLB. Confidentius dicere debebat *γαμίσκωνται* scribendum esse.

200, 13. *οἰκείως*] Haec sententia hoc, vel simili modo scribenda videtur, *οἰκείως αὐτὴν ἀδελφὴν προσεῖπεν, τὴν ὁμοπατρίαν οὖσαν, ἀλλ' ὁμομητρίαν οὐδέπω.* Id enim ipse Abraham testatur Gen. 20, 12. *καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀδελφή μου ἐστὶν ἐκ πατρὸς, ἀλλ' οὐκ ἐκ μητρός· ἐγενήθη δέ μοι εἰς γυναῖκα.* POTT.

200, 18. *ἐννοηθείσῃ μόνον*] Respicit 1 Sam. 1, 13. *καὶ αὕτη* (Ἄννα) *ἐλάλει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, καὶ τὰ χείλη αὐτῆς ἐκινεῖτο, καὶ φωνὴ αὐτῆς οὐκ ἠκούετο.* POTT.

200, 19. *αἴτησαι*] Hoc dictum Clemens idem argumentum tractans, superius in hoc libro allegavit p. 778. et infra 7. p. 855, 860, 876. POTT.

200, 21. *οὐκ ἐκ κινήματος ψυχῆς τεκμαιρόμενον*] Forte scribendum, *οὐκ ἐκ κινήματος ψυχὴν τεκμ.* "Non conjectans animam," ejusque affectus, "ex motu" aliquo externo, "ut nos homines" solemus. POTT.

P. 201, l. 7. *ἐπὶ τὸ εὖ ποιεῖν*] Procul dubio verior lectio est, *ἐπὶ τῷ εὖ ποιεῖν·* dativo scilicet casu, pro *post*, seu *praeter* et *ultra bene faciendi facultatem:* inquit Sylburgius. Malim vero *ἐπί τε τὸ εὖ ποιεῖν·* "*ac deinceps bene agendi facultatem.*" Nam hic *ἐπί*, ut prius *μετά*, absque casu positum, significat *deinceps*, *praeterea*, *insuper*, etc. POTT. Hoc si voluisset Clemens, *ἔτι τε τὸ*—scripsisset. Recte Sylburgius.

201, 9. *καθαρὸς*] Respicit Matt. 5, 8. *μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.* 1 Cor. 13, 12. *βλέπομεν μὲν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.* POTT.

201, 15. *τετράγωνος*] Hac voce metaphorice utuntur auctores. *Τετράγωνος ἀνήρ* est *vir undequaque perfectus.* Plato in Protagora, *λέγει γάρ που καὶ Σιμωνίδης πρὸς Σκώπαν τὸν Κρέοντος τοῦ Θεσσαλοῦ, ὅτι ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν· χερσί τε καὶ ποσὶ, νόῳ τε τετράγωνον ἄνευ ψόγου.* Aristoteles Ethic. ad Nicomachum 1, 10. *ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου.* Latini *hominem rotundum* vocant. Horatius Sat. 2, 7. "*totus teres atque rotundus.*" POTT.

P. 202, l. 7. *ἀποκαλύπτεται*] *Apparet, revelatur.* Est autem haec vox ab historia Mosis faciem velantis ac retegentis sumpta. Exod. 34, 35. *εἶδον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον Μωυσέως, ὅτι δεδόξασται· καὶ περιέθηκε Μωυσῆς κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ.* POTT.

202, 9. *τὸ σῶμα χαρακτηριστικὸν*] Omnino legendum *ἰδίωμα χαρακτηριστικόν.* Vide p. 808. LOWTH.

202, 12. *ὁ μὲν πόνος*] Allusio est ad Musonii verba, quae Gellius initio libri 16. sic refert, *ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τε ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.* Quam sententiam Cato in oratione ad Equites sic expressit "Si quid per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet; benefactum a vobis, dum vivetis, non abscedet; sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit." SYLB.

202, 30. *μένει μακάριος*] Hoc, tanquam primum Epicuri effatum, recitat Diogenes Laertius 10, 139. *τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει.* Cicero lib. 1 De natura deorum de Epicuro agens ait "Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellat is *κυρίας δόξας*, haec, ut opinor, prior sententia est: Quod beatum et immortale est, id non habet, nec exhibet cuiquam negotium." Idem alii plures testantur. POTT.

P. 203, l. 13. *κατά τι φύσεως*] Flor. *κατά τινα·* unde altera scriptura colligitur, *κατά τινα φύσεως ἐξαίρετον ἰδιότητα.* SYLB. Respicit vero auctor haereticos, qui alios aliis *natura* praestare, et propter hanc praestantiam salutem consequi docebant: quod dogma superius refellit. POTT.

203, 19. *καὶ νῦν*] Ideo docet auctor suo tempore licuisse ad apostolicam dignitatem evehi, quod episcopi in locum ac dignitatem apostolorum successerint. Proinde idem est episcopatum obtinere, et ad apostolicam dignitatem evehi. Hinc statim mentionem injicit ordinum episcopatui subjectorum: nempe presbyterorum, qui *πρωτοκαθεδρίαν* non obtinuissent, et diaconorum. Haud aliter Theodoretus in 1 Corinth. 12, 28. aliisque in locis tradit, quod primaevi Christiani *τοὺς νῦν καλουμένους ἐπισκόπους, ἀποστόλους ὠνόμαζον.* Idem Comment. in Philipp. 1. 1, 2. inde colligit Epaphroditum episcopatum obtinuisse, quod a Paulo *ἀπόστολος* dictus sit, *σαφῶς τοίνυν ἐδίδαξεν ὡς τὴν ἐπισκοπικὴν οἰκονομίαν αὐτὸς ἐπεπίστευτο, ἔχων ἀποστόλου προσηγορίαν.* E converso apostolatus dicitur *ἐπισκοπή* Act. 1, 20, et veteres scriptores apostolis non raro episcoporum nomen tribuunt. Epiphanius haeres. 27, 6. *πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι.* Conf. Cyprianus in Epist. ad Rogatianum; Ambrosius in Ephes. 4, 2. alios ut mittam quamplurimos. POTT.

203, 27. *ἐν τοῖς εἴκοσι*] Ubi haec verba scribit Joannes? Scilicet eorum prima pars de viginti quatuor thronis occurrit Apocal. 4, 4. 11, 16. Pars vero posterior, *κρίνων τὸν λαόν*, sumpta esse videtur ex Matth. 19, 28, vel Luc. 22, 30. Nec infrequens est Clementi aliisque antiquis Patribus ut s. scripturas e memoria recitantes diversa commisceant. POTT.

P. 204, l. 5. *πολυτρόπως*] Respicit Hebr. 1. POTT.

204, 6. *τὸ μεσότοιχον*] Haec composuit auctor ex Ephes. 2, 14, 15, 16; 4, 13. POTT.

204, 11. *φησὶν*] Scilicet Joannes in Apocalypsi, quam hic explicat. POTT.

204, 15. *διπλασιασθείσης*] Respicit numerum apostolorum, qui duplicatus numerum viginti quatuor seniorum efficit. POTT.

204, 20. *ἐν νεφέλαις*] Hic respicere videtur 1 Thess. 4, 17. *ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα.* Dein Apocalypseos loca modo citata: postea 1 Corinth. 15, 41. denique Ephes. 4, 13. POTT.

204, 28. *οἱ τῷ ὄντι*] Haec sententia composita est ex Joan. 1, 47. *ἰδὲ ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι*, et Matth. 5, 8. *μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.* POTT.

P. 205, l. 1. *ἑβδομάδι*] *ἑβδομάδα* allegorice vocat quietem a malo, *ὀγδοάδα* vero reversionem ad bene agendum. Conf. Strom. 4. p. 612. POTT.

205, 4. ἔστι δέ] Hunc et sequentem s. scripturae locum e memoria recitavit auctor. POTT.

205, 14. τοῖς νομικοῖς καὶ ἀνεπιλήπτως] Non incommode scribi possit, τοῖς νομικῶς καὶ ἀνεπιλήπτως β. POTT.

205, 16. κἂν ἐξέλθῃ] Non uno in loco asserit Clemens eos, qui post baptismum vitiis peccatisque inquinati fuerint, suppliciis quibusdam purgandos esse. Sic Strom. 4. p. 634. ἰστέον μέντοι τοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτοντας, τούτους εἶναι τοὺς παιδευομένους· τὰ μὲν γὰρ προενεργηθέντα ἀφείθη, τὰ ἐπιγενόμενα ἐκκαθαίρεται. In Strom. 7. p. 879. dicit Christianum perfectum οἰκτείρειν τοὺς μετὰ θάνατον παιδευομένους διὰ τῆς κολάσεως ἀκουσίως ἐξομολογουμένους· cum scilicet ipse gravioribus peccatis immunis castigatorias has poenas non metuat. Ejusdem libri p. 885. ait consummatis praemia dari πεπαυμένοις τῆς καθάρσεως. Nec mirum, si in hanc sententiam inciderit, qui cum Judaicis traditionibus, tum etiam philosophicis, ac praesertim Platonicis et Pythagoricis, tantopere delectatus est. Est autem notissimum similia dogmata a Judaeorum magistris recepta fuisse. Plato sententiam suam exponit Phaedonis p. 83, 84. Gorgiae p. 356, 357. edit. Francofurt. aliisque in locis. Philosophorum hac de re dogma explicat Virgilius Aeneid. 6, 735.

Quin et supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt pestes; penitusque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris:
Ergo exercentur poenis veterumque malorum
Supplicia expendunt. Aliae panduntur inanes
Suspensae ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus aut exuritur igni.
Quisque suos patimur manes. Exinde per amplum
Mittimur Elysium, et pauci laeta arva tenemus.

Origenes, Clementis discipulus, magistri sui sententiam plurimis in locis tuetur, ut homil. in Exod. "Veniendum est ergo omnibus ad ignem, veniendum est ad conflatorium; sedet enim Dominus, et conflat, et purgat filios Juda. Sed et illuc cum venitur, si quis multa opera bona et parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanquam plumbum igne resolvitur, ac purgatur, et totum remanet aurum purum; et si quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut etsi parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbeus venerit, fiat de illo hoc quod scriptum est, Demergetur in profundum tanquam plumbum in aqua validissima. Sed longum est, si per ordinem velimus exponere; sufficiat pauca perstringere." Idem aliis in locis tradit, ignem hunc purgatorium vel ab apostolis ac martyribus ipsis, sed illaesis et intactis, pertranseundum esse: nec eo leviora tantum ac venialia peccata, aut temporalem reatum, cum hodiernis purgatorii patronis, sed gravissima etiam scelera elui expurgarique vult; adeo ut vel ipsi damnati, ac diaboli etiam, tandem salutem consequantur. A qua sententia Clemens non abhorruisse videtur, cum tradiderit diabolum poenitentiam agere posse, Strom. 1. p. 368, et πάθη atque ἀκρασίαν graviora scilicet crimina, poenis post mortem elui docet, ut ex seq. nota patebit. Conf. quae

in Origenis lib. 4. contra Celsum p. 168. annotaverit Spencerus. POTT.

205, 18. *πλέον*] Hoc fusius exponit auctor in Strom. 7. p. 865. *ἡ μὲν οὖν πίστις σύντομός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, τῶν κατεπειγόντων γνῶσις· ἡ γνῶσις δὲ ἀπόδειξις τῶν διὰ πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει, εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ' ἐπιστήμης καὶ κεκαλυπτὸν παραπέμπουσα. καί μοι δοκεῖ πρώτη τις εἶναι μεταβολὴ σωτήριος ἡ ἐξ ἐθνῶν εἰς πίστιν, ὡς προεῖπον· δευτέρα δὲ ἡ ἐκ πίστεως εἰς γνῶσιν· ἡ δὲ εἰς ἀγάπην περαιουμένη ἐνθένδε ἤδη φίλον φίλῳ τὸ γινώσκον τῷ γιγνωσκομένῳ παρίστησιν. καὶ τάχα ὁ τοιοῦτος ἐνθένδε ἤδη προλαβὼν ἔχει τὸ ἰσάγγελος εἶναι.* Vult autem varios esse gradus, seu *προκοπάς*, quibus ad summam perfectionem et gloriam tenditur, ut eodem loco plenius docet. Primus eorum est in quibus *πάθη καὶ ἀκρασία*, "passiones et incontinentia," fidei admixta sunt. His peccata suppliciis eluenda sunt, priusquam ad *οἰκείαν μονήν*, mansionem ipsis in coelo praestitutam, ascendere liceat. Secundum ad gradum pertinent *πιστοί*, qui depositis peccatis, sive per virtutis in hac mortali vita studium, sive per poenas, quas post mortem pertulerunt, ad beatorum quidem sedes, verum non summas aut primas transmittuntur. Tertio denique loco constituit gnosticos, seu perfectos, quibus Deus summum gloriae ac felicitatis apicem designavit, et *ἰσαγγέλους*, "angelis pares," esse voluit: ut aliis in locis scribit Clemens. POTT.

205, 21. *διὰ πολλῆς*] Haec sic scribi et explicari poterunt: *διὰ πολλῆς...βελτίονα τῆς προτέρας μονὴν, μεγίστην κόλασιν ἐπιφερόμενος τὸ ἰδίωμα τῆς μετ.* "Cum igitur fidelis noster per multam disciplinam vitia exuerit, in meliorem ac beatiorem ea, quam prius habuit, mansionem transit; maximum supplicium perferens, quod iis proprium est, quos poenitet peccatorum post baptismum commissorum. POTT.

205, 25. *μηδέπω*] Sensisse videtur auctor nonnullos post peractam purgationem ad summum gloriae culmen perventuros, alios vero inferiore in loco semper mansuros esse. POTT.

P. 206, l. 1. *τιμωρίαι*] De poenis purgatoriis post hanc vitam futuris locus intelligendus. Vide p. 878. LOWTH.

206, 2. *μεγίστην*] Huic sententiae sic demum sensus et syntaxis constabit, si hoc, vel simili, modo scripta fuerit, *μεγίστην ἔχουσι πυραμένουσαν λύπην οἱ τῆς ἄλλης* (inferiore sc.) *ἄξιοι εὑρεθέντες αὐλῆς, ἐπὶ τῷ μὴ συνεῖναι τοῖς διὰ τὴν δικ.* Quin etiam Sylburgio visum est "planiorem fore structuram et sententiam, si pro conjunctione *ὅτι* reponatur pluralis articulus *οἱ*." POTT.

206, 9. *ἐπί ... αὐτοῦ*] Haec non Sapientiae Salomonis, ut hactenus existimata fuisse videntur, sed Clementis verba sunt. POTT.

206, 18. *ἔδωκεν δὲ τὸν ἥλιον*] Respicit Deut. 4, 19. *καὶ μὴ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς, ἃ ἀπένειμε κύριος ὁ θεὸς αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ.* Clementis autem verba sic scribi et explicari poterunt, *ἔδωκεν δὲ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα, ἃ ἐποίησεν ὁ θεὸς εἰς θρησκείαν τοῖς ἔθνεσιν, φησὶν ὁ νόμος.* Putavit enim Deum gentibus concessisse ut coelestia corpora religioso cultu prosequerentur, quod praestet pro diis habere ea, quae veri Dei non sunt, quam absque religionis sensu vitam agere: hoc scilicet sensu illud *ἀπένειμε τοῖς ἔθνεσι* in loco Deuteronomii jam allato accipiendum

[illegible]

[illegible] Verum neo [illegible] quae ad [illegible] sunt [illegible] In [illegible] quorum sententiam explicat [illegible] De affectis I. 3. [illegible] nam et medium quoddam officium [illegible] et perfectum. Perfectum officium rectum igitur vocemus, quod Graeci κατόρθωμα, hoc autem commune καθῆκον vocant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant, medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit." Eandem divisionem fusius explicat Stobaeus in Eclogis ethicis cap. De expetendis et fugiendis p. 174, 175. POTT.

207, 12. καθῆκον] Convenientius H. καθήκειν, infinitivo verbi modo. Alioqui ante αἱ γραφαὶ inserendum foret ὡς, seu ὥσπερ. SYLB.

207, 25. τί γάρ;] Hoc quoad sensum exstat Matth. 16, 26; Marc. 8, 36; Luc. 9, 25. POTT.

P. 208, l. 7. μηδέπω χρηστέον] Legendum puto vel μηδέ πως χρηστέον, vel μηδέπω χρῆσθαι. SYLB.

P. 209, l. 8. ἀνθήσεται] De eunuchis loquitur, qui non operati sunt iniquitatem, de quibus et dicitur Iesa. 56, 5: "Dabo eis in domo mea et intra muros meos patrem, et nomen melius a filiis et filiabus." COL.

209, 14. *ὁ τριάκοντα*] Respicit Matth. 13, 8. ubi semen, quod *ἔπεσεν ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν, ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.* POTT.

209, 17. *ὁμοίωσις*] Conf. Protrept. p. 79. POTT.

209, 18. *κατ' ἀρετὴν*] Conf. Strom. 7. p. 886. POTT.

209, 26. *θεῶν*] Nam *ἐγὼ εἶπα, θεοὶ ἐστέ*, inquit per Psalmographum Deus. Conf. Protrept. p. 88. Strom. 4, p. 633. POTT.

P. 210, l. 7. *ἐπὶ τῶν δωμάτων*] Allegorice exponit illud Christi dictum: *ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.* Matth. 10. 27; Luc. 12, 3. POTT.

210, 11. *βασιλικόν*] Clementi idem est *βασιλικὸς* qui *Χριστιανός*· nam Christus *ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ*, ut dictum est Apoc. 1, 6. POTT.

210, 14. *πλέον*] Respicit Matth. 5, 20. *ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* POTT.

210, 17. *πραότητος*] Psalm. *πραΰτητος*. POTT.

210, 20. *γνώσεται*] Hos. *ἐπιγνώσεται*, et statim *ὅτι* pro *διότι*. POTT.

210, 25. *κύριος*] Iesa. *κύριος, κύριος*. POTT.

P. 211, l. 9. *ἐν καιρῷ*] Haec Clementis verba sunt, non Iesaiae. POTT.

211, 11. *παιδεία κυρίου*] Iesa. *παιδεία κυρίου κυρίου ἀνοίγει μοι τὰ ὦτα*, favente Hebr. textu, ut annotat Sylburg. POTT.

211, 18. *ἡ ἀγριέλαιος*] Respicit Rom. 11, 17. *εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ, ἀγριελαιος ὤν, ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς ποιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου.* POTT.

P. 212, l. 17. *τέσσαρας*] *τρεῖς τρόποι εἰσὶν ἐγκεντρισμῶν*, inquit auctor Geoponic. 10, 75, eorum scilicet, quos enumerat Clemens, tertium omittens. Conf. Theophrastus De causis plant. 1, 6, Columella 5, 11. Petrus Crescentiensis 2, 22. POTT.

*ἕνα*] *καλεῖται οὗτος ὁ τρόπος ἐμφυλλισμός*· inquit auctor Geoponic. loco jam dicto. POTT.

212, 20. *θάτερον*] Hic proprie dicitur *ἐγκεντρισμός*· quando *αὐτὸ μέσον τὸ ξυλῶδες σχίσαντες ἐμβάλωσι τὰ ἐνθέματα, media lignosa parte fissa surculos injiciunt.* POTT.

212, 21. *συμβαίνει*] De insitionis generibus prolixe Geoponica p. 109. H. SYLB.

P. 213, l. 25. *οὐ γὰρ πάντων ἡ γνῶσις*] Haec verba non sunt Sapientiae, sed in parenthesi scribenda, ut interpolata scilicet a Clem. ex 1 Cor. 8, 7, ubi dicit Apostolus, *οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις.* POTT.

P. 214, l. 4. *ἀληθεστάτη*] Vulg. Bib. Sapient. *ἡ ἀληθεστάτη*. SYLB.

214, 23. *σημεῖον*] Vox dialectica, quam explicabunt Aristotelis verba Analyt. prior. 2, 26. *σημεῖον δὲ βούλεται εἶναι πρότασις ἀποδεικτικὴ, ἢ ἀναγκαία ἢ ἔνδοξος· οὗ γὰρ ὄντος ἐστὶν, ἢ οὗ γενομένου, πρότερον ἢ ὕστερον γέγονε τὸ πρᾶγμα· τοῦτο σημεῖόν ἐστι τοῦ γεγονέναι ἢ εἶναι.* POTT.

214, 26. *τῇ αἰσθητῇ*] *Sensibili*, quae opponitur generationi *νοητῇ* ac aeternae. POTT.

214, 28. *τεκμήριον*] Signi species est. Aristoteles loco jam dicto, *τὸ τεκμήριον τὸ εἰδέναι ποιοῦν φασὶν εἶναι.* POTT.

P. 215, l. 6. *κολάσεως*] Simile est quod scribit Aristoteles de problemate Topico agens, Topic. lib. 1. sub finem cap. 11. *οὐ δεῖ δὲ πᾶν.*

πρόβλημα οὐδὲ πᾶσαν θέσιν ἐπισκοπεῖν, ἀλλ' ἣν ἀπορήσειεν ἄν τις τῶν λόγων δεομένων, καὶ μὴ κολάσεως ἢ αἰσθήσεως· οἱ μὲν γὰρ ἀποροῦντες πότερον δεῖ τοὺς θεοὺς τιμᾶν καὶ τοὺς γονεῖς ἀγαπᾶν, ἢ οὔ, κολάσεως δέονται. POTT.

215, 31. κατὰ περίληψιν] An legendum κατὰ περίφρασιν, ut supra p. 730. LOWTH.

P. 216, l. 8. τοῖς πᾶσι] Respicit ad illud Pauli 1 Cor. 9, 19. πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω· et mox vers. 22. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω. Infra eadem iisdem verbis repetuntur p. 310. SYLB.

216, 18. λεγοῦντες] λεγοῦντες vitiosum est. Interpres vertit *disserunt*. Fortasse verius λαλοῦντες, ut in sequentibus aliquoties. Si quis λαβόντες malit, per me licet. παραδιδόντες sane ibidem scribi potest, ut paulo post. SYLB.

P. 217, l. 4. οὐδὲν ἄνευ παραβολῆς ἐλάλει] Matth. χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλ. POTT.

217, 8. ἅπαντα ὀρθὰ ἐνώπιον τῶν συνιέντων] Proverb. 8, 9. πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. COL.

217, 16. θεοποιουμένους] Saepe dicit auctor sanctos homines deos fieri. Conf. superius p. 88. Similiter Gregorius Nazianz. in Orat. θεοποιοῦν dicit τὸ ἅγιον πνεῦμα. Theophilus ad Autolyc. 1. p. 101. et 103. edit. Paris. ait hominem θεὸν ἀναδειχθῆναι, cum sit factus ἀθάνατος. POTT.

217, 21. καθάπερ ἀμέλει ἡ δικαιοσύνη] Scribe totum locum hoc modo, καθάπερ ἀμέλει ἡ δικαιοσύνη, ἀνθρωπίνη οὖσα, ὡς κοινόν τι ὑποβέβηκε τῇ ὁσιότητι, κατὰ θείαν δικαιοσύνην ὑπαρχούσῃ. Et Plato quidem in Protagora, τὴν ὁσιότητα καὶ τὴν δικαιοσύνην κατὰ τὸ αὐτὸ ponit, et eodem habet loco. Alii τὴν ὁσιότητα diis immortalibus tribuunt, sicut τὴν θέμιν. Ut cum Pythagorici dicunt, θέμιν, ἥγουν ὁσιότητα, φημίζεσθαι παρὰ τοῖς οὐρανίοις θεοῖς, δίκαν δὲ παρὰ τοῖς χθονίοις, νόμον δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. Quos et noster sequitur. Qui praeterea ita ὁσιότητα distinguit et δικαιοσύνην, quod altera sit superior et comprehendat justitiam, altera sit inferior et comprehendatur sub sanctitate. Ita ars superior, quae complectitur inferiorem, ὑπερβαίνειν dicitur, et ὑπερβεβηκυῖα vocatur. Qua de re alibi. Ita est intelligendum quod ait, τὴν δικαιοσύνην ὑποβεβηκέναι τῇ ὁσιότητι. Et eleganter ait, sanctitatem cum sit justitia; sicut species ad genus, κατὰ θείαν δικαιοσύνην ὑπάρχειν, id est ad divinam justitiam referri. HEINSIUS.

P. 218, l. 27. ὡς παρεστήσαμεν] Scilicet per maximam partem Strom. 5. POTT.

P. 219, l. 9. μετ' αὐτὸν τὸ ζῆν παρεβάλοντο] "Post ipsum vitae dispendium subierunt." Id enim est τὸ ζῆν παραβάλλεσθαι. Hervetus perinde exponit ac si legisset, μετ' αὐτοῦ τὸ ζῆν παρεβάλοντο. POTT.

219, 18. πρὸ τοῦ Ἱεροσόλυμα κτισθῆναι] Christus in coelum non ascendit ante conditam, sed ante captam Hierosolymam. Proinde pro κτισθῆναι scribendum ληφθῆναι, ἁλωθῆναι [ἁλῶναι], quod Herveto placuit, καθαιρεθῆναι vel aliquid simile. Verum haec alii ad novam Hierosolymam referunt. Proinde Grabius Spicileg. 1. p. 329. in haec verba annotat "Ad illustrandum Petri locum dicam. Quod Petrus hic viva voce praedicasse dicitur, id ipsum in canonica ejus epistola 1, 11. diserte scribit, nempe *prophetas servatos esse, in quod vel quale tempus significaret et posteriores glorias*, τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα

δόξας. Ex quibus lux accedit iis, quae in *Praedicatione Petri* ex apocrypho quodam V. T. scripto allegari videntur, Ταῦτα πάντα, ἃ ἔδει αὐτὸν παθεῖν, καὶ μετ' αὐτὸν ἃ ἔσται, *Haec omnia sunt, quae oportebat ipsum pati, et post ipsum quae erunt*, nempe non solum resurrectio ejus atque ascensio in coelos, sed et *sanctae civitatis, Hierosolymae novae, descensio de coelo*, quam auctor *Praedicationis Petri* respexit, dum mentionem fecit *assumptionis Christi in coelos, priusquam conderentur Hierosolyma*, πρὸ τοῦ Ἱεροσόλυμα κτισθῆναι, quamque prolixe describit Joannes Apocalyps. cap. 21. quod ita incipit, "Et vidi coelum novum et terram novam; primum enim coelum et prima terra abiit, et mare jam non est. Et ego Joannes vidi sanctam civitatem, Hierusalem novam, descendentem de coelo a Deo paratam." Quae consona sunt istis Petri 2. epist. 3, 13. "Novos coelos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat." POTT.

219, 24. προσέταξεν ὄντως] Legi posset etiam προσέταξεν οὕτως. SYLB.

219, 29. διάλεκτον γοῦν ὁρίζονται λέξιν ἐθνικῷ χαρακτῆρι συντελουμένην] Corinthus De dialectis, διάλεκτος, λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τόπου ἐμφαίνουσα. COL.

P. 220, l. 15. σοφία] Respicit Proverb. 1, 1, 2. 3. 4. παροιμίαι Σολομῶντος υἱοῦ Δαβὶδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραήλ. δέξασθαί τε στροφὰς λόγων, νοῆσαί τε δικαιοσύνην ἀληθῆ, καὶ κρῖμα κατευθύνειν· ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν, παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησίν τε καὶ ἔννοιαν. POTT.

220, 22. κυβέρνησιν] Prov. 1. ὁ δὲ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται, νοήσει τε. POTT.

220, 23. εἰ δὲ ἀπὸ Ἕλληνος] Quo tempore vixerit Hellen disce ex Eusebio in Chronico an. 38. Cecropis primi Athen. regis, eumque ita lege ex MS.: "Ab Hellene Deucalionis et Pyrrhae filio ii, qui prius Graeci, Hellenes nuncupati, et Acta Attica vocata." Clemens tamen p. 351. [380.] tempore Crotopi Deucalionis inundationem constituit, cum successor Cecropis regnaret. Mosem Cecropi σύγχρονον plerique faciunt, Clemens Inacho. Pausanias in Lacon. ab Hellade dictos Hellenas, urbe Thessaliae. Stephanus de urbibus, de Hellade haec, ἐκτίσθη ὑπὸ Ἕλληνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τοῦ Φθίου καὶ Χρυσίππης. Vide Strab. lib. 8. et 9. COL.

220, 24. Ἕλληνος τοῦ Διὸς τοῦ κατ' ἐπίκλησιν Δευκαλίωνος] Sensus est, Hellenem quidem, cum revera Jovis esset, pro Deucalionis filio vulgo habitum fuisse. Idem aliis pluribus contigisse fertur. Hercules, Jovis filius, Amphitryoniades dictus est: Hector, cum Priami filius haberetur, ab Apolline genitus est secundum Lycophronem Cassandrae v. 264. Idem igitur de Hellene intelligendum est: quem alii Jove, alii Deucalione natum tradunt. Apollodor. 1, 7. γίνονται δὲ ἐκ Πύρρας Δευκαλίωνι παῖδες Ἕλλην μὲν πρῶτος, ὃν ἐκ Διὸς ἔνιοι γεγενῆσθαι λέγουσιν. Conon narrat. 27. περὶ Ἕλληνος τοῦ παιδὸς αὐτοῦ (Δευκαλίωνος) ὃν ἔνιοι τοῦ Διὸς παῖδα εἶναί φασιν. POTT.

220, 26. παρεστήσαμεν] Nempe superius in Strom. lib. 1. POTT.

220, 30. τοῦ προφήτου] Id est Solomone. Vide supra ad p. 559. LOWTH.

P. 221, l. 3. ἡ δύναμις] Intelligit anum, quae Hermae Ecclesiam repraesentabat, Pastor. lib. 1. vis. 2. cap. 1. "Et cum surrexissem ab oratione, video contra me anum illam, quam et anno superiore videram, ambulantem, et legentem libellum aliquem. Et ait mihi, Potes haec

electis Dei renuntiare? Dico ei, Domina, in memoria retinere non possum; da autem mihi libellum, et describam. Accipe, inquit, et restituas mihi illum. Ut autem accepi, in quemdam locum agri secedens, descripsi omnia ad literam; non enim inveniebam syllabas." POTT.

221, 6. *μὴ εὑρίσκων*] Hoc modo cum marmora et nummi, tum etiam libri vetustissimi scripti conspiciuntur, perpetua scilicet literarum serie, nulla vocum distinctione facta. POTT.

221, 9. *στοιχείων*] Respicere videtur Hebr. 5, 12. *τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων*. POTT.

221, 13. *Ἡσαΐας*] Iesa. 8, 1. *λάβε σεαυτῷ τόμον καινὸν μέγαν*. Eusebius legit, *τόμον καινοῦ*, ut annotatur in editione Romana, in quibusdam libris esse *τόμον χάρτου καινοῦ*. Clemens habet *βιβλίον καινὸν κελεύσας λαβών*. Verterunt LXX et addiderunt *καινὸν*, ut admonerent prophetiam esse de Testamento Novo. Eusebius Dem. Ev. 7, 3. COL.

P. 222, l. 19. *ἀντωπεῖν*] Haec vox infra occurrit in Excerptis e Theodoto p. 791. edit. Paris. *Ἀντομματεῖν* dicit auctor Constitut. apost. 6, 2. ubi annotat Cotelerius "Lucam, et post eum Barnabam, ac verum Clementem Romanum, Clementemque Alexandrinum, et alios, ante vero auctorem libri Sapientiae, *ἀντοφθαλμεῖν* usurpasse; Dionysium vero Pseudo-Areopagitam cum Clemente Alexandrino, Method. Athanas. *ἀντωπεῖν*, et *ἀντωπῆσαι*." POTT.

222, 20. *οἱ Ἑβραῖοι*] Respicit Exod. 34, 30. et seq. POTT.

*οἱ ἅγιοι*] Scilicet prophetae, veluti Dan. 10, 7. et seq., et alibi. POTT.

P. 223, l. 15. *σοφία*] Conf. Paedag. p. 181. POTT.

223, 18. *γράφονται, δισσοῖς πνεύμασιν ἐντολαῖς*] Fortasse rectius *γράφονται δισσοῖς πνεύμασιν ἐντολαί* ut conjicere licet ex v. 48. [p. 809.] Utique Hervetus interpres ita legit. SYLB. Totam hanc sententiam sic scribe, *δισσῶς, ὡς ἔοικεν, γράφονται, δισσοῖς δεδομέναις πνεύμασιν ἐντολαῖς*, sicut infra, *τοῖς δισσοῖς πνεύμασι τὰς δεδομένας ἐντολάς*. Paulo enim post [p. 809.] *εἰκότως τοίνυν αἱ δύο πλάκες τοῖς δισσοῖς πνεύμασι τὰς δεδομένας ἐντολὰς, τῷ τε πλασθέντι τῷ τε ἡγεμονικῷ, τὰς πρὸ τοῦ νόμου παραδεδόμενας*. HEINSIUS.

223, 19. *τῷ τε*] Id est rationali et sensibili hominis facultati. Sic Philo Judaeus lib. Quis sit rerum divinarum haeres p. 504. *τί δ' αἱ στῆλαι τῶν γενικῶν δέκα νόμων, ἃς ὀνομάζει πλάκας; δύο εἰσὶν ἰσάριθμοι τοῖς τῆς ψυχῆς μέρεσι· λογικῷ γὰρ καὶ ἀλόγῳ παιδευθῆναι καὶ σωφρονισθῆναι χρή*. POTT.

223, 21. *καὶ τὸ*] Galat. *τὸ δέ*. POTT.

223, 24. *καὶ τοῦτο*] Nempe *πνοὴν ζωῆς*, quam in creando homine *ἐνεφύσησεν ὁ θεός*, Genes. 2, 7. Hanc Clemens paulo superius dixit *τὸ ὑποκείμενον πνεῦμα*, et infra *πνεῦμα σαρκικὸν, σωματικόν*. POTT.

P. 224, l. 22. *καὶ δὴ*] Hoc est, "quin etiam quae mente ac animo conceptae sunt, in actionem per hunc transeunt." Herveti versio ferri posset, si legamus *τὰς κατ' ἔννοιαν*. POTT.

P. 225, l. 9. *ἀλλὰ καὶ εἴρηνται*] Malim haec sic scribere, *εἴρηνται μηνύειν· ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν αἰσθ.* Sylburgius ait: "Haud scio an legendum *ἀλλαχῇ εἴρηνται*. Si quis ordine inverso *καὶ ἄλλα* malit, per me licet. Interpres, ut corrupta, transiliit." POTT.

225, 15. *ἡ μὲν πρώτη*] Haud in promptu est dicere, quo modo

Clemens Decalogum in partes suas distribuerit. Nam praeceptum de honore parentibus tribuendo clare quintum vocat: cum tamen alterum de non sumendo in vanum Dei nomine secundo, et quod de sabbato agit, tertio loco ponere videatur; ac proinde quae haec praecepta praecedunt, universa uno praecepto concludantur necesse est. Porro post quintum praeceptum statim illud addit, quo adulterium prohibetur: tum alterum, quo homicidium; ac deinde eo, quod de falso testimonio agit, prorsus omisso, vel cum praecedente confuso, decimum pronuntiat esse, quo a qualicunque concupiscentia arcemur. Pro certo igitur tenendum est quod cum Clemens praeceptum de honore parentibus tribuendo quinto loco ponat, ante id alia quatuor numeraverit; et quod post id itidem quatuor praecedere voluerit praeceptum illud, quo qualiscunque concupiscentia prohibetur, cum hoc decimum esse aperte doceat. Quae cum ita sint, Clementis verba hoc, vel alio simili, modo scribenda esse videntur: *καὶ ἡ μὲν πρώτη . . . πατρῴαν γῆν. Ὅπως καταλαμβ. . . . . ἔχοντες θεὸν, ὁ δεύτερος ἐμήνυε λόγος, Μὴ δεῖν λαμβάνειν . . . αὐτὸς μόνος, τρίτος ἐστὶ λόγος. τέταρτος δὲ ὁ μηνῶν γεγονέναι,* etc. Qua mutatione haud ita magna fiet ut et secum consentiat Clemens et cum Philone Judaeo, quem in iis, quae ad veterem legem spectant, ubique fere sequitur, ut saepe alias observatum est. Philo enim primum id praeceptum esse declarat, quo dicitur unum esse verum Deum colendum, qui Judaeos ex Aegypto eduxit; secundum, quo simulacra coli prohibentur; tertium, quo Dei nomen in vanum non esse sumendum decernitur; quartum, quo septimi diei observatio praecipitur etc. Conf. ejus lib. Quis sit rerum divinarum haeres p. 504. lib. De decalogo, lib. De specialibus praeceptis in ipso principio. Ad sententiam nostram confirmandam accedit quod Philo perinde ac Clemens noster praeceptum de adulterio ei, quo prohibetur homicidium, anteponat; octavo autem loco praeceptum de furto, et illud, quo qualiscunque concupiscentia prohibetur, decimo constituat. Hoeschelius Decalogi numerum sic impleri posse arbitratur, si post *γῆν* inseratur, *ὁ δεύτερος δὲ λόγος* (seu *ἡ δὲ δευτέρα ἐντολή*) *παρίστησι·* mutato mox *δεύτερος* in *τρίτος* et *τρίτος* in *τέταρτος*. Sylburg. ait "Post comma istud, *ὁ δεύτερος δὲ ἐμήνυεν λόγος*, mutilatus esse videtur locus, deesseque enarratio secundi praecepti de imaginibus. Id enim eum hoc loco agnovisse, satis declarant quae cum alibi passim contra imagines disputat tum p. 249, 40. 295, 43. 303, 22. Secundum vero ei praeceptum locum tribuunt etiam Philo tribus in locis, et Josephus p. 69. itemque Origenes homilia octava in Exodum, Athanasius in Synopsi sacrae Scripturae, Gregorius Naz. in Carminibus: immo et recentiores, Nicephorus, Zonaras, Cedrenus et Suidas in voce Πλαξί· atque adeo nisi hoc loco defectus statuatur, et mox pro *τρίτος* reponatur *τέταρτος*, quomodo consistet ordo et numerus in sequentibus? Manifeste namque cum ceteris supra nominatis auctoribus decimum praeceptum esse dicit *περὶ ἐπιθυμιῶν* p. 292, 26. Atque en tibi octo hexametris expressa haec decem praecepta per Gregorium p. 36, 2:

*Οὐ γνώσῃ θεὸν ἄλλον· ἐπεὶ σέβας οἷον ἑνός γε.*
*οὐ στήσεις ἴνδαλμα κενὸν καὶ ἄπνοον εἰκώ.*
*οὔ ποτε μαψιδίως μνήσῃ μεγάλοιο θεοῖο.*
*σάββατα πάντα φύλασσε μετάρσια καὶ σκιόεντα.*
*ἔλβιος, ἣν τοκέεσσι φέρῃς χάριν ἣν ἐπέοικε.*

φεύγειν ἀνδροφόνου παλάμης ἄγος, ἀλλοτρίης τε
εὐνῆς· κλεπτοσύνην τε κακόφρονα, μαρτυρίην τε
ψευδῆ· ἀλλοτρίων τε πόθον, σπιυθῆρα μόροιο."

Atque hactenus Hoeschelius et Sylburg., quorum conjecturae an Clementis sententiae magis consentaneae sint quam quae a nobis allata sunt, aequus lector, omnibus diligenter perpensis, facile judicabit. POTT.

P. 226, l. 1. *γενητὰ καὶ μάταια*] Vult auctor *μάταια* esse "creata," ac proinde nomen Dei sumere *ἐπὶ ματαίῳ* esse id rebus creatis imponere. Itaque hoc praecepto, secundum Clementem, prohibemur Dei nomen creaturis imponere, quibus proxime superiori praecepto divinum cultum tribuere vetitum est. POTT.

226, 3. *ὁ ὤν*] Nomen Dei Exod. 3, 14. *ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*, etc. POTT.

226, 4. *τρίτος*] Legendum omnino *τέταρτος*, uti notavit Sylburg. Nam. p. 815. proximum mandatum ut quintum ordine recensetur. Deest itaque tertii praecepti explicatio, quamvis secundum ita exponat, ut etiam tertii vim quodammodo in se contineret, unde forte defectus ortum habuit. Ita infra nonum cum decimo in unam et eandem interpretationem coalescit. LOWTH. Porro mihi nec secundi praecepti, ut Sylburgio visum est, nec tertii enarratio desiderari videtur; quorum prius de divino cultu, posterius de divino nomine rebus creatis non tribuendo, satis clare exposuit auctor; ut modo dictum est. POTT. Nihil mutandum, ut in annotatione mea ostendi.

226, 9. *ἀνάπαυσις*] Id significat Hebraica vox *σάββατον*. Conf. Strom. 4. p. 612. POTT.

226, 10. *ἑτοιμάζουσα*] Hoc est, praesignificans Christum qui nobis et existentiam et lucem donat et requiem. His similia scribit Barnabas epistolae suae c. 15, ubi conf. quae annotavit Cotelerius. POTT.

226, 22. *ἐπιστήμονα εἶναι*] Hoc est "habere scientiam docet. Cum autem huc pervenimus, haec quoque sunt obiter memoranda." Quae Hervetus perinde vertit ac si legisset, *ἐπιστήμονας εἶναι διδάσκει, ἐνταῦθα γενομένους. ἐν παρέργῳ καὶ ταῦτα ὑπομνηστέον, ἐπεὶ περὶ ἑβ.* Quo modo haec sententia in edit. Flor. interpuncta est, ubi tamen *ἐπιστήμονα* occurrit, non *ἐπιστήμονας*. POTT.

226, 25. *κινδυνεύει*] Vide p. 812. LOWTH. Herveti etiam Commentarium, et quae ad Barnabae locum paulo superius dictum annotat Cotelerius. POTT.

226, 27. *ἑργάτις*] *ἑβδομάδα* etiam mystice *ἐργάτιδα* dictam fuisse ex Nicomacho tradit Photius. POTT.

P. 227, l. 1. *ἤ τε ἀπὸ τροπῶν*] His similia scribit Macrobius in Somnium Scipionis 1, 6. Clemens autem Philonis verba abbreviavit lib. De opificio mundi, *ὅ θ' ἡγεμὼν ἡμέρας ἥλιος, διττὰς καθ' ἕκαστον ἐναυτὸν ἀποτελῶν ἰσημερίας, ἔαρι καὶ μετοπώρῳ, τὴν μὲν ἐαρινὴν ἐν κριῷ, τὴν δὲ μετοπωρινὴν ἐν ζυγῷ, ἐναργεστάτην παρέχεται πίστιν τοῦ περὶ τὴν ἑβδόμην θεοπρεποῦς. ἑκατέρα γὰρ τῶν ἰσημεριῶν ἑβδόμῳ γίνεται μηνὶ, καθ' ἃς καὶ ἑορτάζειν διείρηται νόμῳ τὰς μεγίστας καὶ δημοτελεστάτας ἑορτάς· ἐπειδήπερ ἀμφοτέραις ὅσα ἐκ γῆς τελειογονεῖται, ἔαρι μὲν ὁ τοῦ σίτου καρπὸς, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα σπαρτὰ, μετοπώρῳ δὲ τὸ τῆς ἀμπέλου καὶ τῶν ἄλλων πλείστων ἀκροδρύων.* POTT.

227, 5. *φασὶ δὲ καὶ τὸ ἔμβρυον*] Macrobius in Somnium Scipionis 1, 6. "Habet et alia suae venerationis indicia, sed ne longior faciat sermo fastidium, unum ex omnibus ejus officium persequemur: quod ideo praetulimus, quia hoc commemorato, non senarii tantum, sed et

septenarii pariter dignitas adstruetur. Humano partui frequentiorem usum novem mensium, certo numerorum modulamine natura constituit; sed ratio sub adsciti senarii numeri multiplicatione procedens etiam septem menses compulit usurpari; quam breviter absoluteque dicemus duos esse primos omnium numerorum cubos, id est a pari octo, ab impari viginti septem: et esse imparem marem, parem feminam superius expressimus. Horum uterque si per senarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui septem mensibus explicantur. Coeant enim numeri mas ille qui memoratur et femina, octo scilicet et viginti septem; pariunt ex se quinque et triginta. Haec sexies multiplicata creant decem et ducentos: qui numerus dierum mensem septimum claudit." POTT.

227, 10. *προφήτην*] Nempe Mosem. POTT.

227, 11. *ἑξ*] Euclides 7. definit. 22. *τελειος ἀριθμός ἐστιν ὁ τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἴσος ὤν.* Cassiodorus lib. De amicitia "Senarius numerus, perfectus, constans ex partibus suis. Si enim conjunxeris unum, duo, tria, perfectum habebis senarium." Conf. Censorinus cap. 11. Hinc senarium numerum Veneri sacrum fuisse tradit Jamblichus De vita Pythagorae 1, 28. Idem dictus est *Ἀφροδίτη ζυγία, γαμηλία, ἀνδρογυναία,* ut refert Photius in Excerptis e Nicomacho. Item *γάμος*, ut tradit Plutarchus lib. De animae procreatione, ex Timaeo; et anonymus apud Meursium Denarii Pythagorici cap. 8. Ab eodem dicitur *ἀρρενόθηλυς*. Ejus verba, quae Clementinis paria sunt, hic legisse haud pigebit, *ἐξ ἀρτίου καὶ περισσοῦ τῶν πρώτων, ἄρρενος καὶ θήλεος, δυνάμει καὶ πολλαπλασιασμῷ γίνεται· διὸ καὶ ἀρρενόθηλυς καλεῖται. ἔτι δὲ γάμος καλεῖται, ὅτι αὐτὸς τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσίν ἐστιν ἴσος· γάμου δὲ ἔργον τὰ ὅμοια ποιεῖν τὰ ἔγγονα τοῖς γονεῦσιν.* De numero senario plura refert Macrobius in Somnium Scipionis 1, 6. Non sunt autem verba Philonis, quem sequi amat Clemens, hoc loco praetereunda lib. De septenario et festis p. 1177. *Μωυσῆς δ' ἀπὸ σεμνοτέρου πράγματος ἐκάλεσεν αὐτὴν συντέλειαν καὶ παντέλειαν, ἑξάδι μὲν τὴν γένεσιν τῶν τοῦ κόσμου μερῶν ἀναθεὶς, ἑβδομάδι δὲ τὴν τελείωσιν. ἑξὰς μὲν γὰρ ἀρτιοπέριττος ἀριθμὸς, ἐκ τοῦ δὶς τρία παγεὶς, ἔχων ἄρρενα μὲν τὸν περιττὸν, θῆλυν δὲ τὸν ἄρτιον, ἐξ ὧν εἰσιν αἱ γενέσεις κατὰ φύσεως θεσμοὺς ἀκινήτους· ἑβδομὰς δ' ἀμιγέστατος, καὶ φῶς (εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν) ἑξάδος· ἃ γὰρ ἐγέννησεν ἑξὰς, ταῦθ' ἑβδομὰς τελεσφορηθέντα ἐπεδείξατο.* POTT.

227, 16. *δύο, θήλεος*] Hinc Juno dictus est numerus binarius, ut tradunt Eulogius in Somnium Scipionis et Martianus Capella. A Proclo dicitur *γόνιμος ἀριθμός, fecundus numerus*, Comment. in Hesiodi Dies. Conf. Meursius Denarii Pythagorici cap. 4. POTT.

227, 20. *ἀμήτορα*] Philo Judaeus lib. Quis sit rerum divinarum haeres p. 504. *τέταρτος δὲ περὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ ἀμήτορος ἑβδομάδος, ἵνα τὴν ἀπραξίαν αὐτῆς μελετῶσα γένεσις, εἰς μνήμην τοῦ ἀοράτως πάντα δρῶντος γένηται.* Idem lib. 1 Legis allegor. p. 43. *καὶ πρῶτος ἀπὸ τελείου τοῦ ἑξ καὶ μονάδος, κατά τινα λόγον οἱ ἐντὸς δεκάδος ἀριθμοὶ γεννῶνται, ἡ γεννῶσι τοὺς ἐντὸς δεκάδος καὶ αὐτήν· ἡ δέ γε ἑβδομὰς οὔτε γεννᾷ τινα τῶν ἐντὸς δεκάδος ἀριθμῶν, οὔτε γεννᾶται ὑπό τινος· παρ' ὃ μυθεύοντες οἱ Πυθαγόρειοι τῇ ἀειπαρθένῳ καὶ ἀμήτορι αὐτὴν ἀπεικάζουσιν, ὅτι οὔτε ἀπεκυήθη οὔτε ἀποτέξεται.* Porro Minerva *ἀειπαρθένος* et *ἀμήτωρ* est apud poetas. Haec autem Philo plenius exponit lib. De septenario et festis p. 1177. 1178. POTT.

227, 25. δωδεκάδος] Duo denarii; seu potius δεκάδος, denarii numeri, ut apud Philonem est. POTT.

227, 26. κύβον] Macrobius in Somnium Scipionis 1, 5. postquam cubi naturam docuisset, addit, "Ex his apparet octonarium numerum solidum corpus et esse et haberi; siquidem unum apud geometras puncti locum obtinet. Duo lineae ductum faciunt, quae duobus punctis, ut supra diximus, coercetur: quatuor vero puncta adversum se in duobus ordinibus, bina per ordinem posita exprimunt quadri speciem a singulis punctis in adversum punctum ejecta linea. Haec quatuor, ut diximus, duplicata et octo facta duo quadra similia describunt: quae sibi superposita additaque altitudine formam cubi, quod est solidum corpus, efficiunt. POTT.

P. 228, l. 2. περίοδος] Non pauci ex antiquis Ecclesiae scriptoribus putarunt mundum sex millibus annorum consummandum esse, qui sex creationis diebus respondent; septima futurum esse judicium, octavo omnium restitutionem. Barnabas epist. c. 15. προσέχετε, τέκνα, τί λέγει τὸ, συνετέλεσεν ἐν ἓξ ἡμέραις· τοῦτο λέγει, ὅτι συντελεῖ ὁ θεὸς κύριος ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα. ἡ γὰρ ἡμέρα παρ' αὐτῷ χίλια ἔτη· αὐτὸς δὲ μαρτυρεῖ λέγων· ἰδοὺ σήμερον ἡμέρα ἔσται ὡς χίλια ἔτη. οὐκοῦν, τέκνα, ἐν ἓξ ἡμέραις, ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ πάντα. καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. Idem paulo post, πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς· τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν οὐκ ἀνέχομαι. ὁρᾶτε πῶς λέγει· οὐ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτὰ, ἀλλ' ἃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω, ὅ ἐστιν ἄλλου κόσμου ἀρχήν. διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς. Couf. quae ibi annotavit Cotelerius. Vide Lactantium 7, 14. POTT.

228, 3. ταύτῃ] Dominus in montem ascendit quartus: comitatus nempe tribus discipulis, Petro, Jacobo, Joanne, deinde, accessione Moysis et Eliae, fit sextus; ut testatur Marc. 9. Matth. 17. Luc. 9. et collectanea infra p. 335, 18. SYLB. Pro septima persona vocem Dei patris habet Christum filium suum esse coelitus declarantis. Proinde Christus, qui ante id tempus purus ac simplex homo existimabatur θεὸς ἐν σαρκίῳ esse, atque duplicem habere naturam, apparens, octonarium numerum explevit. Ex his liquet quod secundum Clementem Christus verus Deus sit; deinde hoc ex eo colligi posse, quod filius Dei sit; postremo, quod persona Christi sit a persona patris distincta. POTT.

228, 13. ἐπίσημον γνωρίζει τὸ μὴ γραφόμενον] Videtur legendum ἐπίσημον μὴ γνωρίζει τὸ γραφόμενον· intelligit enim notam sextam numeralem ϛ, quam non agnoscit ordo alphabeti. LOWTH. Receptae lectionis sensus est, numeralem notam ϛ, licet in alphabeto scribi non soleat, tamen inter numerandum in ordinem literarum referri, ac sextum ibi locum tenere. Proinde huic divinam Christi naturam comparat, quae licet non appareret, tamen per vocem coelitus datam patefacta, octonarium numerum complevit. Nihil igitur hic mutandum. POTT.

228, 17. ἐκκλαπέντος] Legendum omnino εἰσκλαπέντος. Vult Clemens irrepsisse hanc notam numeralem inter literas ε et ζ, cum non esset litera. LOWTH.

228, 20. τῷ ἐπισήμῳ] Hoc est Christo, qui notae sexti numeri respondet, ut modo dictum est. POTT.

228, 22. *ἡ ἕκτη ὥρα*] Hac hora Christus hominem morte sua redemit, Matth. 27, 45. Marc. 15, 33. Luc. 23, 44. Joan. 19, 14. POTT.

228, 25. *διαστήματα*] *Intervalla:* idem quod *μεσότητες*. LOWTH.

228, 27. *τοῖς οὐρανοῖς*] Haec verba vulgata Biblia non agnoscunt. Verum cum in seq. commate dictum sit *ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα*, inde factum videtur *οὐρανοὶ τοῖς οὐρανοῖς*, ut sententiae quodammodo pares essent. POTT.

P. 229, l. 13. *ἅμα νοήματι*] Vide p. 852. LOWTH.

229, 14. *φωνῇ*] Vocem intelligit Dei singulis rebus ordine suo dicentis *γένοιτο*. POTT.

229, 20. *ἑβδομάσι*] Conf. Lactantius 7, 14. POTT.

229, 23. *ἑπτὰ*] Alexander Aphrodis. 2. p. 561, 47. *ὅτι δὲ τέλειος ὁ ἑπτὰ φύσει ἀριθμὸς δῆλον ἐκ τοῦ διοικεῖν τὸν θεὸν τὸν περίγειον κόσμον ἑπτὰ ἄστροις.* Macrobius in Somnium Scipionis 1, 6. "Septem quoque vagantium sphaerarum ordinem illi stelliferae et omnes continenti subjecit artifex fabricatoris providentia; quae et superioris rapidis motibus obviarent, et inferiora omnia gubernarent." Philo lib. De septenario et festis p. 1177. *ἀνδρειότατος γὰρ καὶ ἀλκιμώτατος ὁ ἀριθμὸς εὖ πεφυκὼς πρὸς ἀρχὴν καὶ ἡγεμονίαν. ἔνιοι δ' αὐτὴν καιρὸν προσηγόρευσαν, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τεκμηράμενοι τὴν νοητὴν αὐτῆς οὐσίαν· ὅσα γὰρ τῶν ἐν αἰσθητοῖς ἄριστα, δι' ὧν αἱ ἐτήσιοι ὧραι καὶ τῶν καιρῶν αἱ περίοδοι τεταγμένως ἐπιτελοῦνται, μετέσχηκεν ἑβδομάδος· λέγω δὲ πλάνητας ἑπτά, καὶ ἄρκτον, καὶ πλειάδας, καὶ σελήνης αὐξομένης τε καὶ μειουμένης ἀνακυκλήσεις, καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐναρμονίους καὶ παντὸς λόγου κρείττους περιφοράς.* POTT.

P. 230, l. 2. *ἑπτάστεροι*] Philo [vol. 1. p. 28.] lib. De mundi opificio p. 26. *ἄρκτος τε μὴν, ἣν φασι πλωτῆρων εἶναι προπομπὸν, ἐξ ἑπτὰ ἀστέρων συνέστηκεν.* Idem paulo post, *καὶ ὁ τῶν πλειάδων χορὸς ἀστέρων ἑβδομάδι συμπεπλήρωται.* POTT.

230, 3. *γεωργίαι*] Agricolas et nautas sidera spectare supra quoque docuit Clemens p. 280, 11. et Basilius p. 187. SYLB.

230, 4. *ἡ σελήνη*] Alexander Aphrodis. loco jam dicto, *ὁμοίως δὲ καὶ ἡ σελήνη τῷ ἑπτὰ ἀριθμῷ σχηματίζεται.* Philo lib. De mundi opificio p. 23. *ἀπὸ μονάδος συντεθεὶς ἑξῆς ὁ ἑπτὰ ἀριθμὸς, γεννᾷ τὸν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι τέλειον, καὶ τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἰσούμενον· ὁ δὲ γεννηθεὶς ἀριθμὸς ἀποκαταστατικός ἐστι σελήνης, ἀφ' οὗ ἤρξατο σχήματος λαμβάνειν αὔξησιν αἰσθητῶς, εἰς ἐκεῖνον κατὰ μείωσιν ἀνακαμπτούσης· αὔξεται μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης μηνοειδοῦς ἐπιλάμψεως ἄχρι διχοτόμου ἡμέραις ἑπτὰ, εἶθ' ἑτέραις τοσαύταις πλησιφαὴς γίνεται, καὶ πάλιν ὑποστρέφει διαυλοδρομοῦσα τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἀπὸ μὲν τῆς πλησιφαοῦς ἐπὶ τὴν διχότομον ἑπτὰ πάλιν ἡμέραις, εἶτ' ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὴν μηνοειδῆ, ταῖς ἴσαις ἑξῆς ὁ λεχθεὶς ἀριθμὸς συμπεπλήρωται.* Macrobius in Somnium Scipionis lib. 1. c. 6. "Similibus quoque dispensationibus hebdomadum hominis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis enim septem usque ad medietatem velut divisi orbis excrescit, et *διχότομος* tunc vocatur; secundis orbem renascentes ignes colligendo jam complet, et plena tunc dicitur; tertiis *διχότομος* rursus efficitur, cum ad medietatem decrescendo contrahitur; quartis ultima luminis sui diminutione tenuatur. Septem quoque permutationibus, quas phasis vocant Graeci, toto mense distinguitur; cum nascitur, cum fit dichotomos; et cum fit *ἀμφίκυρτος*, cum plena, et rursus ac denuo dichotomos, et cum ad nos luminis universitate privatur. Amphicyrtos est autem, cum supra

324, 26. *διὰ τῶν προσεχέστερον κινουμένων*] *Per causas Deo proximiores.* Vide ad p. 822, 825. LOWTH.

P. 235, l. 3. *ἐπεὶ*] Respicere videtur illud Pauli Rom. 1, 21. *διότι γνόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν.* POTT.

235, 18. *οὐ γὰρ ἵνα δόξωμεν εἶναι, Χριστὸν πιστεύομεν*] Intercidisse videntur voces *ἀγαθοὶ εἰς*, quae a scriptore nimium festinante propter similitudinem dictionum *εἶναι* et *εἰς* facile omitti potuerunt, ut saepe alias contigit. His autem suppletis sic se habebit sententia, *οὐ γὰρ ἵνα δόξωμεν εἶναι ἀγαθοὶ, εἰς Χριστὸν πιστεύομεν.* Porro respicere videtur Clemens tritum illud Amphiarai apud Aeschylum

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἀγαθὸς, ἀλλ' εἶναι θέλει. POTT.

235, 21. *τοῦ εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἕνεκα*] Congruentius, *τοῦ εἶναι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἕνεκα·* ut idem sc. casus et sequatur et praecedat infinitivum *εἶναι*, ut cum alibi passim, tum p. 311, 26. SYLB.

235, 22. *βιαζόμεθα*] Conf. Strom. 4. p. 565. not. Respicit auctor Matth. 11, 12. *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.* POTT.

P. 236, l. 6. *ἐπὶ τέλει τῶν κατορθωμάτων*] *In fine actionum praeclare gestarum.* Quasi dicat id esse ultimum *τῶν κατορθωμάτων* viri perfecti, ut Christum imitetur. POTT.

236, 22. *καθόλου δὲ εἰπεῖν περὶ ἑκάστου πράγματος*] Malim, et quidem meliori sensu, *καθόλου δὲ ἐν τῷ εἰπεῖν περὶ ἑκάστου πράγματος, τῆς οὐσίας τὰ συμβεβηκότα διακριτέον.* HEINSIUS.

P. 237, l. 1. *εὐτελεῖ*] Vide Strom. p. 559. Paedag. 3, 1. LOWTH. Respicere autem videtur auctor Iesa. 53, 2, 3. *οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα*, et seq. POTT.

237, 5. *ἀντιληπτοῖς*] H. MS. *ἀντιληπτικοῖς*, activa significatione. SYLB. Mihi scribendum videtur *οὐκ ἀντιληπτικοῖς*, ac deinde negativam particulam, quae praecedit verbum *πιστεύεται*, omitti debere, ut sententia sic se habeat: *τοῖς μὲν οὖν οὐκ ἀντιληπτικοῖς καὶ μὴ κινηθεῖσι πρὸς γνῶσιν πιστεύεται ὁ λόγος.* "His igitur qui non sunt ad percipiendum apti, neque ad cognitionem moventur creditur verbum." Quod effatum exemplo corvorum illustrare pergit auctor. Videtur autem negativa particula scriptorum negligentia propter viciniam similis vocis *οὖν* excidisse, deinde vero alieno loco in textum recepta fuisse. POTT.

237, 9. *πατὴρ*] Ex Iliad. 1, 544. POTT.

237, 14. *προσοικοδομῆσαι*] Respicit 1 Cor. 3, 12. *εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους.* POTT.

237, 17. *ἄρχεσθαι*] Scribendum potius *ἄρχεται*, indic. modo, qui ab imperitis scriptoribus propter vicinos infinitivos in infinitivum mutatus fuisse videtur: quod verbo *καθήκει* in hac etiam sententia contigit. Qua mutatione facta huic sententiae hic tandem sensus constabit, "Non igitur se pollicetur fore, sed incipit esse, participem. Neque in futuro, sed in actu regalem, et luce praeditum, et Gnosticum esse decet." POTT.

237, 26. *προκόπτον εἰς τὸ αὐτὸ ἄμεινον*] Hoc est, *proficiens ad idem melius.* At vero non est idem omnibus melius, aut omnino bonum. Quod diceret auctor, si haec ejus essent verba. Hoc absurdum ut vitaret interpres, hoc commation sic vertit, *Ad ipsum quod est melius proficiens;* omissa scilicet voce *αὐτὸ*, quae in dativum *αὐτῷ* mutata

facilem sententiam praebebit προκόπτον εἰς τὸ αὐτῷ ἄμεινον, *progrediens ad id, quod est ipsi melius.* POTT.

P. 238, l. 1. ἀλλ' αἱ μὲν τρίχες ἠρίθμηνται καὶ τὰ εὐτελῆ κνήματα, φιλοσοφία δὲ πῶς οὐκ ἐν λόγῳ;] Sic de Megarensibus dixit Oraculum de quo lib. 7. sub finem οὔτ' ἐν ἀριθμῷ, et Tyrtaeus οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην. "Si ergo, inquit, capitis nostri numerati sunt capilli," ut ait Dominus Matth. 10, 30. "cur non aliquo in pretio philosophia habebitur, aut numero?" Unde addit illud de Samsone, cujus fortitudo in pilis licet rejectitiis, quibus innuuntur externae disciplinae, hoc est profanae et ethnicae: sic enim intelligendum illud quod sequitur. COL.

238, 6. χαμαὶ] Postquam anima e corpore exierit, earum artium, quae ad hunc mundum et res corporeas spectant, nulla ei erit utilitas. Proinde hujusmodi disciplinae ab anima coelum petente humi jacent relictae. POTT.

238, 7. ἐννοῆσαι δίδοσθαι] Congruentius ἐννοήσῃ δίδοσθαι subjunctivo modo. H. MS. ἐννοῆσαι δύνασθαι, luxata structurae cohaerentia. SYLB.

238, 12. οὐκ εἰς τὸν τοῦ σώματος κόσμον] A. cum Herveto legendum putat, οὐκ εἰς τὸν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς κόσμον. Mihi vulgata lectio magis placet. SYLB. Nihil hic puta deesse, verum ita cohaerent haec cum superioribus, ut Graeca indicant satis, οὐκ εἰς τὸν σώματος κόσμον, ἔξωθεν δὲ τοῦ λαοῦ φιλοσοφία καθάπερ ἐσθής· "Non in corporis ornatum, est enim extra populum philosophia, tanquam vestis." Indicat nimirum descendere in vestis oram, non in corpus, et vestem significare philosophiam, quae non est pars corporis, ut neque philosophi ex populo Judaico aut Christiano. Ideoque Graeci Patres τὰ ἔξω καὶ τὰ ἔξωθεν δικαστήρια τέχνας, ἀγῶνας, appellant, quae ad ethnicos pertinent. Euthymius in hunc psalmi locum unguentum legale indicari ait, quod super capita sacerdotum effundebatur, illudque, "in oram vestimenti," vertit Aquila, ἐπὶ στόμα ἐνδυμάτων αὐτοῦ, "ad os usque," id est, "tunicam ejus circa pectus sanctam reddebat," inquit Theodoreti interpres, "a principe ad subditos usque concordiae utilitas pervenit." Augustinus tom. 8. "Non puto, quod oram vestimenti in lateribus voluit intelligi: sunt enim orae in lateribus, sed a barba descendere unguentum ad oram potuit, quae in capite est, ubi aperitur capitium. Tales sunt, qui habitant in unum, ut quo modo per oras istas intrat caput hominis, ut vestiat se, sic per concordiam fraternam Christus intrat, qui est caput nostrum, ut vestiatur, et haereat illi Ecclesia." COL.

P. 239, l. 2. πνεῦμα αἰσθήσεως δεδόσθαι] LXX. Exodi 28, 3. καὶ σὺ λάλησον πᾶσι τοῖς σοφοῖς τῇ διανοίᾳ, οὓς ἐνέπλησα πνεύματος σοφίας καὶ αἰσθήσεως. COL.

239, 21. παραδεξαμένη τὸν ἀρχικὸν λόγον] Id est filium Dei. Vide p. 832. LOWTH.

P. 240, l. 2. κατ' ἐπισκοπήν] Nempe θείαν, "secundum divinam curam et providentiam." Quo sensu eadem vox paulo infra occurrit. POTT.

240, 22. θεάτρων] His similia scribit Petrus Damian. in Opusc. 36, cap. 7. "Plane qui in theatro residet non simul omnia videt; quia cum intendit aciem ante se, non videt post se. Qui autem non in theatro, sed super theatrum excelsius supereminet, totius undique interiorem theatri ambitum uno comprehendit aspectu. Ita omnipotens Deus, quia omnibus, quae volvuntur, incomparabiliter superemi-

net, omnia simul suis subjecta conspectibus, praesentialiter videt." POTT.

P. 241, l. 6. *κοινὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν*] H. *κοινὰ τῶν ἀγ.*, expuncta priore *μέν*. Alioqui legendum foret, *τῶν ἀγαθῶν τέ ἐστιν καὶ τῶν κακῶν*. SYLB.

241, 7. *γίνεται—θεός*] Hanc sententiam sic edidimus ex Flor. et Sylburg., faventibus etiam MSS. codicibus; quae in posterioribus editionibus hoc modo corrupta est, *γίνεται δ' ὅμως ὠφέλιμα αὐτὰ ἐποίησεν μόνοις τοῖς ἀγαθοῖς τε καὶ σπουδαίοις, ὧν χάριν ὁ θεός*. Proinde Lowthii conjectura opus haud est, qui ad haec verba *ὧν χάριν θεὸς* annotat "Supplendum *ἐποίησε* vel quid simile." POTT.

241, 11. *ἐπίνοιαν θείαν*] Malet fortasse aliquis *ἐπίπνοιαν θείαν*, ex p. 295, 22. seq. SYLB. Quod interpreti quoque placuit. POTT. Pag. 824. *ἐμπνεῖ τι καὶ ἡ δύναμις*.

241, 15. *κατά τε γὰρ τὰ ἔθνη*] Hieronymus in cap. 7. Danielis loco illo Deuter. 32. "Quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei." Sic enim legitur apud LXX. *κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ*, non, ut habet Latina, "filiorum Israel." Idem Epiphanius haeres. 51 et Basilius in Psalm. 33. citati ab Anastasio Quaest. 60. in Scripturam, cum Cyrillo De adoratione in spiritu, cujus verba Graece nondum edita subjiciemus, *τοὺς ἁγίους ἀγγέλους ἴσμεν παρὰ θεοῦ τεταγμένους εἴς τε τὸ δεῖν τοῖς πεπιστευκόσι ἐπικουρεῖν, καὶ οἱονεὶ καθηγεῖσθαι λαοῦ*. Item Theodoreti lib. 3. *τῆς Θεραπευτικῆς*, ubi de daemonibus agit, *εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων λυττῆσαι, καὶ τὸν κατ' αὐτὸν ἀναδέξασθαι πόλεμον. τὸν δὲ ποιητὴν τῇ μὲν τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φρουρῆσαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος ἀοράτως ἐπιὼν, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ· τὴν δὲ ἀγωνιστικὴν οὐκ ἔτι κωλῦσαι διαμάχην, ἵνα δείξῃ τοὺς ἀρίστους ἡ πάλη, καὶ γένωνται ἀνδραγαθίας ἀρχέτυπα· οὗ δὴ ἕνεκα τὴν βιαίαν ἐκείνου προσβολὴν διακωλύσας, τῇ τῶν ἀγγέλων φρουρᾷ τὴν τῶν λογισμῶν συνεχώρησεν ἀγωνίαν, ὅπως τοὺς ἀξιονίκους ἀποφήνῃ τῶν στεφάνων ἀξίους· οὐκ αὐτὸς μὲν ἐκεῖνον εἰς ἀντιπάλου τάξιν ἀποκληρώσας, εἰς δέον δὲ τῇ ἐκείνου πονηρίᾳ χρησάμενος, καθάπερ οἱ ἰατροὶ ταῖς ἐχίδναις εἰς νοσημάτων ἀπαλλαγήν*. Caeterum angelos *ἐγρηγορότας* dictos ait Clemens lib. 2. ut apud Daniel 4, 10. "Et ecce vigil et sanctus de coelo descendit." Scholiastes Graecus, *τὸ δὲ εἴρ οὐδὲν ἕτερον ἢ ἐγρηγορὼς καὶ ἄγρυπνος ἑρμηνεύεται*. Hieronymus LXX *ἄγγελον* transtulisse testis est, Theodotionem vocem Chaldaicam *εἴρ* reliquisse. COL.

241, 17. *ἐνίοις*] MS. Ottob. *ἀνίοις*. Forte *ἄνοις* pro *ἀνθρώποις*. MONTFALC. Fallitur.

P. 242, l. 7. *διαβόλῳ*] Conf. Strom. 1, p. 366. not. POTT.

242, 8. *κινδυνεύει γὰρ εὐμενέστερος τοῖς Ἕλλησιν εἰς τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας γεγονέναι, τῆς θείας προνοίας τε καὶ γνώμης*] Haec verba cum non caperet interpres, quod facillimum erat, praetermisit. Atqui hoc vult auctor. Qui aiunt philosophiae, rei tam bonae, *καὶ ἐναρέτου* auctorem esse diabolum, nonne absurdam tuentur sententiam? Nam si hoc est verum, melius de Graecis meritus est diabolus quam Deus, et quae cuncta omnibus largitur bona, divina providentia. Scribe, *κινδυνεύει γὰρ εὐμενέστερος τοῖς Ἕλλησιν γεγονέναι τῆς θείας προνοίας*, ut duae voces reliquae inducantur. HEINSIUS.

242, 21. *θεοῦ*] Subaudiendum *ἔργον εἶναι*. SYLB.

P. 243, l. 3. *παρουσίας*] Scilicet *τοῦ Χριστοῦ*. POTT.

243, 4. *περιούσιον δικαιοσύνης λαὸν*] Respicere videtur Tit. 2, 14. *καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων*. POTT.

243, 5. *δι' ἑνός*] Respicit forte Rom. 5, 19. *διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί*. POTT.

243, 10. *ὡς ἐν τέχναις*] Non incommode scribi posse videtur *ὡς ἂν αἱ τέχναι*. POTT.

243, 15. *σοφία*] Hanc sapientiae definitionem tradit Paedag. 2, 2. p. 181. ubi conf. notas. POTT.

P. 244, l. 4. *διδάσκων*] H. MS. addit *καὶ ὁρωμένῳ εἴτε καὶ μή*. Quae verius ad v. 20. pertinent [ubi legitur *εἴτ' οὖν ὁρωμένων εἴτε καὶ μή*]. SYLB.

244, 11. *ἐμπνεῖ*] Phrases Homericas hic adhibet auctor. Scribit enim Homerus Il. 10, 482.

17, 570. *τῷ δ' ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη.*
*καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκε.*

5, 1. 2. *Τυδείδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς Ἀθήνη*
*δῶκε μένος καὶ θάρσος.* POTT.

*δύναμις*] Legendum videtur *θεία δύναμις*. Vide p. 834. LOWTH.

244, 24. *δέ*] Abest a vulg. Bib. POTT.

244, 25. *τοῦ προσεχοῦς τῷ πρώτῳ αἰτίῳ κυρίῳ*] Lege *κυρίου*. Vide p. 1757. et 817. LOWTH.

P. 245, l. 5. *οἷον τρωγάλιόν τι ἐπὶ τῷ δείπνῳ παροψώμενος*] Ita lib. 1. Strom. "Et quae est quidem ex fide veritas, tanquam panis necessaria est ad vivendum. Quae autem procedit disciplina, est obsonio similis et bellariis, desinente coena, etc." Basilius integram hac de re scripsit homiliam *πρὸς νέους*, de qua et Nicephorum vid. ad Hist. eccles. 10, 26. COL.

245, 16. *κατάληψιν*] Vide Strom. 2, p. 433, not. POTT.

245, 19. *καὶ γὰρ*] Sensus est "Mihi igitur illa videtur oratio recte se habere, qua quaeritur, an sit philosophandum, etiamsi non sit philosophandum. Nihil enim damnari aut improbari potest, antequam sit cognitum." Vult autem auctor, vel ea saltem causa philosophandum esse, ut statuere valeamus utrum philosophandum sit, necne. Nam de re penitus ignota judicium recte ferri non potest. POTT.

P. 246, l. 1. *ἡμῖν*] Apud Paulum scriptum est, *οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ*. Sed v. 6. additur, *ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ*· unde *ἡμῖν* Clementis sumptum videtur. POTT.

246, 15. *πλεονάσῃ*] Matth. *περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν*. POTT.

246, 16. *ἀποχὴν κακῶν*] Eodem modo Pharisaeorum et Christianorum justitiam aliis etiam in locis distinguit, quod illi a malis tantum abstinerent, hi praeterea bonis operibus faciendis se exerceant. POTT.

246, 19. *βασιλικοί*] Respicit Jac 2, 8. *εἰ μέν τοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν κατὰ τὴν γραφήν· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· καλῶς ποιεῖτε*. POTT.

P. 247, l. 4. *φέρεται δέ*] Forte aptius *φέρεταί τε*. SYLB. Fallitur.

247, 14. *παρ' ἑαυτῶν*] Sic Diogenes Laertius in prooemio § 3. cum multos enumerasset, qui inventionem philosophiae barbaris tribuunt, addit, *λανθάνουσι δὲ αὐτοὺς τὰ τῶν Ἑλλήνων κατορθώματα, ἀφ' ὧν μὴ ὅτι γε φιλοσοφία, ἀλλὰ καὶ γένος ἀνθρώπων ἤρξε, βαρβάροις προσάπτοντες*. POTT.

P. 248, l. 1. *θελήματι*] Nempe *τοῦ θεοῦ*, quod saepe alias in hujusmodi phrasibus subintelligitur. POTT.

248, 5. *πᾶσαι πηγαὶ*] Phrasis poetica. Simile illud Homeri,

*ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα.* POTT.

248, 13. *ὁ πρόδρομος*] Nempe Joannes Baptista. POTT.

248, 14. *ἐκδιδάσκοντες μηνύουσιν*] Hervetus interpres locum sic interpolat, *διδάσκοντες μηνύουσιν οἱ φιλόσοφοι τοῖς Ἕλλησι μόναις.* SYLB.

248, 16. *Πλάτων*] Platonis verba exstant in ejus Dialogo cui titulus Ion p. 534. *κοῦφον γὰρ χρῆμα ποιητής ἐστι καὶ πτηνὸν καὶ ἱερόν· καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν, πρὶν ἂν ἔνθεός τε γένηται καὶ ἔκφρων, καὶ ὁ νοῦς μηκέτι ἐν αὐτῷ ἐνῇ. ἕως δ' ἂν τοῦτ' ἔχῃ τὸ κτῆμα, ἀδύνατος πᾶν ποιεῖν ἐστιν ἄνθρωπος καὶ χρησμῳδεῖν. ἅτε οὖν οὐ τέχνῃ ποιοῦντες, καὶ πολλὰ λέγουσι καὶ καλὰ περὶ τῶν πραγμάτων, ὥσπερ σὺ περὶ Ὁμήρου, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ τοῦτο μόνον οἷός τε ἕκαστος ποιεῖν καλῶς, ἐφ' οὗ ἡ Μοῦσα αὐτὸν ὥρμησεν.* Similia dicit Socrates in Apologia. p. 21. POTT.

P. 249, l. 10. *ὄργανα*] Athen. Leg. p. 8. edit. Paris. *πιστεύειν τῷ παρὰ τοῦ θεοῦ πνεύματι, ὡς ὄργανα κεκινηκότι τὰ τῶν προφητῶν στόματα.* POTT.

249, 13. *μέγεθος*] Phrasis e poeta aliquo sumpta. Non multum absimile est illud Homeri Il. 2, 57, 58.

*μάλιστα δὲ Νέστορι δίῳ*
*εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐῴκει.* POTT.

P. 251, l. 6. *τοὔνομα*] Scilicet *τῶν Χριστιανῶν*. Nam conqueri solebant veteres Christiani, se nullius criminis convictos, ob solum "nomen" Christianorum puniri. Justinus Martyr Apol. 1. c. 3. p. 7. edit. Oxon. *τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε· ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε.* Athenagoras non procul a principio Legat. *τὸ τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἴσον καὶ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν, μὴ ὅτι Χριστιανοὶ λεγόμεθα μισεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι . . . ἀλλὰ κρίνεσθαι . . . μὴ ἐπὶ τῷ ὀνόματι, . . . ἐπὶ δὲ τῷ ἀδικήματι.* Tertullianus Apol. cap. 2. "Oditur itaque in hominibus innocuis etiam nomen innocuum." Conf. idem Ad nationes 1, 3. Proinde Plinius in epistola ad Trajanum haesitare se refert, nomen ipsum, etiamsi flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur. POTT.

*μάτην*] Athenagoras p. 15. ed. Oxon. *τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις.* Arnobius adv. Gent. lib. 1. POTT.

P. 252, l. 4. *ὡς ἀληθῶς*] Haec Clementis, non psalmi, verba sunt. POTT.

252, 5. *κυρίου*] Psal. *αὐτοῦ*. Nam ibi prius facta est *κυρίου* mentio. POTT.

252, 6. *μαρτυροῦσιν*] Respicere videtur Act. 10, 43. *τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν*, vel similem Novi Testamenti locum. POTT.

252, 9. *θεοπρεπῶς*] Hanc vocem, quae ad sequentem sententiam pertinere videtur, editiones vulg. cum praecedente connectunt. POTT.

252, 24. *συγγεγυμνασμένων*] *γεγυμνασμένων* Hebr. 5, 14. POTT.

P. 253, l. 1. *πρεσβύτεροι*] Duos tantum sacros ordines hoc loco memorat auctor, presbyteros et diaconos: episcopos scilicet presbyterorum nomine comprehendens. Sunt enim omnes episcopi presbyteri, licet omnes presbyteri non sint episcopi. Proinde ab eodem aliis in locis trium ordinum clarissima facta mentio est: ut Paedag. 3, 12. p. 309. *μυρίαι δὲ ὅσαι ὑποθῆκαι εἰς πρόσωπα ἐκλεκτὰ διατείνουσαι, ἐγγεγράφαται*

ταῖς βίβλοις ταῖς ἁγίαις· αἱ μὲν πρεσβυτέροις, αἱ δὲ ἐπισκόποις, αἱ δὲ διακόνοις, αἱ δὲ χήραις. Ubi conf. not. Iterum Strom. 6. p. 793. ἐπεὶ καὶ αἱ ἐνταῦθα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν προκοπαὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, μιμήματα, οἶμαι, ἀγγελικῆς δόξης, κἀκείνης τῆς οἰκονομίας τυγχάνουσιν. Haud aliter Clemens Romanus in Epist. priore ad Corinthios cap. 32. in Ecclesia Judaeorum duos ordines fuisse ait, sacerdotes nempe ac Levitas. ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἱερεῖς καὶ Λευῖται πάντες οἱ λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θεοῦ. Quo loco generali ἱερέων nomine, cum inferiores sacerdotes, tum summum etiam pontificem intelligit. Idem enim paulo post a sacerdotibus et Levitis ἀρχιερέα distinguit cap. 40. τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶ, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται καὶ Λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται. Haud aliter Philo Judaeus quandoque duos ordines memorat: ut in lib. 3. De vita Mosis p. 679; ubi aperte dicit in Ecclesia Judaica duos fuisse ordines, aedituorum et sacerdotum: et paulo post p. 694. τῶν περὶ τὸν νεὼν λειτουργιῶν δύο τάξεις εἰσίν· ἡ μὲν κρείσσων ἱερέων, ἡ δὲ ἐλάττων νεωκόρων. Eodemque modo sacerdotes distinguit sub finem libri De sacerdotum honoribus p. 834. Non tamen existimandus est inferioris subsellii sacerdotes summo Pontifici ordine ac dignitate pares haberi voluisse, quem ab iis clare aliis in locis distinguit, τῆς ἱερᾶς τάξεως ταξίαρχον eum appellans, non procul a fine lib. 2. De monarchia p. 827. Eodem loquendi genere utitur Constitutionum apostolicarum auctor, nunc duos, nunc tres sacrorum hominum ordines enumerans. Nam in lib. 2. sub finem c. 25. Ἀρχιερεῖς ei sunt episcopi, ἱερεῖς presbyteri, Λευῖται vero diaconi. Sed in lib. 8. sub finem cap. 1. ait quod οἵ τε ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἱερεῖς. POTT.

253, 20. φιλόθεός τε] τε rectius fortasse expungetur, ut superflua. Praecedentis clausulae sententia est, qua vivendum sit ei qui quasi Deus quidam futurus est, atque adeo jam assimilatur Deo, seu ad Dei similitudinem se conformat. SYLB. At vero non est inutilis haec particula. Nam cum dixerat auctor τὸν θεοπρεπῆ esse θεοφιλῆ, hic addit eum esse etiam φιλόθεον. Sic paulo ante, τῷ θεοπρεπεῖ δὲ τὸ θεοφιλὲς ἕπεται καὶ φιλόθεον. POTT. Hoc si voluisset Clemens, non φιλόθεός τε dicendum fuisset, sed καὶ φιλόθεος. Delevi igitur τε.

253, 22. τρία] His similia scribit Clemens Strom. 2. p. 453. τριῶν τοίνυν τούτων ἀντέχεται ὁ ἡμεδαπὸς φιλόσοφος· πρῶτον μὲν θεωρίας, δεύτερον δὲ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐπιτελέσεως, τρίτον ἀνδρῶν ἀγαθῶν κατασκευῆς, ἃ δὴ συνελθόντα τὸν γνωστικὸν ἐπιτελεῖ. ὅ τι δ' ἂν ἐνδέῃ τούτων, χωλεύει τὰ τῆς γνώσεως. POTT.

253, 28. πῶς οὗτος ἄθεος] Christianos ab ἀθεότητος crimine copiose defendit Athenagoras Legat p. 5. ubi v. Ottonis annotatio p. 19.

P. 254, l. 1. ἄνθρωπόν τε λογικῶς βιοῦντα καταδεδουλωμένον] Aliquanto aptior lectio esse videtur, ἀνθρώπῳ τε λογικῶς βιοῦντι καταδεδουλωμένος, *hominique, qui rationabiliter vixit, se veluti servum obstringens;* cujusmodi superstitio supra exponitur plenius p. 268, 13. SYLB. Verum satis aperta fore videtur auctoris sententia, si modo καταδεδουλωμένον mutetur in nominativum καταδεδουλωμένος· quod etiam Lowthio placuit, "Qui omnia in deorum numerum refert, tum lignum, tum lapidem: et spiritum hominemque, qui e ratione vivit, in servitutem redigit." Nec insolitum est ut passiva participia activo sensu adhibeantur. "Servitutem" autem eam vocat auctor, qua se homines falsis diis addicunt; de qua superius, paulo post principium Protreptici. POTT. Recte Sylburgius.

254, 4. ἡ πρώτη] Post has voces distinguendum, hoc sensu, "Fides ergo prima (seu primus fidei gradus) scire atque agnoscere Deum; deinde, post fiduciam in Servatoris doctrina collocatam, nullo modo injusti quidquam facere, id Dei agnitionem decens existimare." SYLB.

254, 5. πεποίθησιν] Deest ἐνεργεῖ, vel quid simile. LOWTH.

254, 12. φύσις] Conf. Bulli Defensio fidei Nicaenae sect. 2, c. 6. 9, 13, ubi absolutam naturam Filii Paternae naturae aequalem esse, licet ejus relativa natura Patri inferior sit, fuisse ostendit. POTT. Adde Moehler. Patrolog. vol. 1. p. 460.

254, 17. οὐ γὰρ ἐξίσταται] Hanc sententiam explicavit idem sect. 4, c. 3. p. 271. POTT.

254, 20. πατρῷον] Hoc substituit Sylburg. pro πατρῷος· quod tamen retineri possit, si referatur ad sequentem sententiae clausulam, hoc modo ὅλος φῶς, πατρῷος ὅλος ὀφθαλμός. POTT. Opinio propter collocationem verborum parum probabilis. Recte haud dubie Sylburgius πατρῷον.

254, 23. θεῶν] Vide Protrept. p. 88. cum annot. POTT.

254, 24. ἀναδεδειγμένῳ] Malet fortasse aliquis ἀναδεδεγμένῳ, *suscipiendi* significatione. Sed retineri tamen etiam vulg. lectio potest significatione *exhibendi*. SYLB.

τὸν ὑποτάξαντα] Nempe Patrem, qui res universas Filio subjecit. Respicit auctor 1 Cor. 15, 27. 28. πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, et seq. POTT.

P. 255, l. 1. ὡς φίλοι] Respicit Joan. 15, 14. 15. ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε, ἐὰν ποιῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους, etc. Hebr. 3, 5. καὶ Μωυσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων. POTT.

255, 14. ἀγγέλων] Conf. Strom. 1. p. 366. cum annot. POTT.

εἰσὶ γὰρ] Respicit Deut. 32, 8. 9. qui secundum versionem τῶν Ο', quam Clemens hunc locum recitans alibi sequitur, sic se habet, ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ. καὶ ἐγεννήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ. POTT.

255, 20. οὔκουν ὑπὸ τρυφῆς ῥάθυμος—ἀναλαβὼν σάρκα] Haec parenthesi includenda sunt. LOWTH.

255, 26. προωρισμένης] Respicere videtur Rom. 8, 30. οὓς δὲ προώρισεν, τούτους καὶ ἐκάλεσε: verba Clementis, quae statim sequuntur, ex aliis Apostoli sententiis composita sunt, Tit. 1, 2, etc. POTT.

255, 31. ἐξυπηρετῶν] Hanc Clementis sententiam adv. Petavium defendit Bullus in Def. fidei Nicaenae sect. 2. sub finem c. 6. POTT.

P. 256, l. 9. ᾗ προσέχαιρεν—] De diversa loci Proverb. 8, 30. scriptura v. Valcken. De Aristob. p. 91.

256, 14. καταλείπει ποτ' ἄν] Hoc ita usurpatum ut mox v. 41. πῶς δ' ἄν ἐστι—cum alioqui optativo modo gaudeat haec particula, ut v. 47. et alibi passim. SYLB. Scribendum erat καταλείποι et ἂν εἴη.

P. 257, l. 7. πάντα] MS. Ottob. πάντων. POTT.

257, 27. τοῦ φαινομένου] An coelum significat? Vide p. 664. LOWTH.

P. 258, l. 1. Ἡρακλείας] A Clemente hoc loco dissentit Brodaeus Misc. 3, 29. ubi aliam refert causam cur lapis Herculeus, seu Magnes, ferrum attrahat. SYLB.

258, 4. πρώτῃ μονῇ] Vide p. 667. 669. 794. 835. 854. 870. 885. LOWTH.

258, 5. *ἁπληστίαν*] Medicorum phrasibus hic utitur. Docent enim illi *τὴν ἁπληστίαν* deducere ad *καχεξίαν*. POTT.

258, 22. *καθ' ἑκάστην ἑκάστης*] Id est *καθ' ἑκάστην τάξιν ἑκάστης μεταβολῆς*. Lowthius *ἑκάστοις* pro *ἑκάστης* substituit. POTT.

P. 259, l. 12. *εἰς τελείωσιν ἑλόμενος*] Fortasse *εἰς τελείωσιν ἁλάμενος*, ut sit, *per fidem in perfectionem saltu facto*. SYLB.

259, 25. *εἰς ἀμείνω οἰκήσεις τῆς μεταβολῆς*] H. *εἰς ἀμείνω ἠκούσης* (vel *οἰχνούσης*) *τῆς μεταβολῆς*. Sed legi posset etiam, *εἰς ἀμείνω οἴκησιν*· ex v. 47. Interpres vertit "Ecce enim quidquid est virtute praeditum, mutatum in melius, habens propriam causam mutationis, electionem." SYLB. Hanc sententiam sic scribe, *αὐτίκα μεταβάλλει πᾶν τὸ ἐνάρετον εἰς ἀμείνω, οἰκείας μεταβολῆς*. Aut potius, *οἰκείαν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν τὴν αἵρεσιν τῆς γνώσεως ἔχων*. Quemadmodum interpres legit. HEINSIUS.

P. 260, l. 2. *ἀπηλγηκότας*] Respicit Ephes. 4, 19. POTT.

260, 7. *θεῶν*] Varios beatorum spirituum ordines intelligit. Vide p. 697. 840. 865. LOWTH.

260, 10. *ἐν κατόπτροις*] Respicit 1 Cor. 13, 12. *βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*. POTT.

*ἐπὶ*] Hoc loco supervacua esse videtur haec praepositio; cujus loco substituendum forte *ἔτι*. POTT.

260, 16. *καθαρῶν τῇ καρδίᾳ*] Respicit Matth. 5, 8. *μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ θεὸν ὄψονται*. POTT.

*ἡ καταληπτὴ θεωρία*] Interpres, "contemplatio quae comprehendi potest." Sed scribendum est *ἡ καταληπτικὴ θεωρία*, "scientia comprehensiva," qua scilicet Dei essentiam perfecte intuentur et quodammodo comprehendunt. Solent autem hujusmodi voces ab imperitis scriptoribus inter se mutari. Sic *μεθεκτοὶ* pro *μεθεκτικοὶ* superius positum Strom. 1. p. 348. ubi conf. not. *ἐφεκτοὶ* pro *ἐφεκτικοὶ* Strom. 8. p. 924. *διδακτικὴν* pro *διδακτὴν* Strom. 1. p. 334. POTT.

260, 23. *ἑαυτὸν κτίζει*] Id est, semetipsum virtutibus instruit: quod metaphorice *creare* dicitur. Huic enim sententiae similia sunt, quae paulo post scribit auctor, *εὐσεβὴς ἄρα ὁ γνωστικὸς, ὁ πρῶτον ἑαυτοῦ ἐπιμελόμενος· ἔπειτα τῶν πλησίον, ἵν' ὡς ἄριστοι γένωνται, κ. τ. λ.* POTT.

260, 25. *φύσει*] Sic infra p. 859. *τῷ ἄρα ἀναπόβλητον τὴν ἀρετὴν ἀσκήσει γνωστικῇ πεποιημένῳ φυσιοῦται ἡ ἕξις*. POTT.

P. 261, l. 6. *θυσίαν δεκτὴν*] Respicere videtur Pauli verba de Philippensium donis, quae vocat *θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ θεῷ*, Philipp. 4, 18. POTT.

261, 8. *ὁλοκάρπωμα*] Haec S. Scripturae verba haud facile reperientur, sed respexisse videtur auctor Psalm. 51, 17. 19: *θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην καὶ τε ταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει. τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης καὶ ὁλοκαυτώματα*. POTT.

261, 10. *αἰχμαλωτίζειν*] Respicit Rom. 6, 6, 7; 2 Corinth. 10, 5; Ephes. 5, 22. 23. 24; Coloss. 3, 8. 9. vel alium his similem locum. POTT.

261, 13. *διαστροφῆς*] *Perversionis*, seu *pravae conversationis*. Nam in *διαστροφὴν* mutavit apostolicam vocem *ἀναστροφὴν* Ephes. 5, 22: *τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον*. Simili figura sceleratos Judaeos Apostolus *κατατομὴν* vocavit, tanquam *περιτομῆς* nomine indignos, Philipp. 3, 2. POTT.

261, 28. *εἰς οὓς καὶ φθάνει*] Nescio an verius, *εἴ που καὶ φθάνει*· vel, *εἰς οὓς ἂν φθάνοι*. SYLB. Nihil mutandum.

P. 262, l. 6. ὅσοι] His similia scribit Plato De Leg. 10. quo fere toto tres impiorum hominum sententias refellit. Nam, ut statim a principio istius libri refert, nemo fere est in deos impius, nisi ἐν δή τι τῶν τριῶν πάσχων· ἢ τοῦτο, ὅπερ εἶπον, οὐχ ἡγούμενος· ἢ τὸ δεύτερον, ὄντας, οὐ φροντίζειν ἀνθρώπων· ἢ τρίτον, εὐπαραμυθήτους εἶναι, θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς παραγομένους. POTT.

262, 13. παραιτητοὺς] Vox e Platone sumta: qui cum primum esse deos, deinde iis res universas curae esse, ostendisset, infert p. 905. τὸ δὲ παραιτητοὺς αὖ τοὺς θεοὺς εἶναι τοῖς ἀδικοῦσιν, δεχομένους δῶρα, οὔτε τοι συγχωρητέον, παντί τε αὖ κατὰ δύναμιν τρόπῳ ἐλεγκτέον. POTT.

262, 19. γενώμεθα] Nonnullis γένωνται magis placuit. POTT.

262, 23. ὕλης] Materiam Deo coaevam esse putaverunt post Platonem aliosque philosophos Valentiniani. Proinde huic, tanquam causae, creaturarum vitia defectusque tribuunt et ab hac impeditum fuisse creatorem existimant quominus mundum perfectum faceret. Conf. Strom. 2. p. 467; Stobaeus Eclog. phys. 1, 8. Πλάτων ὁτὲ μὲν τὴν ὕλην, ὁτὲ δὲ τὴν ποιοῦντος πρὸς τὴν ὕλην σχέσιν· καὶ τὰ μὲν εἰς πρόνοιαν, etc. Origenes Philocaliae cap. 24. p. 83. ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν εἴπῃς τὸν θεόν. Adversus quam opinionem toto isto capite disputat. POTT.

262, 24. δι' ἀμαθίαν] Referendum videtur ad praecedens ἄν τις ὑπολάβοι. Nam qui hujusmodi hominibus opponitur Gnosticus διὰ μαθήσεως iis praestare statim dicitur. POTT.

P. 263, l. 10. χαρακτὴρ] Respicere videtur Hebr. 1, 3. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. POTT.

263, 11. εἰκόνα] Conf. Protrept. p. 78. cum annot. POTT.

263, 20. ἧς τὸ μὲν περὶ τὰ θεῖα ἔργον ἔχειν σκοπεῖν, τί] Legendum existimo, ἧς τὸ μὲν περὶ τὰ θεῖα ἔργον ἔχει σκοπεῖν τι· *cujus ea pars, quae circa res divinas versatur, id negotii, seu muneris, habet, ut speculetur.* SYLB.

P. 264, l. 11. ἀντιτάσσεται] Scribendum potius ἀντιτάσσεσθαι, quod respondebit praecedenti verbo ὑπομένειν. Cum vero dici non soleat ἀντιτάσσεσθαι τῆς ἡδονῆς, sed potius τῇ ἡδονῇ, vel πρὸς τὴν ἡδονήν, desiderari videtur post ὀργῆς verbum κρατεῖν, aut aliud simile, ut sententia sic se habeat, τῇ δὲ ἀνδρείᾳ, οὐκ ἐν τῷ τὰ περιστατικὰ ὑπομένειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἡδονῆς τε καὶ ἐπιθυμίας, λύπης τε αὖ καὶ ὀργῆς κρατεῖν· καὶ καθόλου πρὸς πᾶν ἤτοι τῷ μετὰ βίας ἢ μετὰ ἀπάτης τινὸς ψυχαγωγοῦν ἡμᾶς ἀντιτάσσεσθαι. POTT.

264, 26. κόσμιος καὶ ὑπερκόσμιος] Cum vox κόσμος habitabilem hunc mundum et ornatum, seu decorem significet, κόσμιος decorum vel mundanum denotat; ὑπερκόσμιος autem eum, qui vel supra modum decorem sectatur, vel habitabili hoc mundo, superior evadit. Qua in ambiguitate hic ludit auctor. POTT.

P. 265, l. 19. παρασκευάσαι μόνον τὴν ψυχὴν καὶ διακονῆσαι δύναιτο] *Praeparare animam et exacuere*, ab διακονᾶν, non ab διακονεῖν. Sic paulo post, προκαθαίρει καὶ προεθίζει τὴν ψυχὴν εἰς παραδοχὴν πίστεως. COL. Fallitur.

265, 30. ἀγωνοθέτης] Sic in Protrept. p. 77. ἐν τῷ τῆς ἀληθείας σταδίῳ γνησίως ἀγωνιζώμεθα, βραβεύοντος μὲν τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων. POTT.

P. 266, l. 1. οὐ πρὸς] Respicit Ephes. 6, 12. οὐκ ἔστιν ἡμῖν πάλη πρὸς

αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. POTT.

266, 8. τὸ θέατρον] Haec vox non solum locum significat in quo spectacula exhibentur, sed etiam ipsum spectaculum, ut 1 Cor. 4, 9. et spectatorum coetum, ut hic. Hesych. θέατρον: θέαμα, σύναγμα. POTT.

266, 10. ἀλείπτῃ] Qui certaturos ungebat aliptes dicebatur. Idem leges ac totam rationem certaminis docebat. Hinc ea vox ad alia transferri solet. Suidas, ἀλεῖπται, οἱ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. ὁ θεολόγος (i. e. Gregorius Naz.) λέγει "ἀλεῖπται τῆς ἀρετῆς." Idem παιδοτρίβης, puerorum magister, dicebatur. Alexander Aphrodis. Probl. l. 1. οἱ ἀθληταὶ μέλλοντες παλαίειν ἐλαίῳ προμαλάσσονται παρὰ τῶν παιδοτριβῶν. Hesychius et Suidas, παιδοτρίβαι, ἀλεῖπται, γυμνασταί. Laertius 8, 46. eos enumerans quibus Pythagorae nomen fuit, ἕτερος Φλιάσιος, σωμασκητὴς, ἀλείπτης. Erat is Pythagoras, Eratoclis filius, scripsitque Ἀλειπτικὰ, ut refert Jamblichus De vita Pythagorae c. 5. *Exercitator* idem dictus est a Plinio 23, 7. Clemens metaphorice voce ἀλείπτου usus est Paedag. 1, 7. p. 132. ὁ λόγος ἦν ὁ ἀλείπτης ἅμα τῷ Ἰακὼβ καὶ παιδαγωγὸς τῆς ἀνθρωπότητος. POTT.

266, 16. διαδρᾶναι] Respicit etymologiam vocis Ἀδράστεια. Non multo aliter Suidas, Ἀδράστεια, Νέμεσις· ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. Theodoretus serm. 6. Ἀδράστειαν δὲ τὴν αὐτὴν (πρόνοιαν), ὅτι οὐδεὶν αὐτὴν ἀποδιδράσκει. POTT.

266, 19. ποικίλην] Sunt enim salutis, seu felicitatis "varii" gradus. POTT.

266, 27. ὠφελείας] Respicit forte Clemens Matth. 10, 40. 41. 42; 25, 40. 45; Luc. 10, 16; Joan. 13, 20. POTT.

P. 267, l. 2. ἅλην] Absolute usurpatum videtur, ut ἀρχὴν, pro ἅλως. SYLB.

267, 17. ὁ Ξενοφάνης] Haec scilicet dixit Xenophanes, eos redarguens qui θεοὺς ἀνθρωπομόρφους putabant. Existimavit enim ille οὐσίαν θεοῦ μηδὲν ὅμοιον ἔχειν ἀνθρώποις· ut refert Laertius 9, 19. De eo Theodoretus Θεραπ. 3. p. 519. haec tradit, εἶτα σαφέστερον κωμῳδῶν τήνδε τὴν ἐξαπάτην, ἀπὸ τοῦ χρώματος τῶν εἰκόνων διελέγχει τὸ ψεῦδος. τοὺς μὲν γὰρ Αἰθίοπας μέλανας καὶ σιμοὺς γράφειν ἔφησε τοὺς οἰκείους θεοὺς, ὁποῖοι δὲ αὐτοὶ πεφύκασι· τοὺς δέ γε Θρᾷκας γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς· καὶ μέντοι καὶ Μήδους καὶ Πέρσας, σφίσιν αὐτοῖς ἐοικότας· καὶ Αἰγυπτίους ὡσαύτως αὐτοὺς διαμορφοῦν πρὸς τὴν οἰκείαν μορφήν. Conf. quae superius Clemens e Xenophane recitavit p. 714, 715. et quae ibi annotata sunt. POTT.

267, 27. ἀναίτιον] Conf. Strom. 1. p. 348. cum annot. POTT.

P. 268, l. 17. σκῦλα] De puerperii impuritate conf. Archaeologiae nostrae Graecae 4, 14. Porro his paria sunt, quae de Diana Taurica apud Euripidem profert Iphigenia T. 380.

τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα,
ἥτις, βροτῶν μὲν ἦν τις ἅψηται φόνου,
ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,
βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη,
αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις. POTT.

P. 269, l. 6. σημεῖα] Omina et praesagia futuri mali; de quibus conf. Archaeologiae Graecae 2, 17. POTT.

269, 8. μῦς] Cicero De divinat. 2, 27. "Nos autem ita leves atque

inconsiderati sumus, ut si mures corroserint aliquid, quorum est quo hoc unum, monstrum putemus." Qua de re, ut etiam de gallorum cantu aliisque portentis, eodem loco plura disserit. POTT.

P. 270, l. 3. Ἀντιφῶντος] Non intelligit Antiphontem oratorem, sed alium τερατοσκόπον, de quo Suidas v. Ἀντιφῶν et Hermogenes De form. orat. lib. 2. Conf. Vossius De historicis Graecis. Caeterum ea quae sequuntur Theodoretus transtulit in serm. 6. p. 88, 14. ed. Sylb. Ἀντιφῶν, τινὸς δυσχεραίνοντος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομίσαντος, ἢ ὡς τὰ οἰκεῖα κατέφαγεν ἔγγονα, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι πεινῶσι πάντα οὐ κατέφαγε τέκνα. ἔοικε δὲ τούτῳ καὶ τὸ παρὰ τοῦ Βίωνος εἰρημένον· οὐ γὰρ ἐκεῖνος τὰ τοιάδε γελῶν, Τί θαυμαστὸν, ἔφη, εἰ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτρωγε, οὐκ ἔχων ὅ τι φάγῃ; τοῦτο δὲ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ Ἀρκεσίλαος παῖζον ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλακος κατέφαγεν. καὶ ὁ Διογένης, ὄφεως ὑπέρῳ ἑαυτὸν ἐνειλήσαντος, καί τινος τοῦτο θαυμάσαντος, καὶ τέρας εἶναι νομίσαντος, Μὴ θαύμαζε, εἶπεν· ἦν γὰρ παραδοξότερον, εἰ τὸ ὑπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημένον τεθέασο. POTT.

270, 21. τίς ἔπταρεν] Sternutationes olim superstitiosi observabant tanquam omina, si dextrae, si sinistrae. Ita ut, si dum induitur calceus, sternutamentum obtigisset, lectum repetere solerent, ut tradit Augustinus lib. 1. De doctr. Christiana. Inde κληδονιστικῆς frequens mentio, de qua L. Coelius Rhod. 24, 27. Antiq. lect. et Jos. Scaliger lib. 1. c. 16. Ausoniar. COL.

P. 271, l. 10. ὁ Διογένης] Haec Diogenes Laertius in Diogene narrat 6, 39. εὐνούχου μοχθηροῦ ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Μηδὲν εἰσίτω κακόν· Ὁ οὖν κύριος, ἔφη, τῆς οἰκίας πῶς εἰσελεύσεται; Deinde segm. 50. νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· ἐπέγραψε, Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Hinc apparet Clementem e duobus Diogenis responsis unum composuisse. Idem a Theodoreto, Clementem scilicet sequente, factum in serm. jam dicto, οὕτω πάλιν οὗτος (Διογένης), ἐν οἰκίᾳ τινὸς μοχθηροῦ ἐπιγεγραμμένον εὑρὼν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· Καὶ πῶς, ἔφη, ὁ κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας; POTT.

271, 15. λίθον . . λιπαρὸν] Augustinus De civitate Dei 16, 38. "Nec more idololatriae lapidem perfudit oleo Jacob velut faciens illum Deum, neque enim adoravit eundem lapidem, vel ei sacrificavit, sed quoniam Christi nomen a chrismate est, id est ab unctione." Arnobius lib. 1. "Si quando conspexeram lubricatum lapidem, et ex olivi unguine ordinatum, tanquam inesset vis praesens: adulabar, affabar." Propertius lib. 1.

Nullas illa suis contemnet fletibus aras,
Et quicunque sacer qualis ibique lapis.

Apuleius lib. 1. Floridor. "Vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus." Haec collegit P. Colvius in Apul. quibus adde haec, de quibus monuit nos Fed. Morellus, prof. reg.; Tibullus 1, 1.

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in trivio florida serta lapis.

Theophrastus ἐν τῷ δεισιδαιμονίας χαρακτῆρι, Καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον κατασχεῖν, καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας ἀπαλλάττεσθαι. COL.

271, 16. ἔρια] Lanas una cum aliis rebus in lustrationibus adhibe-

bant veteres Graeci aliaeque gentes. Vide Archaeol. Graec. 2, 4. 4, 8. POTT.

ἁλῶν χόνδρους] Conf. Protrept. p. 19. cum annot. POTT.

271, 21. ὦτα] Recte interpres legit ὠά, *ova*, quae in lustrationibus adhiberi solita sunt. POTT.

P. 273, l. 6. χρεών] Subaudiendum εἶναι. SYLB.

273, 9, μυστηρίων] Similis allusio occurrit Strom. 1. p. 325. ubi conf. not. POTT.

273, 15. ἱεροῖς] Eadem pene supra p. 249, 42. SYLB.

273, 18. οὐχὶ] Act. 7, 49. Iesa. 66, 1. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος· ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; POTT.

273, 21. παίγνιον θεοῦ] Sic hominem Plato non uno in loco appellat. En ejus verba Leg. 7. p. 889. φύσει δὲ εἶναι θεὸν μὲν πάσης μακαρίου σπουδῆς ἄξιον· ἄνθρωπον δὲ (ὅπερ εἴπομεν ἔμπροσθεν) θεοῦ τι παίγνιον μεμηχανημένον. POTT.

273, 22. παιδιᾶς τέχνης] Rectius παιδιὰν τέχνης, ut mox τῆς τέχνης τὰ ἔργα. SYLB.

P. 274, l. 12. ἐπειδήπερ] Interpres recte legit, ἐπειδήπερ πᾶν τὸ μὴ ὂν οὐχ ἱδρύεται. Nam in aliis quoque locis annotavimus negativas particulas e Clementis libris excidisse. POTT.

274, 14. ἀλλ' οὐδ' ὑπ' ἄλλου· ὄντως ὂν γάρ ἐστι καὶ αὐτό] Sic Sylburgius, et, quae eum sequuntur, editiones. Sed Flor. ἀλλ' οὐδ' ὑπ' ἄλλου· ὄντος ὂν γάρ ἐστι καὶ αὐτό. Ubi ὄντος mutatum in ὄντως, quia quid esset ὄντος ὄν non apparuit. Deinde in recentioribus editionibus ὄν etiam in ἄν mutatum est. Sed in editionis Florentinae lectione nil mutari debuit praeter distinctionem. Nam si ὄντος ad praecedentia verba relatum fuerit, satis perspicua statim erit sententia, ἀλλ' οὐδ' ὑπ' ἄλλου ὄντος· ὂν γάρ ἐστι καὶ αὐτό· *sed neque ab alio ente, nam et ipsum quoque ens est;* ac proinde utrumque pariter locum possidebit, vel eo carebit. POTT.

274, 21. οὗ] Jam ad sermonem de Deo redit. POTT.

274, 25. ἱερὸν] Duplicem hujusce vocis sensum notat. Nam primo ipse Deus dicitur ἱερὸς, deinde πᾶν τὸ ἀνατιθέμενον τῷ θεῷ, "quidquid Deo dicatum est;" ut Suidae verbis utar. POTT.

P. 275, l. 2. πεποιημένην] Respicit femininum ἐκκλησίαν. SYLB.

275, 3. ἐκλεκτῶν] Montacutius Apparat. 1. p. 2. ἐκκλητῶν, "evocatorum," scribendum monuit. Sed fortasse Clemens non tam Ἐκκλησίας etymologiam tradere quam similibus vocibus quodammodo ludere voluit. POTT.

P. 276, l. 15. ἐπιπόλαιον] *Omentum.* Vide Hesych. qui ἐπιπόλαιον explicat τὸν ἐπίπλουν, ὑμένα, et Casaub. in Athen. 4, 11. LOWTH.

ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐσθίω γλυκεῖαν οὐδὲ μηρίαν] Hervetus corrigit γλυκεῖαν, sed non assequitur mentem auctoris. Tu lege οὐκ ἐσθίω γλυκεῖαν, οὐδὲ μηρία. Hesychius, γλυκεῖον τὸ γάλα καὶ τὴν χολήν. Rectius, γλυκεῖαν τὸ γάλα, quam ut erat, aut ut volunt quidam, γλυκήν. Coel. Aurelianus 3, 1. "Multa enim contrariae significationis vocabula sumserunt, ut fella, quae Graeci γλυκέα vocant, velut dulcia, cum sint amarissima." Idem Plinius 27, 10. Hic ipse Clemens Strom. 3. p. 177. Flor. edit. μηδὲ λεγόντων ἐλευθερίαν τὴν ὑπὸ ἡδονῇ δουλείαν, καθάπερ οἱ τὴν χολὴν γλυκεῖαν. Ita verterat antea Hervetus, sed altera pars hujus sententiae ab ejus amanuensi praetermissa est p. 462. Porro μηρία Favorinus exponit

τὰ μηριαῖα ὀστᾶ, *femoralia ossa*, et Hesychius, μηρία τὰ ἐπὶ τῶν μηρῶν ἐξαιρούμενα ὀστᾶ. COL.

P. 277, l. 15. τοῖς φωλεύουσι θηρίοις] Ea intelligit animalia, quae certo quodam cujusque anni tempore secretis in locis abdita absque alimento vivunt. Qualia dicuntur esse ursae, hystrices, serpentes, aviumque genera quaedam, et ἔντομα σχεδὸν ἅπαντα, "insecta prope omnia." Conf. Aristoteles H. A. 8, 14. 15. 16. 17. POTT.

277, 18. ἀβλαβῶς] *Innoxie*, seu absque aliarum rerum consumtione. POTT.

P. 278, l. 6. θειότεραι] Hoc est magis spirituales, seu subtiles. POTT.

278, 8. διαπνεῖται ὡς τὸ τῶν δαιμόνων γένος] Gatakerus Comment. in lib. 6. Marci Antonini p. 228, 229. in haec Clementis verba annotat, "Caeterum aliis ego dispiciendum libens proposuerim τὸ διαπνεῖσθαι Clementis Alex. quid velit, quod daemonibus ille tribuit Strom. 7. quo loco τὸ διαπνεῖσθαι, καὶ ἐμπνεῖσθαι, καὶ περιπνεῖσθαι, καὶ ἀναπνεῖν a se invicem disterminat. Mihi suspicio oboritur locum mendo neutiquam immunem esse, legique debere, πότερον διαπνεῖται ὡς τὸ τῶν δρυῶν, vel τὸ τῶν δένδρων (non autem τὸ τῶν δαιμόνων) γένος, cum non sit verisimile a daemonibus exorsum Clementem, cum in reliquis gradatim ab inferioribus ad superiora ascendat, ab aquatilibus ad insecta, ab insectis ad animantia perfectiora. Et τὸ διαπνεῖσθαι tum a Marco, tum ab aliis attribuitur stirpibus, ut illic probatur." Vox διαπνεῖσθαι infra occurrit in Excerptis Theodoti cap. 52. p. 982. POTT.

278, 16. οὐδὲν διαφέροντα] Desiderari videtur ἡμῶν, vel τῶν ἀνθρώπων, vel aliquid simile. Sensus est, eos qui viscera et arterias et reliquas partes Deo tribuunt, eum non diversum ab hominibus efficere. Quin etiam hic Lowthius annotavit deesse vocem ἀνθρώπου. POTT.

278, 22. Πυθαγόραν] Laertius in Pythagora 8, 13. ἀμέλει καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὃς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδέν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ. Jamblichus De vita Pythagorae cap. 5. λέγεται δὲ περὶ αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι περὶ τὴν Δῆλον, προσελθόντα πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον, τὸν τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμόν. Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 2, 2. POTT.

278, 25. σαρκοφαγιῶν] Proinde tradunt auctores, antiquissimis saeculis nec diis oblata, nec hominibus in cibum concessa fuisse animantia. Vide Archaeologiae nostrae Graecae 2, 4. POTT.

P. 279, l. 7. περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς] Hunc librum omisit Laertius, Xenocratis scripta enumerans, nisi forte idem sit cum eo quem Πυθαγόρεια inscripsit. POTT.

279, 12. ταύτῃ καὶ μάλιστα] De causis cur Judaei a suillis carnibus abstinuerint, vide Spencerum De legibus Hebr. lib. 1. cap. 5. POTT.

279, 17. ἀεργά] Proinde gravissimi sceleris reus olim est habitus quicunque βοῦν ἐργάτην mactasset. Plinius quemdam memorat, qui id exsilio luit, N. H. 8, 45. Vide Archaeologiae nostrae Graecae 2, c. 4. POTT.

διόπερ οὐ κακῶς] Cicero De natura deor. lib. 2. "Sus vero quid habet praeter escam? cui quidem ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius." Varro De re rustica

2, 4. "Suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum. Itaque iis animam datam esse proinde ac salem, quae servaret carnem." Plutarchus Stoicis ascribit hanc sententiam Sympos. 5, 10. *διὸ καὶ τῶν Στωϊκῶν ἔνιοι τὴν ὑΐνην σάρκα κρέα γεγονέναι λέγουσι τῆς ψυχῆς ὥσπερ ἁλῶν παρεσπαρμένης ὑπὲρ τοῦ διαμένειν.* COL.

P. 280, l. 2. Κλεάνθης] Cleanthis dictum Cicero lib. 5. De finibus sic expressit "Ut non inscite illud dictum videatur in sue, Animam illi pecudi datam pro sale, ne putresceret." Meminit ejus et Plutarchus in Sympos. problem. SYLB.

280, 4. *ὡς ἄχρηστον ἐσθίουσιν*] Hinc a Plutarcho Sympos. 4, 5. inducitur quidam *τοὺς Ἰουδαίους ἐπισκώπτων, ὅτι τὸ δικαιότατον κρέας οὐκ ἐσθίουσιν·* ubi carnem justissimam porcum appellat quod in hoc tantum destinatus videatur ut nobis in cibum cederet, cum vivus nulli usui inserviat. Porro aliam rationem cur quaedam animalia primum mactari atque comedi coeperint, hanc fuisse subjungit auctor, quod *λυμαντικὰ τῶν καρπῶν* sint. Quam etiam ob causam eadem diis primum oblata fuisse referunt alii. Ovidius Metamorphos. 15.

. . . . et prima putatur
hostia sus meruisse necem, quia semina pando
eruerat rostro, spemque interceperat anni.
vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
ducitur ultoris: nocuit sua culpa duobus.

Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 2, 4. POTT.

280, 7. *τῇ διαπομπήσει τῶν κακῶν*] Levit. 16. fit mentio hirci emissarii quem Graeci *ἀποπομπαῖον χίμαρον* dicunt. C. Gesnerus de quadrupedibus, Platinae haec de hirci carne citat "Caprarum et hircorum jecora fugito, ne in epilepsiam incurras." Clemens dixit *συμβάλλεσθαι τὴν τῶν τραγείων κρεῶν βρῶσιν πρὸς ἐπιληψίαν.* Versus autem, quos habes paulo post, recitat Cyrillus in Julianum l. 9. Unde Porphyrius sic dicit De abstinentia ab animalibus l. 2. "Quod autem non diis, sed daemonibus sacrificia per sanguinem obtulerunt, a theologis, qui virtutem totam norunt, creditum est." Adducit autem et poetae sententiam sic habentem "Quis sic stultus et tam dissolutus persuasibilis vir, etc." Vide hac de re Eusebium Pr. Ev. 4, 5. COL.

280, 16. οἶνος] Plutarch. *Περὶ εὐθυμίας* p. 159. iisdem prope verbis, *οἶνός τε καὶ σαρκῶν ἐμφόρησις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ.* Et Theopompus apud Athen. 3. p. 79, 43. *τὸ γὰρ ἐσθίειν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν τοὺς λογισμοὺς ἐξαιρεῖ καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας.* SYLB. Eandem ejus sententiam reperies et apud Plutarchum De animi tranquillitate. Vide Theod. Canterum 1, 16. Var. lect. COL.

Ἀνδροκύδης] Nempe *ὁ ἰατρὸς*, de quo apud Athenaeum et Plinium mentio fit, non vero *ὁ Πυθαγορικὸς*, cujus librum De Symbolis Pythagoricis alibi citat Clemens. POTT.

280, 19. Αἰγύπτιοι] Julianus orat. 6. *Αἰγύπτιός τε ὢν, οὐ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ τῶν παμφάγων, οἷς πάντα ἐσθίειν νόμος.* POTT.

280, 21. ὀρνιθείοις] Julianus orat. 5. p. 176. de Cereris sacris agens ait, *ἐπὶ τούτοις ἀπαγορεύεται ἰχθύσιν ἅπασι χρῆσθαι· κοινὸν δέ ἐστι τοῦτο καὶ πρὸς Αἰγυπτίους πρόβλημα.* Idem paulo post, *πτηνοῖς ἐπιτρέπει χρῆσθαι πλὴν ὀλίγων.* Et mox, *καὶ τῶν τετραπόδων τοῖς συνήθεσι, πλὴν τοῦ χοίρου.* Quorum institutorum quae fuerit ratio, prout ipsi videbatur, ibidem exponit. POTT.

*τὰ μηριαῖα ὀστᾶ, femoralia ossa*, et Hesychius, *μηρία τὰ ἐπὶ τῶν μηρῶν ἐξαιρούμενα ὀστᾶ*. COL.

P. 277, l. 15. *τοῖς φωλεύουσι θηρίοις*] Ea intelligit animalia, quae certo quodam cujusque anni tempore secretis in locis abdita absque alimento vivunt. Qualia dicuntur esse ursae, hystrices, serpentum aviumque genera quaedam, et *ἔντομα σχεδὸν ἅπαντα*, "insecta prope omnia." Conf. Aristoteles H. A. 8, 14. 15. 16. 17. POTT.

277, 18. *ἀβλαβῶς*] *Innoxie*, seu absque aliarum rerum consumtione. POTT.

P. 278, l. 6. *θειότεραι*] Hoc est magis spirituales, seu subtiles. POTT.

278, 8. *διαπνεῖται ὡς τὸ τῶν δαιμόνων γένος*] Gatakerus Comment. in lib. 6. Marci Antonini p. 228, 229. in haec Clementis verba annotat, "Caeterum aliis ego dispiciendum libens proposuerim *τὸ διαπνεῖσθαι* Clementis Alex. quid velit, quod daemonibus ille tribuit Strom. 7. quo loco *τὸ διαπνεῖσθαι, καὶ ἐμπνεῖσθαι, καὶ περιπνεῖσθαι, καὶ ἀναπνεῖν* a se invicem disterminat. Mihi suspicio oboritur locum mendo neutiquam immunem esse, legique debere, *πότερον διαπνεῖται ὡς τὸ τῶν δρυῶν*, vel *τὸ τῶν δένδρων* (non autem *τὸ τῶν δαιμόνων*) *γένος*, cum non sit verisimile a daemonibus exorsum Clementem, cum in reliquis gradatim ab inferioribus ad superiora ascendat, ab aquatilibus ad insecta, ab insectis ad animantia perfectiora. Et *τὸ διαπνεῖσθαι* tum a Marco, tum ab aliis attribuitur stirpibus, ut illic probatur." Vox *διαπνεῖσθαι* infra occurrit in Excerptis Theodoti cap. 52. p. 982. POTT.

278, 16. *οὐδὲν διαφέροντα*] Desiderari videtur *ἡμῶν*, vel *τῶν ἀνθρώπων*, vel aliquid simile. Sensus est, eos qui viscera et arterias et reliquas partes Deo tribuunt, eum non diversum ab hominibus efficere. Quin etiam hic Lowthius annotavit deesse vocem *ἀνθρώπου*. POTT.

278, 22. *Πυθαγόραν*] Laertius in Pythagora 8, 13. *ἀμέλει καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, ὃς ἐστιν ὄπισθεν τοῦ κερατίνου, διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἄνευ πυρός, ἱερεῖον δὲ μηδέν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Δηλίων πολιτείᾳ.* Jamblichus De vita Pythagorae cap. 5. *λέγεται δὲ περὶ αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι περὶ τὴν Δῆλον, προσελθόντα πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον, τὸν τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμόν.* Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 2, 2. POTT.

278, 25. *σαρκοφαγιῶν*] Proinde tradunt auctores, antiquissimis saeculis nec diis oblata, nec hominibus in cibum concessa fuisse animantia. Vide Archaeologiae nostrae Graecae 2, 4. POTT.

P. 279, l. 7. *περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς*] Hunc librum omisit Laertius, Xenocratis scripta enumerans, nisi forte idem sit cum eo quem *Πυθαγόρεια* inscripsit. POTT.

279, 12. *ταύτῃ καὶ μάλιστα*] De causis cur Judaei a suillis carnibus abstinuerint, vide Spencerum De legibus Hebr. lib. 1. cap. 5. POTT.

279, 17. *ἀεργά*] Proinde gravissimi sceleris reus olim est habitus quicunque *βοῦν ἐργάτην* mactasset. Plinius quemdam memorat, qui id exsilio luit, N. H. 8, 45. Vide Archaeologiae nostrae Graecae 2, c. 4. POTT.

*διόπερ οὐ κακῶς*] Cicero De natura deor. lib. 2. "Sus vero quid habet praeter escam? cui quidem ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius." Varro De re rustica

2, 4. "Suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum. Itaque iis animam datam esse proinde ac salem, quae servaret carnem." Plutarchus Stoicis ascribit hanc sententiam Sympos. 5, 10. *διὸ καὶ τῶν Στωϊκῶν ἔνιοι τὴν ὕὴν σάρκα κρέα γεγονέναι λέγουσι τῆς ψυχῆς ὥσπερ ἁλῶν παρεσπαρμένης ὑπὲρ τοῦ διαμένειν.* COL.

P. 280, l. 2. Κλεάνθης] Cleanthis dictum Cicero lib. 5. De finibus sic expressit "Ut non inscite illud dictum videatur in sue, Animam illi pecudi datam pro sale, ne putresceret." Meminit ejus et Plutarchus in Sympos. problem. SYLB.

280, 4. *ὡς ἄχρηστον ἐσθίουσιν*] Hinc a Plutarcho Sympos. 4, 5, inducitur quidam *τοὺς Ἰουδαίους ἐπισκώπτων, ὅτι τὸ δικαιότατον κρέας οὐκ ἐσθίουσιν·* ubi carnem justissimam porcum appellat quod in hoc tantum destinatus videatur ut nobis in cibum cederet, cum vivus nulli usui inserviat. Porro aliam rationem cur quaedam animalia primum mactari atque comedi coeperint, hanc fuisse subjungit auctor, quod *λυμαντικὰ τῶν καρπῶν* sint. Quam etiam ob causam eadem diis primum oblata fuisse referunt alii. Ovidius Metamorphos. 15.

. . . . et prima putatur
hostia sus meruisse necem, quia semina pando
eruerat rostro, spemque interceperat anni.
vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
ducitur ultoris : nocuit sua culpa duobus.

Conf. Archaeologiae nostrae Graecae 2, 4. POTT.

280, 7. *τῇ διαπομπήσει τῶν κακῶν*] Levit. 16. fit mentio hirci emissarii quem Graeci *ἀποπομπαῖον χίμαρον* dicunt. C. Gesnerus de quadrupedibus, Platinae haec de hirci carne citat "Caprarum et hircorum jecora fugito, ne in epilepsiam incurras." Clemens dixit *συμβάλλεσθαι τὴν τῶν τραγείων κρεῶν βρῶσιν πρὸς ἐπιληψίαν.* Versus autem, quos habes paulo post, recitat Cyrillus in Julianum l. 9. Unde Porphyrius sic dicit De abstinentia ab animalibus l. 2. "Quod autem non diis, sed daemonibus sacrificia per sanguinem obtulerunt, a theologis, qui virtutem totam norunt, creditum est." Adducit autem et poetae sententiam sic habentem "Quis sic stultus et tam dissolutus persuasibilis vir, etc." Vide hac de re Eusebium Pr. Ev. 4, 5. COL.

280, 16. *οἶνος*] Plutarch. *Περὶ εὐθυμίας* p. 159. iisdem prope verbis, *οἴνός τε καὶ σαρκῶν ἐμφόρησις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ.* Et Theopompus apud Athen. 3. p. 79, 43. *τὸ γὰρ ἐσθίειν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν τοὺς λογισμοὺς ἐξαιρεῖ καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας.* SYLB. Eandem ejus sententiam reperies et apud Plutarchum De animi tranquillitate. Vide Theod. Canterum 1, 16. Var. lect. COL.

Ἀνδροκύδης] Nempe *ὁ ἰατρὸς*, de quo apud Athenaeum et Plinium mentio fit, non vero *ὁ Πυθαγορικὸς*, cujus librum De Symbolis Pythagoricis alibi citat Clemens. POTT.

280, 19. Αἰγύπτιοι] Julianus orat. 6. *Αἰγύπτιός τε ὢν, οὐ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ τῶν παμφάγων, οἷς πάντα ἐσθίειν νόμος.* POTT.

280, 21. *ὀρνιθείοις*] Julianus orat. 5. p. 176. de Cereris sacris agens ait, *ἐπὶ τούτοις ἀπαγορεύεται ἰχθύσιν ἅπασι χρῆσθαι· κοινὸν δέ ἐστι τοῦτο καὶ πρὸς Αἰγυπτίους πρόβλημα.* Idem paulo post, *πτηνοῖς ἐπιτρέπει χρῆσθαι πλὴν ὀλίγων.* Et mox, *καὶ τῶν τετραπόδων τοῖς συνήθεσι, πλὴν τοῦ χοίρου.* Quorum institutorum quae fuerit ratio, prout ipsi videbatur, ibidem exponit. POTT.

ex necessitate, sed κατὰ προαίρεσιν, ex libero arbitrio, et κατ' ἔλεον τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας. POTT.

288, 16. τοὺς τεταγμένους διέποντας] Malim τοὺς τεταγμένως διέποντας, *qui ordinate regunt*. Quo modo καταλλήλους paulo superius pro κατηλλήλως scriptum esse annotatum est p. 721. POTT.

288, 17. τάξιν] Innuit diversos esse magistratuum gradus et ordines, omnes vero a Deo institutos. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Rom. 13, 1. POTT.

288, 24. συνεργεῖ τι πρὸς τὴν λῆψιν, ἀσμένως, δι' ὧν εὔχεται, τὸ ποθούμενον λαμβάνων] Ad verbum "Nonnihil cooperatur ad acceptionem facile accipiens id, quod desiderat, operationum suarum." Illud vero quod praecessit, "et cognitionem et tempus," ambiguum est. Clemens vult omnem locum et tempus sacrum esse, in quo ad Dei cognitionem pervenimus. COL.

288, 27. ἐξετάζεται διὰ τῆς εὐχῆς ὁ τρόπος] Hic τρόπον accipe non *modum*, sed *mores* ipsos vel τὴν προαίρεσιν, ut ante dixit, τὸν εὐπροαίρετον καὶ εὐχάριστον, qui bono animi instituto accedit ad orationem cooperari ad obtinendum, seu affectum animi. Sic vetus comicus, τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος ὁ λόγος. Chrysostomus Hom. in Chananaeam. ἰστέον δὲ ὅτι οὐ ζητεῖται τόπος προσευχῆς, ἀλλὰ τρόπος. ὁ Ἱερεμίας ἐν βορβόρῳ ἦν, καὶ τὸν θεὸν ἐπεσπάσατο. ὁ Δανιὴλ ἐν λάκκῳ λεόντων καὶ τὸν θεὸν ἐξευμένισατο Interpres Hom. 17. ex variis in Matthaeum locis tom. 2. "Non quaeritur locus, sed devotio mentis. Jeremias in lacu coeni demersus erat, et fideliter orans Deum promeruit. Daniel in lacum leonum missus, ad se Dei misericordiam inclinavit." Item post pauca, οὐδὲν τοίνυν ἀπὸ τοῦ τόπου κωλύεται τὰ τῆς εὐχῆς· μόνον ἐὰν τῇ εὐχῇ συμβαίνων. φησὶν γὰρ ὁ Δαβίδ· "αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει, καὶ ἀρέσει τῷ θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον. Haec in homilia Chrysostomi non reperiuntur Latina, sed apud Anastasium Quaest. 2. in Scripturam. COL.

P. 289, l. 9. ἐπεὶ δὲ γενεθλίου ἡμέρας εἰκὼν ἡ ἀνατολή] S. Scripturae Christum orienti soli saepenumero assimilant, ut Zach. 3, 8; 6, 12; Jerem. 23, 5; Luc. 1, 78, etc. Vult autem Clemens preces versus orientem Deo offerri, quod oriens Christi imago sit, a quo lux in mundum spiritualem diffunditur sicut ab oriente in naturalem. Conf. Constitutionum Apost. 2, 57. ubi de hoc ac similibus ritibus plura annotavit Cotelerius. POTT.

289, 11. τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ] Respicere videtur Matth. 4, 16. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. POTT.

289, 13. ὅθεν καὶ] Vitruvius 4, 5. "Aedes autem sacrae deorum immortalium ad regiones, quas spectare debeant, si erunt constituendae, uti signum, quod erat in cella collocatum, spectat ad vespertinam coeli regionem, ut qui adierint ad aram immolantes aut sacrificia facientes, spectent ad partem coeli orientis, et simulacrum, quod erit in aede." G. Gyrald. Syntag. 17. Geneal. ex Pindari Commentariis tradit ad orientem diis, occidentem heroibus sacra facta et preces, itemque ex Porphyrio et Luciano supplices diis ἀντιπροσώπους orientem spectasse. Id ipsum a Pythagoricis observatum scribit L. Coelius, Trismegistum autem ad meridiem conversum orasse, Lect. antiq. 12, 2. etc. Quod vero templa dixit Clemens respexisse ad occidentem, de

vestibulo intelligendum est, non de cella, quo modo Josephus Antiq. 8, 2. dixit templum Salomonis versum fuisse ad orientem, cujus pars dextera dicitur, quae erat australis, ad quam erat positum mare, Reg. 3, 7. Rationem affert Anastasius Quaest. 48. in Scripturam, *τὸ μὲν μῆκος ἦν ξ' πηχῶν, τὸ δὲ εὖρος κ'. ἐτέτραπτο δὲ οὐ πρὸς ἕω, ἵνα οἱ προσευχόμενοι μὴ τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνῶσιν, ἀλλὰ τὸν ἡλίου δεσπότην.* Ita legendus est hic locus in Bibliotheca SS. Patrum, ut et ille sub finem quaestionis, *καὶ πᾶν τὸ ὕψος ἑκατὸν εἴκοσι πήχεις.* id quod indicat locus c. 32. Paral. quem subjicit: "Et altitudo centum viginti, et deauravit ipsum intrinsecus auro puro." Graece in MS. Reginae erat *καὶ κατεχρύσωσεν αὐτὸν ἔσωθεν χρυσίῳ καθαρῷ·* interpres videtur legisse *ἔωθεν.* Sed et illud *οὐ πρὸς ἕω* mendi suspectum est, si cum Josepho conferatur, unde sumptum videtur. COL. In Constitut. apost. 2, 57. de templo aedificando hoc praeceptum exstat, *καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης, κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος, ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ παστοφόρια πρὸς ἀνατολήν, ὅστις ἔοικε νηΐ·* ubi consuli poterunt quae de basilicis ac templis ad orientem spectantibus annotavit Cotelerius. Porro recentiora quidem templa ad orientem spectasse dicuntur a nonnullis, ut ingredientes *πρὸς δύσιν* oculos ferrent, vetera autem contrarium situm obtinuisse. Hyginus De agror. limit. constit. lib. 1: "Antiqui architecti in occidentem templa spectare recte scripserunt: postea placuit omnem religionem eo convertere, ex qua parte coeli terra illuminatur." Conf. Archaeol. Graecae 1, 2. POTT.

289, 15. *πρὸς ἀνατολὴν τρέπεσθαι*] Hunc orandi ritum vultu ad orientem converso acceptum ab apostolis testantur haec veterum Patrum loca, ex quibus et rationes varias petes. Tertullian. Adversus gentes seu in Apologet. "Ad Persas si forte deputabimur, licet solem in linteo depictum non adoremus habentes ipsum ubique in suo clypeo, denique inde suspicio quod innotuerit, nos ad orientis regionem precari." Idem Adversus Valentinianos. "Amat figuram Spiritus sancti, orientem Christi figuram." Epiphan. lib. 19. scribit pseudo-prophetam Elxai nomine prohibuisse orare ad orientem et faciem ad Hierosolyma convertendam docuisse ex omnibus partibus mundi. Origenes hom. 5. in Num. "Quod genua flectimus orantes, et quod ex omnibus coeli plagis ad orientis partem conversi orationem fundimus, non facile cuiquam puto ratione compertum." Apud Athanasium Quaest. ad Antiochum 16. quae in Graeco MS. 34. respondendum esse gentibus docetur, *ὅτι οὐχ ὡς ἐν ἀνατολαῖς περιγραφομένου τοῦ θεοῦ κατὰ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ θεὸς φῶς ἀληθινὸν καὶ ἔστιν καὶ λέγεται, τούτου χάριν πρὸς τὸ φῶς τὸ κτιστὸν ἀφορῶντες, οὐκ αὐτῷ, ἀλλὰ τῷ ποιήσαντι αὐτὸ προσκυνοῦμεν ἐκ τοῦ πρώτου στοιχείου τὸν πρὸ πάντων στοιχείων, καὶ τῶν αἰώνων θεὸν γεραίροντες.* "Non ideo adoramus ad orientem, quod in ea parte mundi Deus aliquo modo circumscriptus habitet, sed quia Deus lux est vera diciturque, eam ob causam ad creatum istud lumen conversi, non illud, quod creatum est lumen, sed ejus luminis creatorem adoramus, et ex elemento omnium splendidissimo, omnium elementorum splendidissimum creatorem Deum, veneramur." Ita reddidit interpres Ampelander, sed ad verbum ex manuscripto extremum illud sic vertendum est "Ex primo elemento Deum, qui ante omnia elementa et saecula fuit, venerantes." Christianis aliam rationem reddit. *οἱ δέ γε πιστοὶ ἀκουέτωσαν καὶ μανθανέτωσαν ὅτι τούτου χάριν οἱ μακάριοι ἀπόστολοι*

ex necessitate, sed κατὰ προαίρεσιν, ex libero arbitrio, et κατ' ἴλεων τὰς ἡμετέρας ἀσθενείας. POTT.

288, 16. τοὺς τεταγμένους διέποντας] Malim τοὺς τεταγμένως διέποντας *qui ordinate regunt.* Quo modo καταλλήλους paulo superius pro κατάλληλως scriptum esse annotatum est p. 721. POTT.

288, 17. τάξω] Innuit diversos esse magistratuum gradus et ordines omnes vero a Deo institutos. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Rom. 13, 1. POTT.

288, 24. συνεργεῖ τι πρὸς τὴν λῆψιν, ἀσμένως, δι' ὧν εὔχεται, τὸ τυχὸν λαμβάνων] Ad verbum "Nonnihil cooperatur ad acceptionem facile accipiens id, quod desiderat, operationum suarum." Illud vero quod praecessit, "et cognitionem et tempus," ambiguum est. Clemens vult omnem locum et tempus sacrum esse, in quo ad Dei cognitionem pervenimus. COL.

288, 27. ἐξετάζεται διὰ τῆς εὐχῆς ὁ τρόπος] Hic τρόπον accipe non *modum*, sed *mores* ipsos vel τὴν προαίρεσιν, ut ante dixit, τὸν εὐπροαίρετον καὶ εὐχάριστον, qui bono animi instituto accedit ad orationem cooperaturus ad obtinendum, seu affectum animi. Sic vetus comicus, τρόπος ἐστὶ πείθων τοῦ λέγοντος ὁ λόγος. Chrysostomus Hom. in Chananaeam, ἴστω δὲ ὅτι οὐ ζητεῖται τόπος προσευχῆς, ἀλλὰ τρόπος. ὁ Ἱερεμίας ἐν βορβόρῳ ἦν, καὶ τὸν θεὸν ἐπεσπάσατο. ὁ Δανιὴλ ἐν λάκκῳ λεόντων καὶ τὸν θεὸν ἐξευμήνατο. Interpres Hom. 17. ex variis in Matthaeum locis tom. 2. "Non quaeritur locus, sed devotio mentis. Jeremias in lacu coeni demersus erat, et fideliter orans Deum promeruit. Daniel in lacum leonum missus, ad se Dei misericordiam inclinavit." Item post pauca, οὐδὲν τοίνυν ἀπὸ τοῦ τόπου κωλύεται τὰ τῆς εὐχῆς· μόνον ἐὰν τῇ εὐχῇ συμβαίνων. φησὶν γοῦν ὁ Δαβίδ· "αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει, καὶ ἀρέσει τῷ θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον. Haec in homilia Chrysostomi non reperiuntur Latina, sed apud Anastasium Quaest. 2. in Scripturam. COL.

P. 289, l. 9. ἐπεὶ δὲ γενεθλίου ἡμέρας εἰκὼν ἡ ἀνατολή] S. Scriptura Christum orienti soli saepenumero assimilant, ut Zach. 3, 8; 6, 12; Jerem. 23, 5; Luc. 1, 78, etc. Vult autem Clemens preces versas orientem Deo offerri, quod oriens Christi imago sit, a quo lux in mundum spiritualem diffunditur sicut ab oriente in naturalem. Conf. Constitutionum Apost. 2, 57. ubi de hoc ac similibus ritibus plura annotavit Cotelerius. POTT.

289, 11. τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ] Respicere videtur Matth. 4, 16. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. POTT.

289, 13. ὅθεν καὶ] Vitruvius 4, 5. "Aedes autem sacrae deorum immortalium ad regiones, quas spectare debeant, si erunt constituendae, uti signum, quod erat in cella collocatum, spectat ad vespertinam coeli regionem, ut qui adierint ad aram immolantes aut sacrificia facientes, spectent ad partem coeli orientis, et simulacrum, quod erit in aede." G. Gyrald. Syntag. 17. Geneal. ex Pindari Commentariis tradit ad orientem diis, occidentem heroibus sacra facta et preces, itemque ex Porphyrio et Luciano supplices diis ἀντιπροσώπους orientem spectasse. Id ipsum a Pythagoricis observatum scribit L. Coelius. Trismegistum autem ad meridiem conversum orasse, Lect. antiq. 2. etc. Quod vero templa dixit Clemens respexisse ad occidentem



ro
er-
est,
ret
ori-
testi-
us in

cutus
quae
r, ut

o non
POTT.

*i secum*

tio ἐπὶ γῆς
legi potest

τὶ τούτῳ, *super*

.0, 42 ; 25, 4, vel

ut sit *animo pariter et*
*simul dicens et vivens*, id
ns. SYLB.
— Cherubim p. 110. τὸ δὲ τῷ
αίειν διεγνωκότα ἐπ' ὠφε-
τὴν θεραπείαν, ἢ ἐξασθε-

[illegible] PUTT.

297, 21. *φιλόνικοι, ἢ φιλίδιοι*] Horum glossarium differentiae explicabit Gellius x, 22. "Verba sunt haec ipsa: P. Nigidii, hominis in omni bonarum artium praecellentis, quem M. Cicero magnifice doctrinaque omnium maxime reveritus est.—Inter mendacium dicere et mentiri dabat. Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur.—Item hoc addebat.—Qui mentitur, sciat quantum in se est.—Item hoc quoque saepe solere eum dicere.—Vir bonus, inquit, mentiri debet, ne mendax: proinde ac mendacium dicat: alterum inviti in homine, alterum non.—Verum mutilatum et legisse Nigidium non sententiae in eadem re, quae alibi aliqua alia dicerent, despanavit." PUTT.

297, 23. *ἐμίσθωσαν*] Act. 28, 3. PUTT.

369, 16. τῶν λεγομένων] Hic aliquid deesse vidit Hervetus et post eum Heinsius. Quod vero deerat neuter perfecte supplevit. Id quid sit ex Aristotele facile liquebit. Is enim libro De categor. cap. 2. haec verba habet, τῶν λεγομένων τὰ μὲν κατὰ συμπλοκὴν λέγεται, τὰ δὲ ἄνευ συμπλοκῆς. τὰ μὲν οὖν κατὰ συμπλοκήν, οἷον, ἄνθρωπος τρέχει, ἄνθρωπος νικᾷ. τὰ δ' ἄνευ συμπλοκῆς, οἷον, ἄνθρωπος, βοῦς, τρέχει, νικᾷ. POTT.

369, 19. ὃ δὴ] Lege ὅ, et referendum ad λόγος. LOWTH. Aristoteles libri jam dicti c. 4. τῶν δὲ κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων οὐδὲν οὔτε ἀληθὲς οὔτε ψευδές ἐστιν· οἷον, ἄνθρωπος, λευκόν, τρέχει, νικᾷ. POTT.

369, 20. τῶν δὲ μετὰ συμπλοκῆς] Lege τῶν δὲ ἄνευ συμπλοκῆς. Nam μετά positum ab imperito scriba, qui non advertit prius membrum, quod tractabat de his quae μετὰ συμπλοκῆς dicuntur, intercidisse. Quod vero praedicamenta sint voces incomplexae cuivis notum. Audi Aristotelem principio cap. 4. libri modo citati, τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων ἕκαστον ἤτοι οὐσίαν σημαίνει, ἢ ποσόν, ἢ ποιόν, ἢ πρός τι, ἢ ποῦ, ἢ πότε, ἢ κεῖσθαι, ἢ ἔχειν, ἢ ποιεῖν, ἢ πάσχειν. POTT.

369, 24. μετὰ τὰς ἀρχάς] Nam summa rerum principia praedicamenta transcendunt. POTT.

P. 370, l. 2. συνώνυμα] Aristoteles l. c. 1, 2. συνώνυμα δὲ λέγεται ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός· οἷον ζῷον, ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βοῦς. POTT.

370, 14. ὁμώνυμα] Aristoteles l. c. cap. 1. initio, ὁμώνυμα λέγεται ὧν ὄνομα μόνον κοινόν· ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος· οἷον ζῷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γεγραμμένον. POTT.

370, 17. Αἴας] Ajaces duo a Trojani belli auctoribus multum celebrati. POTT.

370, 20. πόδες Ἴδης] Pedes Idae montis Il. 21, 59. πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπίδακος Ἴδης. POTT.

370, 21. ποὺς πλοίου] Nonius Marcellus "Remi sunt navales pedes." Vocantur alias *pedes*, funes nautici, quibus vela adstringuntur. Unde Lycophron ποδωτὰ λίνα vocat. Conf. Meursius in istius poetae Cassandrae 97. et 1015. et noster ibidem commentarius. POTT.

370, 24. ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ] Redundare videntur hae voces. Forte ἐπὶ τοῦ ἰατροῦ legendum. POTT.

P. 371, l. 5. συνωνύμως] Sic legendum esse pro vulg. *συνώνυμα*, liquet ex p. 334, 27. SYLB.

P. 372, l. 1. λεκτὰ] Vox a Stoicis usurpari solita. λεκτὰ et κατηγορήματα distinguit in Zenone Laertius 7, 43. καὶ τῶν ἐκ τούτων ὑφιστημένων λεκτῶν, ἀξιωμάτων, καὶ αὐτοτελῶν, καὶ κατηγορημάτων. Λεκτὰ apud Stoicos secundum Philoponum est synonymum ταῖς φωναῖς. Conf. quae ex eo citata sunt p. 772. Laertius in Zenone 7, 63. definit λεκτὸν esse τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον, *quod secundum rationalem visionem subsistit*. Ibidem etiam λεκτὸν et κατηγόρημα distinguit. Conf. Suidas v. κατηγόρημα et Sextus Empiricus Adv. Mathematicos p. 232. POTT.

372, 6. Ἀριστοτέλης δὲ προσηγορίαν] Deest aliquid. LOWTH.

372, 25. Μήδεια] Allusio est ad prologum Medeae Euripideae, qui apud Ciceronem quoque expressus est. Disputatio de causa prohibente supra tractata latius p. 134, 1. SYLB.

P. 373, l. 18. διατίθησι μὲν γὰρ τὸ αἴτιον] Vide quae paulo post sequuntur. LOWTH.

P. 374, l. 3. ἄχρονα] Duplici sensu hanc vocem accipit, 1°. κατὰ στέρησιν· pro re quae tempore caret, cujusmodi est Deus, aeternus; 2°. κατὰ μείωσιν· pro re quae exiguum tempus durat. Quo sensu χρόνος temporis moram notat. Hoc Hesychius vocat ἀχρυντριβές, σύντομον, ταχύ· παρὰ τὸ μὴ τετρίφθαι ἐν χρόνῳ, ἢ χρόνον πολὺν διατρῖψαι. Priori sensu idem exp. ἄχρονον, τὸ μὴ ἀρξάμενον ἐπὶ χρόνου. POTT.

374, 9. *τὸν ἀδάμαντα γὰρ οὐ καύσει*] De adamante dictum Strom. 7. p. 872. POTT.

P. 375, l. 2. *αἴτιαι τῷ μὴ χωρίζεσθαι*] Rectius *αἴτιαι τοῦ μὴ χωρίζεσθαι*, ut interpres quoque, "sibi invicem causae sunt ne separentur." SYLB. Cave ne vulgo receptam lectionem sollicites. Sensus enim est, "Virtutes sibi invicem causae sunt, eo quod propter mutuam consequentiam non separentur." Quippe virtutes, cum inter se sint connexae, ut loquuntur morales philosophi, necessario se mutuo ponunt in eodem subjecto et vicissim tollunt, licet alioqui non sint sui invicem causae: id quod Clemens supra dicit esse *ἀλλήλοις αἴτια*, non vero *ἀλλήλων αἴτια*. Conf. Strom. 2. p. 452. POTT.

375, 4. *τοῦ μένειν κατηγορήματος*] *Hujus praedicati manere.* Ita mox. LOWTH.

375, 11. *τὸ ὀφθαλμὸν*] Arcerius mavult *τὸν ὀφθαλμόν*: sed *τὸ* recte scriptum, quippe quod totam sequentem sententiam respicit, in cujus fine subaudiendum *εὐλόγως εἴρηται*, vel simile quid. SYLB.

375, 17. *οὐχ ὁ θάνατος δὲ τούτῳ πάλιν*] Corrupta. LOWTH.

375, 25. *συνελόντες*] Malet fortasse aliquis *συνέλκοντες*, "una trahentes:" ferri tamen et *συνελόντες* potest. Aliis verbis supra in eadem re utitur, p. 137, 18. SYLB.

P. 376, l. 20. *οἶνος*] Vinum idem alios aliter afficere docet etiam Philo *Περὶ τῶν μετονομαζ.* p. 172. Plutarchus p. 199. 387. et Aristot. problem. 17, 3. H. SYLB.

376, 30. *τῶν λόγῳ θεωρητῶν πόρων*] Id est meatuum corporis, qui, licet sensui haud sint obvii, ratione tamen deprehenduntur ac videntur. *τῶν λόγων θεωρητῶν π.* habet Flor., quod explicare frustra conatus est interpres. POTT.

P. 377, l. 2. *λέγεσθαι*] Supple *δυνάμενα*, vel lege *λέγεται*. POTT.

377, 5. *ὑποβεβηκὸς*] Flor. *ὑπεβηκός*· quod ne Ionismus quidem facile admiserit. Regulare *ὑποβεβηκὸς* supra quoque legitur p. 325, 16. et infra p. 336, 39. SYLB.

377, 18. *παρόντος*] Scribendum *προδήλου*, quod requirit sententiarum oppositio. Atque hoc etiam vidit interpres. *Παρόντος* ex periocha praecedente videtur irrepsisse; vel forte margini adscriptum postea in textum ab imperito scriba receptum est. POTT.

P. 378, l. 5. *παρίστησιν*] Mancum esse hunc *Στρωματέα* e superiorum prooemiis et epilogis sat clarum est. An vero idem etiam ultimus sit non abs re dubitaveris. Plura enim superiorum prologi nobis pollicentur quam huc usque sint pertractata. SYLB.

---

Sequentes ex Theodoto *ἐκλογαί* stilum quidem et phrasin Clementis majori ex parte praeferunt, in dogmatis tamen non usquequaque consonant: ut si a Clemente sunt excerpta, non de Clementis, sed de Theodoti sententia pleraque relata videantur. Qua de re intelligentioribus calculum permitto. Hervetus sane illa non est interpretatus: vel quia passim mutilata et depravata, vel quia non usquequaque orthodoxa sunt, ut quae Basilidis quoque et Valentini opiniones

identidem allegent. SYLB. Hic Valentinianorum totas expositiones aliorumque haereticorum videtur Clemens sedulo annotare atque exponere, ut eorum magis videlicet commentatio videatur quam ejusdem Clementis ac viri vere ecclesiastici. Nam propterea illi inscriptum opus aut etiam breviatori Theodoto κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους, nisi potius legendum αἰῶνας, aut nisi alterum pro altero et quasi συνώνυμα vel Clemens vel etiam Theodotus voluit, in Deo et angelis magis αἰῶνας, in nobis κατὰ τὸ παθητὸν, et mortali hoc tempore ac rerum statu χρόνους. Ut sit expositio locorum Scripturae aut etiam Christianae religionis mysteriorum ad mentem Valentini ejusque Aeonum et quasi theogoniae, non contra eum: quod miror opus a viro ecclesiastico eo sensu proficisci potuisse, vel certe Eusebium dissimulasse. Quod si ipso haec ut portentosa, et aliena a regula ecclesiastica, ipsa ex narratione satis elidi existimavit, uti fere Epiphanius laudato *Ancorati* opere, debuit certe sensum mentemque suam distinctius promere et pretiosum a vili separare. Etsi non carent omni venia priscae adeo aetatis homines, et qui primi Scripturarum agrum sic haereticorum sensibus horrentem excolendum susceperant, si illorum non multa exstirparunt, suaque ipsis illorum in isto una quasi pene conflata ac confusa viderunt. Quanquam probabilius est majori luce Clementem suam lucubrationem digessisse, et quid ecclesiasticum quidve Valentinianum et haereticum, magis insinuasse, quae breviator sic non observaverit. Quis iste Theodotus, nimis incertum, cum hic etiam Theodotus citetur, qui fuerit Clemente antiquior et ex Valentini secta. Nescio an Theodotus Ancyranus Cyrilli collega adversus Nestorium, satis probatus Nicephoro patriarchae in suis *Antirrheticis*, in istis operam posuisse dici possit, atque hinc naevos contraxisse, ut non satis sanus in fine Deitatis visus sit, ut neque Eusebius cum suo Origene qui ideis aut incertis conjecturis animum pascit sibique divinat, non certe aliquid affert in quo lector conquiescat. Hac cautela opus hoc explicandum suscepi, quicquid in illud a me conferatur, et ut ita in eo aliqua antiquitatis lumina venemur, ut incontaminata nobis fides ac vera ecclesiastica, ex haereticorum illis fabulis atque figmentis nihil detrimenti sentiant, sed ad ridendas hominum vere stultorum in sapientia sua naenias nugasque magis convalescat. Videndi Epiph. haeresi 31. Irenaeus toto late opere *Adversus haereses*, Tertullianus et alii. Quod ἀνατολικὴν διδασκαλίαν titulus profert, indicio est Europaeum potius hominem fuisse qui ita inscripsit, seu sedi ejus subjectum, qui Asianos vel Syros hinc notare voluerit. Sic illi ἀνατολικοί, ex quibus Valentinianorum illae faeces ac reliquorum primae fere aetatis haereticorum. COMBEF. Theodoti meminit Ignatius Epist. interpol. ad Trallianos c. 11. ubi conf. quae annotavit Cotelerius. Conf. etiam quae superius e Valesio allata sunt ad Strom. 1. p. 322. POTT.

P. 424. l. 5. τὸ πνεῦμά μου] Animam suam Patri commendat et me in illa, omnesque electos semenque electorum, quae et Athanasii Patrumque aliorum in Catena expositio est, nec aliter intelligendus Ambrosius cum ait: "Spiritus Patri commendatur, ut coelestia quoque ab iniquitatis vinculo solverentur," i. e. animae, quarum coelestis est a Deo origo. Haereticorum proclivis error, quod divina et humana

in Christo non satis distinguunt, utraque in Christo vera, qui unus ipse verus cum Patre Deus, verusque homo nobiscum. Sic passim Chrysostomus aliique probati Patres. COMBEF.

P. 425, l. 11. *διὰ πολλὴν ταπεινοφροσύνην*] Alte satis et orthodoxe de Christi mysteriis, qui se ita exinanivit, ut non angelus, sed homo fieret, quae extrema vilitas in creatura intelligente, idem ipse qui in coelis et qui in terra, nec a se divisus, nempe deitate qua ubique est, non ita humanitatis, quae circumscripta est ratione. COMBEF.

425, 28. *ὅτα*] Herodoti dictum est 1, 8. *ὅτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν*, quod a Philone quoque duobus in locis usurpatur. H. SYLB. Aliorum scriptorum locos attulerunt interpretes Herodoti.

P. 426, l. 22. *ὁ μονογενὴς θεὸς*] Etiam Syr. *θεὸς*, reliqui forte melius *υἱὸς*, unigenitus Filius, quae vox non sinit trahi deitatem Verbi ad Valentinianorum *ὁμωνυμίαν*, sed ut vere Filius Deusque intelligatur, singularique nativitate qua unus ipse unigenitus humanitate et carne, idem primogenitus et fratres habens, quibus vere communicet. Reliqua, et quod divina quaeque nomina res et *Αἰῶνες*, seu aliquid distinctum vereque exsistens accipiuntur, Valentinianorum deliria. COMBEF. *θεὸς* legit etiam Origenes contra Celsum 2. p. 104. Clemens vero libro quis dives salvetur p. 76. *ὁ μονογενὴς υἱὸς θεός*. Pers. et Aethiop. transferunt ac si legissent *μονογενὴς θεοῦ*. FABRIC. Bibl. Gr. 5, 1. p. 136.

426, 25. *μηνύει*] Sc. Joannes apostolus. SYLB. *ἑαυτοῦ* pro *τοῦ ἑαυτοῦ* Lipsius in Erschii et Gruberi Encycl. sect. 1. vol. 71. p. 54.

P. 427, l. 13. *ἐν δὲ πληρώματι*] Vox est qua male usi Valentiniani pro scena quadam et capacitate supra coelos, uti sic satis explicant, in quo unigenitus pro loci immensitate magnus, hic in terris parvus. Sic deliri homines nihilque minus quam vere Gnostici, i. e. sapientes excellentique scientia praediti, sed plane insipientissimi bardique, nec aliter eis intellectus sinus Patris. COMBEF.

427, 25. *τοῦ ἐν ταυτότητι λόγου*] *Unius ejusdemque verbi.* Vide tamen Hugo Grotium in confutatione systematis Fayditiani de SS. Trinitate p. 83. seqq. FABRIC. Bibl. Graec. 5, 1. p. 138.

P. 428, l. 7. *γενηθήτω σου κατὰ*] A. mavult, *γενηθήτω σοι κατὰ τὴν πίστιν σου*, ut Matth. 9. et 15. SYLB.

428, 23. *οὐδ' αὐτὸς ἄμορφος*] Videtur subaudiri *μονογενὴς θεὸς* vel *υἱός*. Perinde enim illi corpus assignat et formam ac quicquid corporum est. Et de angelis quidem haud aliter argumentatur Joannes Thessalonicensis in 7. synodo. De Deo autem aut Verbo nemo est catholicorum qui non rideat ac despuat, quicquid olim simpliciores monachi in Nitria et per Aegyptum istiusmodi faecibus per nimiam simplicitatem (ne stoliditatem dicam) potati. Altior nobis de Deo cogitatio, quem nullo sensu corporis, ac ne mentis intelligentia nisi ipso donante ad seque trahente ac lumen praebente, tuncque etiam pro nostro modulo nec comprehendendo attingere liceat: quomodo nec videns nec quod videtur corpus est ex insulsa Gnosticorum philosophia, *τὸ νοερὸν* et *νοητὸν* idque longe excellens, quae sic vocibus ex visu acceptis, ut sensuum nobilissimo, nostro more significamus. COMBEF.

428, 27. *τῶν ὑφ' αὐτοῦ ὁσίων*] Fortasse *τῶν ὑπ' αὐτοὺς ὁσίων*· *eorum, qui sub eis sunt, sanctorum.* Ibidem mox A. *τὸ γεννητόν*. SYLB.

P. 429, l. 13. *ἁ ὀφθαλμὸς*] Fortasse congruentius *ὁ ὀφθαλμὸς*, ut referatur ad singulare *φῶς*. SYLB.

429, 16. *πρόσωπον δὲ πατρὸς*] Sic Stromat. 5. p. 665. *ἐντεῦθεν πρόσωπον εἴρηται τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς*, etc., ubi conf. annotata. POTT.

429, 24. *τὸ προκεντημάτων*] Etiamsi divise legas *τὸ προκέντημα τῶν* (i. e. *τούτων*) *οἷοι ἔσονται οἱ ἐκλεκτοὶ*, tamen ne sic quidem sat recte constare videtur locus. Fr. Junius legit, *οἷον τὸ προκέντημα, τοιοῦτοι ἔσονται οἱ ἐκλεκτοί·* ut *τοῦ προκεντήματος* vocabulo significetur *ἡ τῶν πρωτοκτίστων φύσις*. SYLB.

429, 28. *εὔμορφα καὶ νοερὰ*] Sic nimirum vel Clemens vel Valentiniani colligunt profiteri Paulum esse coelestia corpora pulchra specie et intelligentia, quod illorum aliam et aliam *δόξαν* dicat, quae similiter futura sit sanctorum resurgentium. Sed *δόξαν* hanc nihil cogit ut aliud intelligamus quam splendorem, fulgorem, lucem et quod reddidit interpres claritatem, ex qua corporea et visibili licuit Paulo arguere ad animarum spiritalem majorem minoremque gloriam et claritatem, nec animarum solum, sed et corporum ac corporalem; erit enim altera alteri comes, sed illa hujus parens ac origo, et quo non facit Pauli exemplum. COMBEF.

P. 430, l. 9. *ὁμοῦ τε ἐγένοντο*] Melius *ὁμοῦ τι ἐγένοντο*, ut apud Plutarchum et alios. SYLB.

430, 15. *ἄγγελοι νοερὸν πῦρ*] Ignis intelligens, nec aliter Basilius pluresque sanctorum qui angelos reipsa corporeos volunt, eorumque subtilissima esse corpora, nec ejusdem rationis ac crassa haec nostra; ex quo fit ut et dicantur spiritalia, et angeli spiritus sic quasi comparatione, qua distinctione consulitur illis Patribus, nec aut Scripturae adversum videantur, aut aliquid docuisse quod postea Ecclesia damnaverit. Ad Unigenitum autem quod trahunt Valentiniani, impium est nec audiendum. COMBEF.

P. 431, l. 3. *ὅπερ καὶ μᾶλλον*] Hoc magis et praecipue significare panem illum coelestem mysticum ejus corpus, quod et illo per eucharistiam nutriamur, ut sic ejus membra adolescamus. Hunc que sensum Augustinus egregie prosequitur. Maneat ergo sic antiquo auctore, nutriri per eucharistiam carnem nostram pane illo a Patre dato qui Filius est: non umbra aliqua ac figura, quod erat panis coelestis quem vocat, a manna distinctus citra *ἀληθινὸν ἄρτον πνεύματος*, verum panem Spiritus, qui vera ipsa vita edentibus, ut non moriantur praebet, et quem spiritus Deique virtus ejusmodi panem praestantiore supra munere efficiat. COMBEF.

431, 12. *σώματα*] Tertullianus De carne Christi cap. 6. "Constat angelos carnem non propriam gestasse, utpote naturas substantiae spiritalis; et, si corporis alicujus, sui tamen generis." Putabant scilicet nonnulli tum angelos, tum humanas etiam animas, tenuiori materia constare. POTT.

431, 14. *ἐγείρεται*] Quasi resurrectio in eo sita sit, quod animae ipsae corpora spiritalia terrenum corpus exuerunt, *quae crassa haeresis est ipsi Paulo notata*, 2 Tim. 2, 18, *qui dicunt resurrectionem jam esse factam*. Perdet etiam et mittet in gehennan ipsa haec quae videntur corpora, sed ubi illa resuscitaverit, ut sicut scelerum, sic et poenae sint animabus quibuscum vixerunt socia. Lazari historia si quidem vera historia est, sic *ἀλληγορεῖται*, ut humano modo significetur divitis

epulonis animae poena, quae ipsa jam vere torqueatur, etsi corpus non est, quicquid mysterii sit, quod corpus divina virtute, ejusque instrumentum vere spiritus daemones et animas torquet. COMBEF.

431, 26. *οὐδὲ πρόσωπον*] Fortasse leg. *τὸ δὲ πρόσωπον ἰδέα*· nam *οὐδέ* parum huc facere videtur. SYLB.

P. 432, l. 5. *οἱ δὲ ἀπὸ Οὐαλεντίνου*] Eadem paulo infra repetit. POTT.

432, 27. *εὐηγγελίσατο*] Conf. quae superius dixit Clemens Strom. 2. p. 452. 6. p. 762. et quae ibi annotata sunt. POTT.

P. 434, l. 15. *οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*] Graviore Valentiniani errore quam Marcion relatus Chrysostomo hom. 40 in 1 Cor. 15. vicarium baptismum hic insinuat: nam ille alterum pro altero, hominem vivum pro defuncto catechumeno, ridiculo sane conatu intingebat, et ut jam ille ea adscripta intinctione fidelis censeretur, et cui Ecclesiae preces prodesse possent. Eundemque vel similem errorem jam tum in Ecclesia Corinthiorum viguisse jactat famosus Scaliger, quo sic in memoriam Christi baptismatis Kalendis Febr. aut etiam 6 Januar. pro charis baptizarentur, ad eum alludere Apostolum, ut sic omni modo et sic quasi ad hominem ex ipso illorum sensu asserat resurrectionem mortuorum: quod certe leve esset ex inolita prava consuetudine nec errore vacante fidei mysterio praesidium quaerere. Valentiniani vero angelos sic baptizari pro hominibus volunt, et salutem consequi cujus nomine angelus aliquis baptizatus sit, quae merae sunt naeniae et nugae. Chrysostomi expositio, quod nos ipsi qui intingimur, *ὑπὲρ τῶν νεκρῶν* baptizemur pro mortuis nostris corporibus, et in fidem resurrectionis illorum, quam ore profiteamur dum symbolum reddimus, et signo repraesentemus, dum aquis immergimur et emergimus, ac piscinam Pauli phrasi pro sepulcro habemus in mortem Christi baptizati illique consepulti, ipsa una vera dignaque Paulo et argumento haberi possit, frustraque est quicquid in eam arietat Scaliger, quod non scriptum sit, *ὑπὲρ νεκρῶν βαπτιζόμενοι*, sed *ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*, addito articulo, quod est *ὁριστικόν*, quasi baptizari pro uno aliquo mortuorum, non quasi generatim pro mortuis ad resurrectionis adstruendam fidem. Certe argutus homo, ut vim Graecae vocis agnoverit quam hactenus parum adverterunt etiam acutissimi interpretes, Joan. Chrysostomus et Graeci alii, imo certe adverterent qui in Graecis et tirones sint, sicque vere *ὑπὲρ τῶν νεκρῶν* baptizamur, pro nobis ipsis nostrisque corporibus mortuis, ut resurrectionem quae est in Christo et ad vitam consequamur, non quae beneficio quasi Creatoris etiam malorum futura est, ut et corpore totoque homine quo peccaverunt poenas ducant, tametsi eam sic credamus exque symbolo reddamus, ex quo ipso nugacissimus Aristarchus Christi *εἰς Ἅιδου κατάβασιν* descensum ad inferos temere nimis expungit. COMBEF.

434, 25. *διὸ καὶ ἐν τῇ χειροθεσίᾳ*] Constitut. apostol. 8, 9. *χειροθεσία καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ*. Oratio, quae cum impositione manuum fiebat, *χειροθεσία* quandoque dicta videtur: hinc postea in his Excerptis *εὐχαὶ διὰ χειρῶν*, quae scilicet fiebant impositis vel sublatis manibus. Conf. quae ad Constitutionum apost. locum jam dictum annotavit Cotelerius. POTT.

*ἐν τῇ χειροθεσίᾳ ... ἐπὶ τέλους*] Manuum haec admotio in baptismo, de quo superius, vicem unguenti in consignatione diaconica perinde ac in ordinatione, in qua leguntur publicae scilicet preces, quarum

fuit haec pars aliqua eique successerit, quod ita modo in fine habetur: Πρὸς τὸ ῥυσθῆναι αὐτοὺς σὺν ἡμῖν πάσης θλίψεως ἀργῆς καὶ ἀνάγκης, *ut nobiscum liberentur ab omni afflictione et angustia.* Fuerit itaque εἰς λύτρωσιν ἀγγελικήν, non absurdo illo sensu quem auctor ponit, quasi angelo redemptore qui pro nobis baptizatus fuit, sed ut neophyti pari angelis sorte vel etiam illis intercessoribus a malis liberentur, fortesque pugiles sint. Quod si haeretica haeretico spiritu composita formula et precatio ipsa Valent. nihil nostra attinet explicare. COMBEF.

434, 31. εὐθέησε δὲ λυτρώσεως καὶ τῷ Ἰησοῦ] Spurcissima blasphemia ὅρος ipse Christus est qua ostium ut in sequentibus, sine quo et cruce non ejus meritis ingredi velint in coelos εἰς τὸ πλήρωμα, in quorum sic nomine angeli baptizati sunt. Ut sic errorem errori nectant, fiatque illorum chaos immensum. Quasi et Christo fuerit damnatio quaedam quod carnem assumpsit seu illi copulatus est, per quam obnoxius fieret defectui, eumque contingeret τοῦ πληρώματος sensu capi. Facessat ille Theodotus ejus auctor dogmatis ac forte totius lucubrationis, quem breviator illaudatum sic bella parte abire non voluit, ac cujus sequentibus passim auctoritatem arcessit. COMBEF.

P. 435, l. 13. διὰ τοὺς ἀρίστους] Verius esse videtur διὰ τοὺς ἀριστερούς, *propter sinistros*, ut p. 339, 24. Mox sane v. 15. memorantur etiam δεξιοὶ ἄγγελοι. SYLB.

435, 24. κατὰ εἷς] Scribendum potius conjuncte καθείς. POTT.

435, 25. εἰς διακονίαν] Conf. quae paulo superius dixit auctor. POTT.

P. 436, l. 14. συνεισέρχηται] Fortasse συνεισέρχεται, ut sensus sit, *cum vero ipse intrat, semen quoque cum eo intrat.* De mystico autem summi sacerdotis in sanctuarium introitu et habitu ejusdem latius supra p. 240, 19. 241, 12. SYLB.

436, 18. τό τε πέταλον] Non solum laminam auream nomine DEI inscriptam ponebat sacerdos intra secundum velum ingressurus in die expiationis, verum etiam reliquum omnem ornatum ex ritu summi sacerdotii, quod luctus habitu et poenitentis illuc ingrederetur, ac quasi simplex sacerdos, nullaque majori pompa a reliquis: quae vera ac literalis ratio, non quam auctor ex sua aut Valentinianorum persona hic ἀλληγορεῖ. COMBEF.

P. 437, l. 1. μεταβαίνει] Lactantius 7, 8. "Necesse esse in terram resolvi quod est in homine ponderosum et dissolubile: quod autem tenue atque subtile, id vero esse individuum, ac domicilio corporis velut carcere liberatum, ad coelum et ad naturam suam pervolare. Haec fere Platonis collecta breviter, quae apud ipsum late copioseque explicantur. In eadem sententia fuit etiam Pythagoras antea, ejusque praeceptor Pherecydes." POTT.

P. 438, l. 1. ὁ γὰρ συνεπάθησεν] Legendum videtur οὐ γὰρ συνεπάθησεν. aut ὅ interrogative capiendum pro τί. SYLB.

438, 2. φησὶν ὁ Θεόδοτος] Esse Theodotum inter Valentini sequaces clarum, qui, velut alii, sectam auxerit acceptaque dogmata cum aetatis plenae majori impietate cumulaverit. Absurdus igitur epitomatori visus, qui ab illo notatur ut impius: et certe impium quod Deo πάθος tribuit, velut more nostro miserando perturbetur labemque ullam incurrat aut vitium, quod utrumvis solet prodere πάθος. COMBEF.

438, 3. τοῦτο] Aptius καὶ αὐτό: nempe τὸ ὅλον. SYLB.

438, 14. ὁ δὲ βουληθεὶς αἰὼν] Clare hoc peccatum diaboli ex superbia

ejus poena scelerumque ex illa castigatione, ut se adversus Deum erigant et quasi a se sibi esse et quas possident dotes tribuant: nec alia in istis desint verae fidei consona, sed fabulis immixta illisque obruta, quibus sic superbi homines et qui scientiae arcem tenere in Christianis videre vellent, in confusione sua gloriam quaererent, eamque inter Satanae primogenitos, quasi apostoli Joannis oraculo haberent. COMBEF.

P. 441, l. 29. *οὐκ ἔστι μου ἀδελφός*] Vulg. Bibl. Matth. 10, 39. *οὐκ ἔστι μου ἄξιος* atque ita etiam Clemens supra p. 321, 19. Ferri tamen et *ἀδελφὸς* potest, quoniam apud Lucam 14, 27. est *οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής*. SYLB.

P. 442, l. 3. *δύναμιν*] *δύναμιν* accipiendum per ellipsin praepositionis *κατά*· aut transposita copula legendum, *δύναμιν δόντος καὶ πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν*. SYLB.

442, 28. *τῆς ἔνδον*] Videtur opponere *τὸ τῆς ἔνδον, τῷ δευτέρας κτίσεως*, ut velit mundum interiorem et quod pleromate continetur, quicquid affectuum est, passionum, vitiorum, aegritudinum difflasse et exstirpasse, etc. Haec Valentinianorum Gnosticorumque doctrina, ex illis Origeni disputata et in Ecclesiam invecta. COMBEF.

P. 443, l. 7. *συγκρίματα*] Eandem vocem paulo infra adhibet, *ἐξ ὧν τὰ συγκρίματα δημιουργεῖται*. POTT.

443, 26. *τὸ ἄμορφον*] De informis vise et Basilium p. 6. H. SYLB.

P. 445, l. 5. *θείᾳ*] *θείᾳ* legendum esse dativo casu satis declarant sequentia. SYLB. Hoc *τῇ ψυχῇ τῇ θείᾳ* vel *τῇ θείᾳ ψυχῇ* scribendum foret, ut paulo post *τὴν θείαν ψυχὴν* et *τῆς θείας ψυχῆς*.

445, 18. *εὐνοεῖν αὐτῷ*] Idem ac Luc. 12, 58. *ἀπηλλάχθαι*, cum illo transigere, res componere, ac litem finire antequam judicio cum illo experiare. Sed durior haec Valentinianorum allegoria, ut *εὐνοεῖν* carni intelligatur qui jam deterit et extenuat, ut ipsa tandem diffleturque et evanescat, nullamque moram faciat, dum erit transitura per ignem. De corpore carnis vitaque carnali et peccato nihil abhorreret, metaphora ducta ab iis qui ipsi litem dirimunt sibique donant, aut mitius justum faciunt antequam judicis sententia severiore cogantur. COMBEF.

445, 22. *διαπνεῦσαν*] Hac voce utitur Clemens Strom. 7. p. 848. POTT.

P. 447, l. 10. *πᾶς Ἰσραὴλ*] Arcerius post haec verba addendum putat *σωθήσεται* ex Rom. 11, 26. Sed subaudiri etiam potest ex antecedenti membro verbum *εἰσελεύσεται*, id est *tunc demum totus Israel intrabit*. De insitione autem latius tractatum supra p. 285, 34. SYLB. Non cogitandum de hujusmodi ellipsi. Quamobrem addidi *σωθήσεται*.

P. 448, l. 11. *λέγει*] Post hoc verbum deesse videtur *σύλληψιν*, aut simile quid. SYLB. *Fabricam* in interpretatione Latina supplevit Combef.

448, 14. *ἕτερος ἦν ᾧ ἀνείληφεν*] Congruentius fortasse *ἕτερος ἦν οὗ ἀνείληφεν, alius* (seu *diversus*) *ab eo quem assumpsit*. SYLB.

P. 449, l. 9. *ἀπείλεσε μὲν τὸν θάνατον*] Legendum videtur *ἠπείλησε μὲν τῷ θανάτῳ, minatus est morti*: vel saltem *ἀπείλησε, devolvit* (id est submovit) *mortem*. SYLB.

449, 23. *ἐν κυριακῇ ἐν ὀγδοάδι*] Scribendum potius videtur *ἐν κυριακῇ ὀγδοάδι*. POTT.

P. 450, l. 14. *κατὰ μόνας*] Malim conjuncte *καταμόνας*. POTT.

450, 18. *Σαλώμην*] Responsum Christi ad interrogationem Salomes narratum etiam supra p. 161, 17. [p. 540.] SYLB.

P. 451, l. 9. *ἄστρα*] De astris Philo quoque p. 6. *οἷς δυνάμεις μὲν ἔδωκεν ὁ θεὸς, οὐ μὴν αὐτοκρατεῖς.* H. SYLB.

P. 452, l. 15. *ἀστροθεσίαν*] Post hanc vocem non male distinxeris, ut sequens commation *καινῷ φωτὶ* cum sequenti participio jungatur, non cum antecedenti. SYLB.

452, 24. *ὅτι θεοσεβῶν*] Plena structura est, *ὅτι θεοσεβῶν ἐτέχθη βασιλεύς τότε γὰρ Ἰουδ.* SYLB.

P. 453, l. 14. *λέγεται*] *λέγεται* ferri potest, nempe pro *ὁμολογεῖται*: si quis tamen *λείπεται* aut *φεύγεται* malit, per me licet. SYLB.

P. 454, l. 8. *οὕτως .. φύσιν*] H. MS. *οὕτως ἐστὶ τὸ ἐπουράνιον πῦρ διαστὸν τὴν διαφορὰν φύσιν.* Ubi constructionis norma in clausula postulat potius *διάφορον φύσιν*, vel *διαφορὰν φύσει*, aut accusativorum illorum alteruter redundat. SYLB.

454, 11. *διὰ πνεύματος*] H. *διὰ τοῦ πνεύματος*, cum articulo. SYLB.

454, 17. *ἀγιάζεται τῇ δυνάμει τοῦ ὀνόματος*] Gregorius Nyssenus homilia in s. baptisma. H. De exorcismo autem quod sequitur, non congruit cum eo, quod supra docuit Clemens p. 177, 1. SYLB.

454, 29. *εὐχαὶ χειρῶν*] *χειρῶν* supervacuum videtur, ideoque tollendum. SYLB. Scribendum absque commate interposito *εὐχαὶ χειρῶν*. Nam *χειρῶν* ad praecedens *εὐχαὶ* referri debet, non ad sequens *γονυκλισία*, ut fit in editt. vulg. Sunt autem *εὐχαὶ χειρῶν preces*, quae *manibus* impositis, vel ad coelum sublatis fiunt, ut paulo superius dictum est. Conf. Constitut. apost. 8, 9. et quae ibi annotavit Cotelerius. POTT.

P. 456, l. 1. *Ἐκ τῶν προφητικῶν ἐκλογαί*] Excerpta ista ex propheticis an et ipsa e Theodoti scriptis collecta sint, et an a Clemente collecta, non immerito ambigas. Nam et stilus in nonnullis et sententiae a superioribus discrepant: neque omnia ex unius auctoris sententia deprompta esse declarat additiuncula ista p. 347, 19. *ὡς δὲ ἡμεῖς ἂν φαίημεν, παιδευτικήν·* et rursum p. 350, 7. *ὁ Πανταίνος δ' ἡμῶν ἔλεγεν ἀορίστως τὴν προφητείαν ἐκφέρειν τὰς λέξεις.* SYLB. Hae Epitomae atque Electa indicio sunt fuisse in pretio opus ipsum, sed sua prolixitate deterruisse ab scribendo: dumque illis eruditi homines ejus solantur absentiam, sic demum interiisse; ut in aliis fere contingit, quorum sic factae sunt *Ἐκλογαί*. Leve autem quod Clementis *Ὑποτυπώσεων* Eclogarum habemus, hinc colligitur, quod illis omnium pene locorum Scripturae breves expositiones aliis commixtae haberentur, sic quasi confuse, quae sic paucae exstant in his Electis. Caute omnino legenda quae sic vera falsis commixta, nec satis distincta, ejus generis ad nos veterum pervenere, quantavis eruditione, monumenta. COMBEF.

456, 5. *εὐλογεῖτε ἄγγελοι τὸν κύριον*] Vulg. Bibl. in cantico trium puerorum *εὐλογεῖτε ἄγγελοι κυρίου τὸν κύριον·* et mox, *εὐλογεῖτε ὕδατα πάντα τὰ ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ, τὸν κύριον.* SYLB.

456, 12. *εὐλογεῖτε τὰ ἄστρα*] Articulus *τὰ* additus ex eisdem Bibl. Eadem mox *οἱ σεβόμενοι τὸν κύριον*, cum articulo. Sed non legitur hoc canticum in Hebraicis Bibliis: ideoque seorsum inter apocrypha collocatur. SYLB.

456, 18. *Ἐνὼχ*] Enochi librum citant etiam Origenes De principiis

l. 4. c. ult.; Hilarius ad Psalm. 132. Constit. apost. auctor 6, 16. aliique plures. POTT.

P. 457, l. 5. *γηγενὲς φρόνημα*] In Flor. geminae lectionis sunt vestigia, *γηγενὲς φρόνημα* et *γηγενῆ φρονήματα*. SYLB.

457, 12. *μεγάλη ἡμέρα τοῦ Ἰσραὴλ*] Locus de *magna Israelis die* exstat Oseae 1, 11. SYLB.

457, 25. *ποταμὸν τῆς ὕλης*] Respicit ad duos mirificos Israelis transitus; alterum per mare rubram, Mose duce, Exodi 14. alterum per Jordanem fluvium, duce Josua, Josuae cap. 13. Alteri autem horum tam ducum quam prophetarum, nempe Josuae, nomen Servatoris nostri dicitur fuisse inditum: quia et ipse Ἰησοῦς in Graecis Bibliis appellatur, sed addito discrimine, ὁ Ναυῆ, *Navae filius*. SYLB.

P. 458, l. 10. *πνεύματα*] Credebant e veteribus nonnulli spiritus seu bonos, seu malos, humanis animabus semper assistere. Conf. Hermae Pastor. lib. 2. mand. 6. sect. 2. et quae ibi annotavit Cotelerius. POTT.

458, 30. *προσβολὴν*] Legendum videtur divise *πρὸς βολὴν*, aut *πρὸς ἐπιβολὴν*, seu *ἐπιβουλὴν*. SYLB.

P. 460, l. 18. *ἡ νηστεία*] De jejunii abstinentia vide et Basil. p. 133. et 137. H. SYLB.

P. 461, l. 15. *ἀποστελῶ ἐπ' αὐτοῖς*] Fortasse *ἀποστελῶ ἐπ' αὐτοὺς*, vel *ἐπαποστελῶ αὐτοῖς*· aut *ἐπ'* omnino tollenda est. SYLB.

461, 28. *ἐὰν ἄξιοι*] Sic quoque distingui locus poterit, *ἐὰν ἄξιοι καὶ ἐπιτήδειοι φανῶμεν· εἰ μὴ* (id est *εἰ δὲ μὴ*) *παρήσει πρὸς τὸ οἰκ. τέλος*. SYLB.

P. 464, l. 12. *μου ὀπίσω*] Vulg. Bibl. *ὀπίσω μου*, Matth. 3, 11. Luc. 3, 16. Joan. 1, 27. SYLB.

464, 14. *Ἡρακλέων*] Conf. Augustinus De haeres. cap. 16. POTT.

464, 15. *κατεσημήνατο*] Pluraliter legendum videtur *κατεσημήναντο*· ut feratur ad *ἕτοι*. Nec enim vel ad Christum vel ad Heracleonem referri verisimile videtur. SYLB.

P. 465, l. 7. *φρόνιμον*] Conf. Clemens Paedag. 3, 8. p. 280. not. POTT.

465, 21. *ἢ μηδὲν ἀδύνατον*] In Flor. sunt etiam alterius scripturae vestigia, *ἢ μηδὲν ἀδύνατος, quae nihil non facere potis est*. SYLB.

P. 466, l. 6. *ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων*] Non minus apte sic legeris, *ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων ἑκάστοτε βασανιζόμενον, ἀκριβοῦς τῆς ἐξετάσεως τυγχάνον, ἄκρας καὶ τῆς ἐπιμελείας ἀξιοῦται*. SYLB.

466, 14. *μαγνῆτις*] Similitudo de Magnetis lapidis natura, usurpata etiam supra p. 299, 13. et apud Philonem p. 630. sed aliam ejus rei causam annotat Joannes Brodaeus Miscell. 3, 29. SYLB.

466, 19. *φθόνος δὲ ἀπείη*] Sensus est, *Dei* (*absit verbo invidia*) *gnostici*, i. e. hominis gnostici in divinam quandam naturam transmutati: quod tamen absque invidia dictum volo. SYLB.

P. 467, l. 14. *ἄνευ γνώσεως· τῶν γὰρ εὐχρήστων καὶ ἀναγκαίων*] Haud scio an verior scriptura sit, *ἄνευ γνώσεως τῶν γοῦν εὐχρήστων καὶ ἀναγκαίων*. SYLB.

467, 24. *τῆς ἀληθοῦς*] Legi etiam potest *τἀληθοῦς*, aut cum *τῆς ἀληθοῦς* ex praecedenti membro repetendum *διδασκαλίας*. SYLB.

P. 468, l. 2. *ὄντων*] Congruentius *ὄντος*, ut paulo ante *ἔχοντος*. SYLB.

468, 4. ᾧ γε . . . γενέσθαι] Paulo congruentius, ᾧ γε καὶ διὰ τὸ ζῆσαι εὖ ὑπῆρξεν ἄξιον τοῦ ζῆν, ἀεὶ γενέσθαι· *cui etiam ob vitam recte actam, vita dignum foret semper esse superstitem.* Sensus est, ἐν πολλῷ τῷ βίῳ μακαριστὸς γενόμενος οὐ διὰ τὸ μακρὸν ζῆν, ἀλλὰ διὰ τὸ εὖ ζῆν, καὶ διὰ τὸ εὖ ζῆσαι, τοῦ ἀεὶ ζῆν ἄξιος γενέσθαι. SYLB.

P. 469, l. 6. ἦν] Etiamsi ᾖ legamus pro ἦν, tamen ne sic quidem sat recte constare videtur sententia. SYLB.

P. 470, l. 11. Ταταιανὸν] Conf. Gul. Cave Histor. litter. vol. 2. p. 33. et testimonia de Tatiano in ejus edit. Oxon. p. 7. POTT.

470, 15. λόγῳ] Ambiguum est λόγῳ an λόγων scripserit auctor. SYLB.

P. 471, l. 5. κατὰ αἶνόν σου] A. legendum suspicatur καθὰ εἰς αἰῶνας δεδόξασται· alludi enim ad locum qui est Sap. 3. In Flor. edit. corrupte scriptum κατὰ αἰνονόσω. SYLB.

471, 26. τῆς κτίσεως] Aptius τῆς κτήσεως, *acquisitione et possessione bonorum:* itemque mox τὴν κτῆσιν· ut declarant sequentia. SYLB.

P. 472, l. 2. ἀναστρέφει ἐπὶ μόνους τοὺς ἐν σαρκί] Paulo melius ἀναστρέφει ἔτι μένοντας ἐν σαρκὶ, *adhuc commorantes in hac carne:* ut ἀναστρέφει τῆς προσπαθείας per ellipsin praepositionis ἀπὸ dictum sit, ut alibi ἀνακαλεῖ. SYLB.

472, 5. πείρας] Non male cum H. legemus μοίρας. SYLB.

472, 29. ἔμψυχον] Post hanc vocem in Flor. defectus signum est, cum tamen structurae nihil desit. SYLB.

P. 473, l. 4. οἱ οὐρανοὶ] Enarratio est Psalmi 18. quae quantum huc quadret judicent alii. SYLB.

473, 6. ἐνέργεια προσεχής] Etiamsi legas ἐνεργείᾳ προσεχεῖς, parum lucis sententiae accesserit. SYLB.

P. 474, l. 2. ἐᾶν] Pro ἐᾶν structura postulat εἶα vel εἶασε, *sivit.* Lucas cap. 4. dicit, καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. Sequentia vero, ἀνεβάλλετο τὴν εὕρεσιν εἰς τὴν ἀνάστασιν, alludere videntur ad narrationem quae est in Evangelio secundum Nicodemum. SYLB.

474, 9. Ἐνώχ] Apocryphis plurimum delectatus Clemens, in quibus hic liber Enoch, Petri Revelatio, Praedicatio, etc., ex quibus proclive haurire, quae sanae doctrinae adversantur; aut certe nescio quo genio, ac velut ostentandae eruditionis fumo quodam sic promere, et chartis oblinere, vel etiam docendo obtrudere; quod magistrorum Κατηχήσεως Alexandriae vitium non leve videtur, ad quod forte cogeret ipsa gentis indoles, et quod nisi his instructi mercibus, omnique τῇ ἔξω sapientia (saeculari scilicet ut Graecanica), quantum decebat apud auditores, fidem non obtinebant. COMBEF. Vide hunc Enoch de angelis librum partim editum in Animadvers. Scal. ad Eusebium. Conf. Clementis Strom. 1. p. 366. not. item Recognitiones Clementis 4, 26. et Clementina homil. 8. c. 12. et seq. POTT.

P. 475, l. 2. τὴν θέρμην αὐτοῦ] Vulg. Bibl. Psalmo 18. τῆς θέρμης αὐτοῦ. A. SYLB.

475, 6. Πανταῖνος] Meminit hic Pantaeni, quod de illo advertit Eusebius 6, 13. ejusque sententias aliquas affert: quanquam non praeceptorem aut magistrum vocat, sed solum Pantaenum ἡμῶν, *nostrum*, sive Alexandrinum perinde velit, sive etiam hominem ecclesiasticum, quem Hermogeni opponat, qui forte ἀπὸ τῶν αἱρέσεων fuerit. Quid si

ipse Hermogenes, cujus Paulus meminit 2 Tim. 1, 16. qui sic ab eo (sanaque adeo doctrina) aversus sit, cum eum Jacobus prius ex mago convertisset: haud dissimilis Simoni aut Elymae, cujus sententias Dionysius refellit. Longe distant, quod Pantaenum, suum Clemens dicat, et quod suum magistrum, sive Eusebius τὴν διδασκάλου vocem addidit, sive qui fecit ἐκλογὰς sustulit: sic levi lapsu nutat veritas, nec ubique Eusebium auctores assecutum, aut satis expressisse dicta illorum ac sensa, in Irenaeo, Tertull., etc., observavit, qui sic strenue in eo nuper laboravit, Hen. Valesius. COMBEF. Pantaenum Clementis magistrum memorat Eusebius H. Eccl. 5, 10. et 6, 6. et Photius in Excerptis ex Clemente Alexandrino, quae volumini primo praefiximus.

475, 17. ἀποκαταστησόμενος] Flor. ἀποκαταστησόμενοι. Quae lectio non male congruit, si respicias sequentia. Nostrae scripturae, singulari numero, cohaerentia haec est, a v. 11. ὁ κύριος ἐλεύσεται, καὶ (i. e. etiam) τοὺς δικαίους, τοὺς πιστοὺς (sequentia enim sunt parentheta), εἰς τὴν αὐτὴν ἑνότητα ἀποκαταστησόμενος. Forsan etiam sequentia sic legenda, ἀλλ' ὁ μὲν ὡς κεφαλή, οἱ δὲ ὡς μέλη. καὶ τούτων οἱ μὲν ὡς ὀφθ. SYLB.

P. 476, l. 5. μεθ' ἡλίου] Forte καθ' ἡλίου, vel ἐφ' ἡλίου, *in sole*; ut v. 18. Sequentia quoque sic interpolabuntur paulo melius: ταγήσονται ἓν, ὥσπερ κεφαλὴ σώματος, ὄντος ἑνὸς, ὁ ἥλιος, ἐσόμενοί ποτε κατά τινα περίοδον καὶ αὐτοὶ ἄρχοντες ἡμερῶν. SYLB.

476, 26. Ἡλί] Quasi quidem ἐν τῷ Ἡλί. Hebraico אלי, quod solem significaret. SELD. Mira Hebraici sermonis inscitia, illa τοῦ ἡλίου, et Ἡλεί evangelici conjugatio: ut et quod Romani milites, illa voce Eliam appellasse Dominum in cruce putaverunt. COMBEF.

P. 477, l. 7. ὁ νόμος τοῦ θεοῦ ἄμωμος] Vulg. Bibl. Psalmo 18. ὁ νόμος κυρίου ἄμωμος. SYLB.

477, 23. τοῦτο ... δεδικαιωμένα] Haec parenthesi includenda sunt. POTT.

477, 27. δοῦλος οἷον Λαβίδ] Fortasse δοῦλος ἦν ὁ Δαβίδ. Qui mox sequitur locus e Petri concione citatus etiam supra p. 168, 12. et 154, 30. SYLB.

P. 478, l. 8. ἀνεξίκακος] In excerptis Augustanis itidem manca est hujus 18. psalmi enarratio. Sequitur in eisdem excerptis fragmentum Psalmi 19. hoc videlicet, ut H. notavit, κύριε, σῶσον τὸν βασιλέα τουτέστι τὸν εἰς βασιλέα κεχρισμένον λαόν. οὐ γὰρ μόνον τὸν Δαβίδ. διὸ καὶ ἐπάγει, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε. τὸ ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν καρδίαν τὸ καλὸν ὑπὸ τῆς γραφῆς λέγεται, καὶ τὸ νικῆσαι τὴν καλὴν βουλήν. Quae an digna sint Clemente penes acutiores esto judicium. SYLB.

ADUMBRATIONES] Haec Commentariola in priorem Epistolam canonicam S. Petri, Epistolam S. Judae, et duas Epistolas S. Joannis, Cassiodorus transtulisse videtur; illorum quidem meminit lib. *Divinarum lectionum*, ubi ait: *Clementem Alexandrinum Epistolam S. Petri primam, S. Joannis primam et secundam, et Jacobi* (rectius *Judae*), *Attico sermone declarasse.* Addit porro, quod si quidem Clemens ibi *multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est, se ita transferri fecisse in Latinum, ut, exclusis quibusdam offendiculis,*

*purificata doctrina ejus securior possit hauriri.* Nimirum se profitetur non tam interpretis quam censoris jure usum; et pessimo, utinam et singulari, exemplo, cum errores libello eximendos satageret, auctoritatem penitus labefactasse. Opus hoc in Bibliothecis Patrum, sub *Adumbrationum* nomine comparet, quo titulo laudatur a Fabro Stapulensi in *Commentariis in Epistolas catholicas*, quem etiam titulum sortitur in codice MS. vetutissimo coenobii S. Mariae Montis Dei, referente Philippo Labbeo in *Dissert. hist. de script. eccles.* Hosce commentarios partem fuisse autumo Ὑποτυπώσεων Clementinarum, et par est credere Cassiodorum, qui στρωματέα *contextorem* vertit, ὑποτυπώσεις *adumbrationes* reddidisse. Ex iisdem *Hypotyposeon* fontibus accipimus fragmentum illud non contemnendum, quod Nicetae Catena Graec. Patr. in Job, ex Bodleiana nostra bibliotheca ante aliquot annos [Londini a. 1637.] per Patricium Junium edita, nobis conservavit: cui et illa succedunt quae habentur in Catena in Lucam, quam Corderius Latine edidit. FELL.

P. 486, l. 35. intellector] Gnosticus, ex Clementis dialecto. POTT.

P. 487, l. 37. non sunt ex nobis] Lapsi et apostatae. POTT.

P. 490, l. 2. Nicetae] Prima fragmenti hujusce sententia occurrit superius in Strom. 4. p. 636. Ἰὼβ δὲ ὁ δίκαιος, Αὐτὸς, φησὶ, γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ· οὐ κτημάτων γυμνὸς, (τοῦτο μὲν γὰρ μικρόν τε καὶ κοινόν·) ἀλλ' ὡς δίκαιος, γυμνὸς ἅπεισι κακίας τε καὶ ἁμαρτίας. καὶ τοῦ ἑπομένου τοῖς ἀδίκως βιώσασιν ἀειδοῦς εἰδώλου. Quae sequuntur non tam ipsius Clementis esse videntur quam alterius cujuspiam auctoris, cujus nomen e Nicetae Catena excidit quod in hujusmodi operibus saepe alias fit. POTT.

# EXCERPTA

## EX NICOLAI LE NOURRY

## DISSERTATIONIBUS.

---

### DISSERTATIO I. CAPUT III.

#### ARTICULUS I.

*Quomodo Clemens sacros librorum Veteris et Novi Testamenti auctores divino spiritu afflatos fuisse senserit.*

Asserta *Cohortationis ad gentes*, triumque *Paedagogi* librorum a Clemente nostro scriptorum sinceritate et auctoritate, atque harumce commentationum aetate et integritate stabilita, illud primo diligentissime examinandum est quomodo in iis ille sacros cum Veteris tum Novi Testamenti libros a suis auctoribus, divino afflante Spiritu, compositos fuisse ubique constanter doceat et praedicet. Illorum itaque auctoritate et testimoniis contra paganos pugnare ubi incipit, his disputationem suam orditur verbis [a]: "Jeremias propheta sapientissimus, vel in Jeremia potius sanctus Spiritus (*μᾶλλον δὲ ἐν Ἱερεμίᾳ τὸ ἅγιον πνεῦμα*) Deum ostendit: Deus appropinquans ego," etc. Deinde vero postquam varia Veteris Testamenti, atque etiam Matthaei et Pauli apostoli testimonia protulit, continuo subnectit [b]: "Possum tibi Scripturas afferre innumerabiles, quarum ne apex quidem unus praeteribit, qui non perficiatur. Os enim Domini Spiritus sanctus ea est elocutus (*τὸ γὰρ στόμα κυρίου τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐλάλησεν ταῦτα*). Quid autem hoc loquendi modo sibi aliud Clemens voluit, nisi divinos Scripturae sacrae auctores nihil omnino in libris et epistolis suis scripto tradidisse quod ipsis a Spiritu sancto afflatum non fuerit et dictatum? Et id quidem ita persuasum Clemens habebat, ut Isaiae verba tanquam ab ipsomet Deo pronuntiata citare non dubitaverit [c]: "Efficiamini justi, ait Dominus (*λέγει κύριος*); qui sititis, venite ad aquas [d]." Quapropter expressissimis ille totidemque verbis dicit [e]: "Ipse est Dominus loquens in Isaia, ipse in Elia, ipse in ore prophetarum." Ne quis vero id ab eo temere prolatum esse causaretur, docet alibi sacras Scripturas ab Apostolo *θεοπνεύστους*, "divinitus inspiratas," appellari [f].

[a] p. 51. ed. Paris. a. 1641. [b] p. 53. [c] p. 59. [d] Isa. lv. 1. [e] p. 7. [f] p. 56.

At, inquiet aliquis, haec sacrorum prophetarum praerogativa fuit, ut nihil penitus, nisi sancto Spiritu afflante, scriberent aut loquerentur. Recte quidem omnino et pulchre. Atqui Clemens ubi ipsissima Matthaei et Lucae verba refert, ibi vocem eorum propheticam, hoc est, ipsis quemadmodum olim prophetis divinitus inspiratam, appellat: *μάρτυς ἡμῖν προφητικὴ παρέστω φωνή* [g]. Nec mirum sane, quandoquidem ille Spiritum sanctum non minus in Novi quam Veteris Testamenti scriptoribus ita locutum asserit, ut ii non pauca tantummodo prophetica, sed omnia verba sua illius instinctu atque afflatu literis mandaverint.

Quid vero quod Clemens in suis Paedagogi libris saepe saepius docet et repetit divinum nostrum Paedagogum ac Spiritum sanctum non modo in prophetis, sed in aliis sacrae Scripturae auctoribus ita esse locutos, ut nihil cordi magis habuisse videatur quam ut id discipulis suis creberrime inculcatum, ex eorum animis nunquam excideret! Varia itaque ejus testimonia huc congerere opus non est, quippe quae adeo frequenter occurrant ut eorum multitudine potius obrueretur lector quam doceretur. At illud tamen silentio praetermittere non possumus, quod vir doctissimus de Paulo nominatim praedicat [h]: "Qui in Apostolo erat Spiritus sanctus, Domini voce utens, dicit mystice: Lac vobis potum dedi [i]." Si enim haec verba, quae nomine suo ad Corinthios scribebat, Spiritu sancto afflante scripta sunt, caetera omnia ab illo aliis in epistolis tradita, ejusdem quoque divini Spiritus afflatu scriptis mandata esse quis audeat inficiari? Atqui eandem profecto Clementis de aliis cum evangelistarum, tum sacrorum quorumlibet auctorum libris et epistolis fuisse sententiam, nemo sanae mentis negaverit.

## ARTICULUS II.

*Quomodo Clemens testimonia sacrae Scripturae in Admonitione ad Graecos citaverit, et cur nonnulla in vulgatis ejusdem sacrae Scripturae libris non reperiantur, curve auctorem Proverbiorum puerum Hebraeum appellaverit.*

Quae ex Veteri Testamento Clemens non solum in Admonitione ad Graecos, sed in aliis quoque suis operibus loca retulit, ea ex Septuaginta Seniorum versione totidem saepe verbis, sed non semper transcripsit. Varia quoque testimonia ex variis capitibus deprompta sic aliquando conjunxit, perinde atque uno eodemque loco haberentur. Hinc sane factum est ut quaedam ab eo citentur quae in sacris Scripturae codicibus reperiri non potuerunt.

Sermonis autem initium ab hac ipsa ad Graecos Admonitione ut ducamus, haec in ea legimus ab illo citata sacrae Scripturae verba [k]: "Tibi autem tua permittit legitimo scilicet filio.....cui etiam soli promittit dicens: Et ad stabilimentum extendetur terra, interitui enim seu corruptioni non confirmatur." Quem in locum Hervetus: "Nec quid sit intelligo, nec ubi id sumpserit Clemens scio, perspicacioribus itaque id relinquo inveniendum." Neque id etiam invenere alii, a quibus hic Clementis liber typis postea excusus est; vel qui aliqua in

[g] p. 3. [h] lib. i. Paedag. p. 106. [i] 1 Cor. iii. 2. [k] p. 60.

eum ediderunt scholia. Sed ille Scripturae locus ideo inventu difficillimus est, quia a Clemente nostro memoriter descriptus non omni videtur carere mendo. Nam in manuscriptis nostris codicibus additur negatio, καὶ ἡ γῆ οὐ παραστήσεται. Fortasse etiam plures locos Clemens ibi, sicut etiam alibi, in unum congessit.

Facilius itaque illud est, quod paulo supra ex Isaiae prophetia retulit[l]: "Efficiamini justi, ait Dominus: qui sititis, ite ad aquam, et quicunque non habetis pecuniam, ite, et emite, et bibite absque pecunia[m]." Posteriora enim verba apud Isaiam reperiri ultro fatetur Hervetus. Sed ubinam priora, "efficiamini justi," scripta fuerint, penitus se ignorare declarat. Observat tamen Isaiam juxta LXXII Seniorum versionem superioribus verbis praemisisse ἴσεσθέ μοι δίκαιοι, λέγει κύριος[n]. At nulli profecto dubitamus haec ipsa verba a Clemente citari aut ex memoria, aut ex suo codice, in quo γενέσθε pro ἴσεσθε legebatur. Quod quidem eo haud absurde confirmari potest, quia non minor sit in subsequentibus verbis lectionum discrepantia. Apud eosdem quippe Seniores haec legimus: βαδίσαντες ἀγοράσατε, καὶ φάγετε, quae Clemens sic reddidit: βαδίσατε, καὶ ἀγοράσατε, καὶ πίετε.

Non alio sane modo eum Noviquam Veteris Testamenti verba retulisse cernimus. Testem enimvero Paulum apostolum hunc ille citat in modum[o]: "Eadem quoque ratione Apostolus Domini adhortans Macedonas fit divinae vocis interpres, dicens: Appropinquavit Dominus, cavete ne deprehendamur vacui." Monet autem Hervetus in Epistola ad Philippenses, quos constat fuisse Macedonas, priora verba ita repraesentari, ut pro ἐγγύς, quod in Pauli textu habetur, a Clemente ἤγγικεν positum sit. Caetera vero, quae ibi non occurrunt, a sciolo aliquo addita suspicatur. Sed ea in omnibus manuscriptis, tam recentioribus quam antiquissimis, quandoquidem reperiuntur, ex auctoris nostri textu non ita facile rejicienda sunt. Vero itaque similius videtur Clementem, si id ex aliquo non plane integro et incorrupto Epistolarum Pauli codice exscripsit, vel ad illius sensum duntaxat allusisse, vel memoria penitus lapsum.

Nec longe absimili memoriae suae errore quaedam verba nomine Oseae prophetae protulit[p], quae in solo Amosi libro reperire est. Sed haec obiter animadvertisse sufficiat. Si quae vero alia Scripturae sacrae loca aut mendosa, aut a primigenio textu paululum diversa, hoc in opere Clemens protulerit, ea satis accurate in ejus scholiis annotantur, ita ut de illis longam a nobis institui disputationem superfluum omnino videatur.

A nobis porro sine observatione non potest is praetermitti locus, ubi Clemens singulari plane modo librum citavit Proverbiorum[q]: "Quid tibi annuntiem sapientiae mysteria et verba ex erudito adolescente Hebraeo" (ἐκ παιδὸς Ἑβραίου σεσοφισμένου)? Extra dubium quidem esse videtur illum hoc nomine appellasse Salomonem. Quaedam enim ex octavo Proverbiorum capite transcripsit, quae eidem Salomoni ascribuntur. Sed cur eum Clemens simplici "pueri Hebraei" nomine appellaverit, dictu non ita promptum atque expeditum est. Nobis quidem non latet a Scripturae more non esse prorsus alienum, ut homines etiam provectioris aetatis sic vocitentur. De filiis etenim

[l] p. 59. [m] Isa. lv. 1. [n] In fine c. 34. [o] p. 56. [p] cap. 51. [q] p. 52.

Heli, qui jam et ipsi liberos susceperant, scriptum legimus: "Et erat peccatum puerorum (τῶν παιδαρίων) magnum valde[r]." At Clementem ad virum Hebraeum et hominum omnium sapientissimum Salomonem designandum hac voce, potius quam alia uti voluisse, qua, quaero, ratione probabitur? Incompertum nobis adhuc non est plures alias ejusdem vocis significationes, quas alibi explicabimus, ab ipsomet Clemente nostro afferri[s]; sed illae nihil plane ad nostrum propositum faciunt. Porro autem quid sentiamus, si roges, candide respondebimus illum a veritate minus nobis videri aberrare, qui dixerit Clementem "Hebraei pueri" nomine ad haec collineasse ejusdem Salomonis verba: "Ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea, et docebat me[t]." Cum enim Salomon ibi se tenellum et a matre sua edoctum profiteatur, hinc fortassis Clemens putavit illum "pueri" cognomine potuisse appellari.

## ARTICULUS III.

*De quibusdam Veteris Testamenti libris in Paedagogo laudatis, ac quam diverso a vulgata illorum editione modo plura eorum loca citaverit, et de nonnullis quae etiamnum in ea non occurrere videntur.*

Cum nullum nobis superfuerit Clementis opus in quo plura quam in *Paedagogo* suo sacrae Scripturae testimonia citaverit, operae pretium esse duximus de iis separatim disputare; postquam tamen ea sedulo examinaverimus, quae ab illo de quibusdam divini utriusque Testamenti libris memoriae prodita sunt. A Pentateucho itaque ut incipiamus, constat sane illud Moysi ab auctore nostro constantissime attribui[u]. Nonne enim aperte dicit Paedagogum nostrum in his libris per Moysen locutum, per eum, inquam, Moysen, per quem Israeliticum populum, ex Aegypto fugientem, in desertis conducebat[x]?

Si quid vero ex Psalmis colligat, tunc eos Davidi, vero eorum parenti, haud dubitanter asserit[y]. Proverbiorum quoque librum, quem in superiori lucubratione nomine eruditi adolescentis Hebraei ab illo laudatum vidimus, in his Salomoni nominatim adjudicat[z]. Hunc porro, non secus ac alios utriusque Foederis codices, afflante Spiritu sancto, scriptum fuisse aperte testificatur[a]. Quamobrem idem liber solo Sapientiae et Scripturae nomine ab eo aliquando citatus occurrit[b].

Quid vero, quod non magnorum tantum, ut aiunt, prophetarum libros, puta Isaiae, Jeremiae, Ezechielis[c], sed etiam minorum, Amos scilicet et Oseae, iis quorum nomen praeferunt, constantissime assignat[d]?

Quamvis autem librum Ecclesiastici ex sacro Hebraicae veritatis canone nonnulli excludant, illum tamen Clemens noster iisdem plane ac Proverbiorum librum appellat nominibus et titulis. Modo enim a doctissimo scriptore nostro Sapientia nuncupatur[e], modo Scriptura[f], et quod adhuc notatu dignius est, ab ipso haud dubitanter affirmatur Paedagogum, hoc est, Christum Dominum, in eo sicut in aliis Scrip-

[r] 1 Reg. ii. 17. [s] lib. i. Paedag. cap. 5 et 6. [t] Prov. iv. 3. [u] p. 80, 112, 123, 126, 149, 191, 220, 225, 254. [x] p. 110 et seq. [y] p. 112, 123, 126, 127, 128, 129, 130, 250, 252. [z] p. 122, 124, 127, 222, etc. [a] p. 212, etc. [b] p. 155, 193. [c] p. 117, 157. [d] p. 108. [e] p. 117, 136, 171. [f] p. 113, 126.

turae sacrae libris locutum fuisse[g]. Quid autem aliud inde colligas, nisi Clementem omnino persuasum habuisse hunc librum, sancti Spiritus afflatu conscriptum, ejusdem omnino esse ordinis atque alii quibus primus librorum Scripturae sacrae canon olim constitutus et compositus fuisse perhibetur?

Caeterum Clemens omnia horum aliorumque sacrorum codicum loca, a se citata, non alia plane quam in superiori commentatione, methodo refert et transcribit. Nam ea saepe saepius totidem, quot in LXXII Seniorum versione habentur, reddit verbis, sed non sine frequenti lectionum varietate. At saepe etiam nomen auctoris tacet, vel alicubi diversorum, quasi unius prophetae, verba copulat et conjungit[h]; saepius unum pro alio prophetam appellat; nonnunquam plura ex eodem Scripturae contextu, mediis tamen verbis penitus omissis, ab eo descripta legimus. Denique alia, sed pauca, ab ipso referuntur, quae in sacris librorum nostrorum libris vel non exstant amplius, vel saltem nec a nobis nec ab aliis reperiri potuerunt.

Non mirum itaque si haec doctis Clementinorum operum editoribus negotium profecto molestum et operosum aliquando facesserint. Et vero quid eo loco difficilius et spinosius, quo ille Jeremiae prophetiam hunc citat in modum[i]: "Eo usus est auxilio divinus Paedagogus, dicens per Jeremiam: Fuit tibi aspectus meretricis, impudens fuisti erga omnes, et non in domum vocavisti me, et patrem, et principem virginitatis tuae, et pulchra meretrix, et jucunda dux venenorum?" Hic enim locus tantae difficultatis Herveto visus est ut illius nodum nisi secando solvi posse non crediderit. In suis quippe commentariis nos ille admonet postrema hujusce loci verba: *καὶ πόρνη καλὴ, καὶ ἐπίχαρις, ἡγουμένη φαρμάκων*, a se fuisse praetermissa, quandoquidem ipsa neque in Hebraico textu, neque in Septuaginta Senum, neque Hieronymi versione invenerat. Sed animum non satis adverterat vir eruditus haec prophetae Nahum esse verba[k], quae a Clemente textui Jeremiae, perinde ac si illius essent, sine auctoris nomine adjuncta sunt.

Neminem porro vel tantillum morari potest, sicubi ipsemet Clemens Baruchi verba describendo, eundem tantum Jeremiam nominatim appellaverit[l]. Vetustissima enimvero ea fuit veterum Ecclesiae Patrum consuetudo, qua Baruchi verba, tanquam ab Jeremiae libro deprompta, saepe saepius se citare profitebantur. Rationem si quaeras, tibi illico respondebitur Baruchum fuisse Jeremiae amanuensem, atque idcirco librarii opus potuisse magistro ascribi. Interim obiter velim observes non minimum ejusdem Baruchi prophetiae testimonium solo divinae Scripturae nomine sic alibi a Clemente citari: *Παγκάλως γοῦν ἡ θεία που λέγει Γραφή*· "Pulcherrime alicubi dixit divina Scriptura[m]." Ejusdem igitur divini Spiritus afflatu, quo Jeremiae aliorumque sacrorum auctorum codices, eam scriptis mandatam esse fixum plane ratumque habebat[n].

Quam diverso autem a nostra LXXII Seniorum Graeca versione modo plurimos Veteris Testamenti locos ipsemet ille auctor noster retulerit, ex scholiis, in operum ejus calcem rejectis, facillime potest perspici.

[g] p. 201. [h] p. 125 et 126. [i] p. 123. [k] Nahum iii. 4. [l] Baruch iv. 4; iii. 13; Clem. p. 129 et 130. [m] Baruch iii. 26 et seq. [n] p. 161.

Sed quia ibi plura notatu dignissima, aut omnino praetermissa, aut non satis recte enucleata sunt, de iis brevis, sed quam accuratior a nobis fieri poterit, instruenda est disputatio.

Nobis itaque primus obviam venit Genesis locus, ex quo Clemens narrat Jacobum patriarchum cum Labani soceri sui oves pasceret, virgam habuisse styracinam [o]. Declarat quippe Hervetus se nec legisse, nec divinare posse, cur ille hanc virgam styracinam nuncupaverit. O mire sane docti tantorum in Clementis opera commentariorum scriptoris declaratio! Quid enim illi facilius, quam id apud Septuaginta Seniores legere: *Ἔλαβε δὲ ἑαυτῷ Ἰακὼβ ῥάβδον στυρακίνην χλωρὰν, καὶ καρυΐνην, καὶ πλατάνου·* "Sumpsit enim sibi Jacob virgam styracinam viridem, et nucinam, et platani [p]!" De styrace porro videsis Plinium [q], Dioscoridem [r], et alios qui de plantis et arboribus aliquid literis mandaverunt.

Quo autem propius Clemens ibi ad Graecam Seniorum versionem accedit, tanto sane longius ab ea recedere videtur, ubi quaedam Decalogi praecepta, non sine insigni additamento transcripta, nobis iterum ac tertio proposuit [s]: "Moyses nudo, inquit, capite prohibuit: Non fornicaberis, non moechaberis, idola non adorabis, pueris stuprum non afferes." Rursus vero postea [t]: "Non moechaberis, idola non adorabis, pueris stuprum non afferes, non furaberis." Nec, precor, respondeas Clementem eo in opere memoria lapsum. In alio enim libro eadem repetit [u]: "Non occides, adulterium non committes, puero stuprum non inferes, non furaberis." Quorsum ergo, inquies, haec verba, "pueris stuprum non afferes:" *οὐ παιδοφθορήσεις*, sacro textui inseruntur, quae in Exodo et Deuteronomio, vel in Matthaei et Lucae Evangelio frustra quaesieris [x]? Neque enim illa in illis aut illis aliis Bibliorum nostrorum codicibus aut versionibus occurrunt.

Nunquid ergo ea a Clemente explicationis gratia adjecta sunt? At adulterii interdicto non modo puerorum stuprum, sed omnes etiam concubitus illiciti prohibentur. Restat itaque ut ex veteri aliquo versionis Septuaginta Seniorum exemplari, atque ex illo forsitan, ubi ea quae *κοινή*, id est communis, uti Hieronymus docet [y], nominabatur, descripta fuerat, Clementem haec accepisse dicamus. Sed ea de re certius peritiores homines ferant judicium, per nos licet.

Ab eadem seniorum versione Clemens rursum abire pluribus videbitur, cum aliam a Moyse latam legem sic recitat [z]: "Moyses infrugiferam aliquando sationem symbolice repulit: Non comedes, inquiens, leporem, nec hyaenam:" *οὐκ ἔδεσαι, λέγων, τὸν λαγὼν, οὐδὲ τὴν ὕαιναν.* Etenim in utroque cum Levitici [a], tum Deuteronomii [b] libro legimus *τὸν δασύποδα καὶ τὸν χοιρογρύλλιον.* Atqui Plinius, quidquid nonnulli reclament, a dasypode leporem distinguit [c]. Sed Bochartus praeter hunc Plinium, hominem Romanum, qui haec animalia distinxerit, probat fuisse neminem [d]. Nihil ergo prohibet quominus Clemens aliquo in codice *λαγωόν* legerit.

[o] lib. iii. cap. 10, p. 242. [p] Gen. xxx. 37. [q] Plin. Histor. nat. lib. xii. cap. 17 et 25, p. 32 et 46. [r] Diosc. lib. i. cap. 63. [s] Clem. lib. ii. p. 191. [t] lib. iii. p. 260. [u] Admon. ad gent. p. 67. [x] Exod. xx. 14; Deut. v. 18; Matth. v. 27; Luc. xvi. 18. [y] Hier. epist. ad Sun. et Fretel. [z] lib. ii Paedag. p. 188. [a] Lev. xi. 5 et 6. [b] Deut. xiv. 7. [c] Plin. lib. viii. cap. 55, et lib. x. cap. 63. [d] Boch. lib. iii. De anim. sac. Script. cap. 32.

Ad hyaenae vocem quod spectat, eam Barnabas, quemadmodum Clemens noster, sacro in textu haud dubie viderat. Post memoratam enim Moysis legem, τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, "dasypodem non comedes," adjecit, ἀλλὰ οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ, "sed nec hyaenam manducabis [e]." At Cotelerius non putat Barnabam, atque idcirco Clementem, ad laudatos a nobis Levitici Deuteronomiique locos collineare, quandoquidem hyaena et choirogrillus, Bocharto teste, inter se discrepant [f]. Ad quam ergo legem Barnabas respexerit si ab illo quaeras, responsum continuo accipies eam tantum denotari, qua animalibus nec ruminantibus, nec ungulam dividentibus, comedendis interdicitur. Verum non magni profecto ponderis est haec conjectura. Nam Bochartus fatetur quidem Hebraeam vocem *saphan* saepissime verbo χοιρογρύλλιος a Graecis redditam, at ipse ibidem nos admonet quosdam quoque eam Graeco nomine λαγώς interpretari. Hieronymus vero, qui psalmum centesimum tertium interpretatus eandem vocem Latine *herinacium* dixerat, ad Suniam tamen et Fretellam scripsit: "Pro quo in Hebraeo positum est sophannim, et omnes χοιρογρύλλιος voce simili transtulerunt. Soli Septuaginta lepores interpretati sunt, τοῖς λαγοῖς, id est petra refugium leporibus [g]." Cum haec itaque Hebraea vox tam dubiae fuerit significationis, nemini, puto, probabile non fiet Barnabam et Clementem in Graecos Veteris Foederis incidisse codices, ubi supradicta vox ὕαινα Graece legebatur.

Frugalitatis specimen nos Clemens [h] dicit habuisse in Elia, "cum sedit sub rhamno," ὅτε ἐκάθισεν ὑπὸ τὸν ῥάμνον, et ab angelo delatus ei "erat subcinericius panis hordeaceus, et amphora aquae," ἐγκρυφίας κρίθινος ἦν, καὶ καψάκης ὕδατος. At ista quae ex libro tertio Regum deprompta sunt, paulo aliter apud Septuaginta habentur: ἐκάθισεν ὑποκάτω ῥαθμὸν . . . . ἐγκρυφίας ὀλυρίτης καὶ καψάκης ὕδατος. "Sedit sub rathmon . . . . . subcinericius siligineus, et lecythus aquae." In Latina autem vulgata: "Cum sederet subter unam juniperum . . . . . subcinericius panis, et vas aquae." In paraphrasi autem Chaldaica legimus: "Sedit sub genista una . . . . . dormiit sub genista una . . . . placenta perforata, prunis cocta, et lecythus aquae [i]." Verum haec una tantummodo vocis "hordeaceus" et "siligineus" Clementem inter et Septuaginta duos Senes diversa lectio tanti non est momenti, quae nos vel quemquam diutius detinere debeat.

Ad alia itaque ex Proverbiorum libro delibata ut veniamus, animadverte, quaeso, ubi Clemens noster scripsit [k] παιδεύει, Septuaginta dixisse ἐλέγχει [l]. Paulo post vero ille ex ejusdem libri capite vicesimo tertio versiculum decimum tertium et decimum quartum ordine inverso sic retulit: Σὺ μὲν ῥάβδῳ πάταξον τὸν υἱὸν, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου ῥῦσαι· μὴ ἀπόσχῃ νήπιον παιδεύων. εὕθυναι δὲ αὐτὸν ῥάβδῳ· οὐ γὰρ θανεῖται [m]. Contra vero Septuaginta: Μὴ ἀπόσχῃ νήπιον παιδεύειν, ὅτι ἐὰν πατάξῃς αὐτὸν ῥάβδῳ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ· σὺ μὲν γὰρ πατάξεις αὐτὸν ῥάβδῳ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ θανάτου ῥύσῃ [n].

Editis in omnibus error librariorum est, ubi haec verba Clemens in medium profert, μηδὲ ἐπιθύμει τῶν ἐδεσμάτων τῶν πλουσίων [o]. Nam haec

[e] Barnab. epist. p. 7. edit. Coteler. [f] Coteler. in epist. Barnab. p. 24. [g] Hier. epist. ad Sun. et Fret. [h] Paedag. lib. iii. p. 236. [i] 3 Reg. xix. 4, 6. [k] Paedag. lib. i. p. 122. [l] Prov. iii. 12. [m] Paedag. lib. i. p. 124. [n] Prov. xxiii. 13, 14. [o] Paedag. lib. ii. p. 141.

ex Proverbiorum libro, ultima voce immutata, accepta sunt, in quo legere est μὴ ἐπιθύμει τῶν ἐδεσμάτων αὐτοῦ [p]. Cur autem hic Proverbiorum locus nulla in Clementinorum operum editione indicatus sit alii viderint.

Neque Proverbiorum liber adhuc notatur, ubi scribit Clemens [q]: Λάχανα δὲ μετὰ ἀγάπης, ἢ μόσχον μετὰ δολιότητος· "Olera autem cum charitate meliora quam vitulus cum fraude [r]." Verum illa plane omnium Clementinis nostris editionibus praefectorum negligentia facile condonanda est, quandoquidem Clemens eo loci non solum auctoris nomen tacuit, sed videtur etiam ad ejus potius sensum quam verba respexisse. In versione namque Septuaginta seniorum sic legitur: Κρείσσων ξενισμὸς μετὰ λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν ἢ παράθεσις μόσχων μετὰ ἔχθρας. Qui' usdam in codicibus vox μετά ante λαχάνων desideratur: "Melior hospitalitas cum oleribus ad amicitiam et gratiam quam appositio vitulorum cum inimicitia."

Alibi autem ubi Septuaginta scribunt ὁμοίως ἄφροσιν, "similiter imprudentibus [s]," Clemens suo in codice constanter legerat ἄμοις ἀφρόνων, "humeris insipientium [t]." Ad propositum enim suum ex his verbis sic concludit: "Vim intemperantiae constantemque tolerantiam vocans humeros."

Hervetus se nescire profitetur undenam hoc effatum Clemens hauserit πενία δέ, φησὶν, ἄνδρα ταπεινοῖ "Paupertas, inquit, virum humiliat [u]." Versionem itaque Septuaginta seniorum non adierat, ubi illa eodem penitus modo in Proverbiorum libro habentur [x].

Aliquid in Graeco Clementis textu haud dubie librariorum oscitantia praetermissum est, ubi ista ex eodem Proverbiorum libro descripta sunt [y]: κρείσσων γὰρ αὐτῆς ἐστι. Etenim in manuscriptis nostris codicibus locus integer quemadmodum apud Septuaginta repraesentatur: κρείσσων γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν, πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι·. "Melior enim sapientia lapidibus pretiosis; omne autem pretiosum non est illa dignum [z]." Versu autem sequenti textus Clementis a Septuaginta non discrepat: nisi quod in illo omissa est vox βέλτιον, et addita καὶ ἀργύριον, et pro καρπίζεσθαι in illo καρπίζετε positum est.

Denique Clemens [a] haec Proverbiorum verba: "Oculi tui recta videant, supercilia autem recta annuant [b]," tanquam sua, nullo laudato auctore, textui suo sic inseruit, ut operum ejus editores id animadvertisse non videantur.

Nullus plane est seu Veteris seu Novi Testamenti liber, ex quo auctor noster plura, a sacro textu diversa magisque discrepantia quam ex Ecclesiastico collegerit. Sed haec nemini sane homini ullam debent admirationem movere. Tanta enimvero tamque multiplex est in hujusce libri et editis et manu Graeca scriptis exemplaribus varietas lectionum, ut quidam doctissimi viri de iis colligendis mentem consiliumque mutaverint, nec omnes a quoquam hactenus fuerint collectae.

Quapropter omnes Clementis lectiones, a sacro hujus libri textu discrepantes, hic accurate exhibendas esse duximus, rati eam collectionem,

[p] Prov. xxiii. 3. [q] Paedag. lib. i. p. 149. [r] Prov. xv. 17. [s] Prov. xix. 29. [t] Paedag. lib. ii. p. 193. [u] Paedag. lib. iii. p. 231. [x] Prov. x. 4. [y] Paedag. lib. iii. p. 234. [z] Prov. viii. 10. [a] Paedag. lib. iii. p. 257. [b] Prov. iv. 25.

etsi paulo longiorem, omnibus eo magis utilem et gratam fore, quo major est eruditissimi et antiquissimi nostri scriptoris auctoritas et diligentia. Nobis itaque, librorum ejus ordinem sequentibus, illud primum occurrit, *ὁ φοβούμενος κύριον ἐπιστρέφει ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ* [c]. Septuaginta vero *ἐν καρδίᾳ* simpliciter legunt [d].

Ab iis autem longe magis illud dissidet, quod postea a Clemente attexitur [e]: *Μάστιγες γὰρ καὶ παιδεία, ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας· συγκολλῶν ὄστρακον, καὶ διδάσκων μωρὸν (εἰς αἴσθησιν ἄγων τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀπηλπισμένον εἰς σύνεσιν ὀξύνων)*. Propterea aperte subjunxit, *ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέος ὕπνου* [f] *(ὃς τῶν ἄλλων μάλιστα θανάτῳ ἔοικεν)*. Quae enim unciolis includuntur, ea in vulgatis versionis Septuaginta Seniorum exemplaribus praetermissa sunt. Observat tamen Nobilius in quodam codice priora verba unciolis notata in quodam Graeco Bibliorum codice reperiri. At quemadmodum doctus ille vir lectorem suum admonere debebat haec verba apud Clementem nostrum, si tamen id novisset, inveniri, ita ab ejusdem Clementis scholiastis illa a sacro textu discrepantia annotari debuit. Neque etiam sine aliqua animadversione omittendum est in vulgata Latina versione haec legi: "Flagella et doctrina in omni tempore sapientiae. Qui docet famam, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem a gravi somno." Ubi vides eam in notatis a nobis verbis a Graeca versione adhuc recedere.

Postea vero Clemens ex eodem Ecclesiastici codice haec se accepisse testatur [g]: *Φόβος κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα, ἄφοβος δὲ οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι* [h]. Sed hic versus, in Latina hujusce operis versione repraesentatus, apud Septuaginta non occurrit. Drusius tamen in Complutensi codice, Nobilius vero in aliis libris se dicunt haec legisse, *φόβος κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα, παραμένων δὲ αὐτῷ* (ea vox a codice Complutensi abest) *ἀποστρέφει ὀργήν*· "Timor Domini repellit peccatum, et cum permanet, avertit iram [i]." Porro haec omnia in Syriaca Arabicaque versione non reperiuntur.

Versio Latina loco suo ea movit, quae ex Graeco textu capitis vigesimi sexti Clemens retulit [k]: *Ἵππος εἰς ὀχείαν ὁ φιλήδονος, καὶ μοιχὸς ἀλογίστῳ κτήνει παρομοιωθεὶς παντὸς ὑποκαθημένου χρεμετίζει* [l]. Nam in illa versione capite tertio supra tricesimum ita exhibentur: "Equus emissarius, sic et amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit." Sed jam interpretibus observatum plura alia ex hoc capite, et aliis quibusdam similiter translata, sicut et variae hujus loci lectiones ab iis et Clementis nostri scholiastis annotatae sunt.

A nullo autem Clementinorum operum scholiasta indicatur citatus ab illo alius, haud dubie Ecclesiastici locus: *Μὴ εὐφρανθῇς δὲ ἐπὶ μαρᾷ τρυφῇ* [m]. Unde porro haec desumpta sint dictu difficillimum. Nihil autem ad illud propius accedere videtur quam illa Ecclesiastici sententia: *Μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ* [n].

Quae Clemens refert [o]: *Ἀγαλλίαμα ψυχῆς καὶ καρδίας οἶνος ἔκτισται ἀπαρχῆς πινόμενος αὐτάρκως*· et paulo post: *Οἶνος πινόμενος πολὺς, ἐν ἀρεθισμῷ, καὶ παντὶ πτώματι πληθύνει*· Ea procul dubio ex capite 34.

[e] Paedag. lib. i. p. 113. [d] Eccli. xxii. 6, 7. [e] Paedag. lib. iii. p. 115. [f] Eccli. xxii. 6, 7, 8. [g] Paedag. lib. i. p. 116. [h] Eccli. i. 28. [i] Eccli. i. 19. [k] Paedag. p. 136. [l] Sept. xxvi. 6. [m] Paedag. lib. ii. p. 143. [n] Eccli. xviii. 32. [o] Paedag. p. 153 et 154.

versionis Seniorum excerpta sunt, ubi de vino: Καὶ αὐτὸς ἔστιστα εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις· ἀγαλλίαμα καρδίας, καὶ εὐφροσύνη ψυχῆς οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης· πικρία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολὺς, ἐν ἐρεθισμῷ, καὶ ἀντιπτώματι [p]. At in Latina versione haec capite 31. et a se invicem sejuncta, nec sine aliqua lectionum varietate exhibentur [q].

Nulla videtur esse dubitandi ratio ex ejusdem libri capite 31. hanc a Clemente nostro excerptam esse sententiam [r]: Ἐν οἴνῳ μὴ ἀνθρίζου· πολλοὺς γὰρ ἠχρείωσεν ὁ οἶνος [s]. In editione enim Septuaginta idem iisdem verbis legimus, uno excepto ἠχρείωσεν, pro quo positum est ἀπώλεσεν, "perdidit." At longe aliter in vulgata Latina: "Diligentes in vino noli provocare; multos enim exterminavit vinum."

Inventu quidem facile, sed a Septuaginta versione non idcirco minus diversum, istud Clemens tradit [t]: Ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσα (οἰονεὶ χόλος θεοῦ, οἰνομάχλη γυνὴ)... ἀσχημοσύνην αὐτῆς οὐ συγκαλύπτει [u]. Utraque, et Septuaginta et Latina versio brevior est; media enim verba, et a nobis notata, penitus omisit.

Alio porro in loco haec Latina versio id posuit quod Clemens refert [x]: Τὸ ἱκανὸν ἀνθρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ ἀναπαύσεται. Totidem enim verbis haec leguntur apud Septuaginta capite 31 [y], nisi quod pro articulo τὸ ibi leges ὡς, et τὸ ὀλίγον pro οἶνος, ac tandem ἀσθμαίνει pro ἀναπαύσεται. Verum in Latina versione isthaec capite tantum 34. sic redduntur: "Quam sufficiens est homini erudito exiguum vinum, et in dormiendo non laborabis ab illo [z]." An autem Clementinorum operum editores et amanuenses librarii vocem ὀλίγος haud insolita oscitantia praeterierint, in dubium non immerito revocaveris. Nam ea vox ad auctoris nostri scopum conducere ac plane necessaria videtur.

Neque integrum, neque iisdem plane verbis hunc Ecclesiastici locum Clemens exhibet [a]: Εἰσακούσατέ μου, καὶ ὡς ῥόδον πεφυτευμένον ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων βλαστήσατε, ὡς λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμὴν, καὶ εὐλογήσατε κύριον ἐπὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ [b]. At enim Septuaginta: Εἰσακούσατέ μου, υἱοὶ ὅσιοι, καὶ βλαστήσατε ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ἀγροῦ· καὶ ὡς λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμὴν, καὶ ἀνθήσατε ἄνθος ὡς κρίνον· διάδοτε ὀσμὴν, καὶ αἰνέσατε ᾄσμα· εὐλογήσατε κύριον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις.

Plura autem quam in polyglotta et Complutensi editione versionis Seniorum nobis Clemens alibi sic repraesentat [c], Ἀπόστησον ἀπὸ τῶν δούλων σου ἐλπίδας κενὰς καὶ ἐπιθυμίας ἀπρεπεῖς ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ· κοιλίας ὄρεξις, καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με [d]. Etenim in Latina versione ac memoratis versionis Seniorum editionibus, haec nec plura occurrunt: "Omne desiderium averte a me, aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentiae ne apprehendant me."

Drusius tamen, Hoeschelius et Nobilius testificantur in nonnullis hujus libri codicibus haec haberi, quae magis quidem Clementino textui, sed non omnino respondent: Καὶ γιγαντώδη ψυχὴν ἀπόστησον διαπαντὸς ἀπὸ δούλων σου· ἐλπίδας κενὰς καὶ ἐπιθυμίαν ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ (καὶ κρατήσεις τὸν θέλοντά σοι δουλεύειν διαπαντὸς) κοιλίας· etc. Verum

[p] Eccli. xxxi. 35, 36 seqq. [q] Vulg. Latin. cap. xxxi. v. 35, 36, 38. [r] Paedag. lib. ii. p. 757. [s] Eccli. xxxi. 30. [t] Paedag. lib. ii. p. 158. [u] Eccli. xxvi. 11. [x] Paedag. lib. ii. p. 159. [y] Sept. Complut. Eccli. xxxi. 19. [z] Eccli. Vulg. Latin., cap. xxxiv. 22. [a] Paedag. lib. ii. p. 183. [b] Eccli. xxix. 18, 19. [c] Paedag. lib. ii. p. 193. [d] Eccli. xxiii. 6, 7.

Nobilius ea quae uncinis comprehensa sunt penitus omisit. At tres illi critici hunc Clementis nostri locum, notatu sane dignum, tam alto silentio praeterire non debebant.

Nec ii diligentius annotarunt hanc Clementis a Septuaginta duobus Senioribus discrepantiam[e]: Ἐν περιβολῇ ἱματίου οὐ μὴ καυχήσῃ· μηδὲ ἐπαίρου ἐν δόξῃ πάσῃ παρανόμῳ οὔσῃ[f]. Apud Septuaginta siquidem legimus: ἐν ἡμέρᾳ δόξης, ultima autem verba desiderantur. Nos tamen Hoeschelius admonet in quibusdam sacri textus exemplaribus, Graeca manu descriptis, se legisse post verbum καυχήσῃ· ἰσχύει σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης παρανόμου μὴ ἐπαίρου.

His Septuaginta Senum verbis: Στέφανος γερόντων πολυπειρία[g]. Clemens noster addidit, καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἡ πολιὰ, ἄνθος πολυπειρίας. Postea vero ubi Clemens[h]: "In timore Domini tua permanebit," διαμενεῖ, Septuaginta reddiderunt ἔστω, "sit gloriatio tua[i]." Alia denique in his Clementis nostri libris occurrunt, excerpta ex Ecclesiastico testimonia, sacro ejus textui non plane consona et similia. Sed quia in Clementinorum operum scholiis et commentariis satis annotata sunt, illis iterum recensendis supersedendum esse duximus.

Ad prophetas igitur transeamus, videamusque quid Clemens ab eorum textu diversum prodiderit. Itaque quando citat[k] celebre istud Isaiae vaticinium, "Puer natus est[l]," ibi post vocem ἀρχή omisit ἐγενήθη, et pro καλεῖται, seu ut in aliis libris καλέσει, ipse posuit ἐκλήθη.

Magis dissimile istud est quod scribit[m], τοῖς ἀσεβέσιν οὐκ ἔστιν εἰρήνη, λέγει κύριος[n]. Septuaginta enim habent οὐκ ἔστι χαίρειν, λέγει κύριος, τοῖς ἀσεβέσιν.

Nec sine diversitate illud quoque legere est[o]: Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί φιλοῦσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πορρωτέρω ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ[p]. Nam in versione Seniorum haec exhibentur: Ὁ λαὸς οὗτος ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.

Ex eodem capite haec auctor noster desumpsit[q]: Οὐαὶ οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ ἐροῦσι· Τίς ἡμᾶς ὁρᾷ[r]. Septuaginta autem pro ἐν κρυφῇ legunt βαθέως, et plura ibi intermiscent, a Clemente, quamvis ad argumentum suum non parum conducerent, penitus intermissa.

Sed si ille quaedam ibi tacitus omisit, alibi plura quam in iisdem interpretibus occurrent, nobis hunc in modum tradidit[s]: Ἐκπλυνεῖ κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Ἰσραήλ· καὶ καθαρεῖ τὸ αἷμα ἐκ μέσου αὐτῶν, τὸ αἷμα τῆς ἀνομίας, καὶ τῶν προφητῶν τοὺς φόνους[t]. At Septuaginta: Ἐκπλυνεῖ κύριος τὸν ῥύπον τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων Σιὼν, καὶ τὸ αἷμα ἐκκαθαρεῖ ἐκ μέσου αὐτῶν. Haec illi, nec plura. An autem Clemens caetera explicationis gratia addiderit aliorum esto judicium.

Denique ex ejusdem prophetae primo capite quaedam totidem verbis ille expressit[u], nisi quod pro ὁλοκαυτωμάτων καὶ κριῶν, καὶ ἀρνῶν .... καὶ ἐρίφων ... βδέλυγμα ... καὶ τὰ σάββατα οὐκ ἀνέχομαι· Septuaginta paulo aliter habent: Ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν ... καὶ τράγων ... βδέλυγμα, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι[x].

Ad Jeremiam quod spectat, memineris, quaeso, pluribus jam obser-

[e] Paedag. lib. ii. p. 201. [f] Eccli. xxi. 4. [g] Paedag. p. 223; Eccli xxv. 6. [h] Paedag. p. 230. [i] Eccli. Sept. ix. 16; Vulg. 22. [k] Paedag. lib i. p. 91. [l] Isa. ix. 6. [m] Paedag. p. 131. [n] Isa. xlviii. 22. [o] Paedag. p. 176. [p] Isa. xxix. 13. [q] Paedag. p. 196. [r] Isa. xxix. 15. [s] Paedag. p. 241. [t] Isa. iv. 4. [u] Paedag. p. 261. [x] Isa. i. 11.

vatum quaedam hujus prophetae capita alio ordine in Vulgata quam in Septuaginta Senum versione repraesentari. Adi, si velis, ea de re Polyglottae editores, Nobilium, aliosque hujus prophetiae interpretes: quandoquidem id nos semel obiterque notasse sufficere credimus. Sacro itaque hujus prophetiae ex libro haec verba a Clemente citantur [y]: Ὡς μοσχάρια γαλαθηνά [z]. Sed in Senum versione aliter legimus: Ὥσπερ μόσχοι σιτευτοὶ τρεφόμενοι ἐν αὐτῇ· et in Vulgata Latina: "Quasi vituli saginati versi sunt."

Duplicem ejusdem Jeremiae locum quasi unum et eundem sic Clemens protulit [a]: Καὶ ἐμοίχευον τὸ ξύλον, καὶ τὸν λίθον, καὶ ἐθυμίασαν τῇ Βάαλ. At Septuaginta priora capite tertio sic exhibent: Καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον [b], posteriora autem capite secundo supra trigesimum, ἐθυμίωσαν ἐπὶ τῶν δωμάτων αὐτῶν τῇ Βάαλ [c]. Quae versione Latina sic redduntur: "In quarum domatibus sacrificabant Baal."

Paulo post Clemens: Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον ἡ γῆ [d]. Septuaginta vero: Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα [e]. Nec illis sane consonat Latina versio vulgata: "Obstupescite, coeli, super hoc, et portae ejus desolamini vehementer."

Non minor est illorum dissensio eo loci, ubi Clemens haec transcribit ejusdem Jeremiae verba [f]: Σπήλαιον ὑαίνης γέγονεν ὁ οἶκός μου. Enimvero in Septuaginta legimus: Σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί [g]. In Latina autem vulgata versione: "Avis discolor haereditas mea mihi." Rursus Clemens pagina sequenti ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθητέ μοι [h]. Septuaginta vero omittunt vocem μοι, et pro ἐγενήθητε habent ἐγενήθησαν· ac cum his facit Latina versio. Ipsemet autem Clemens eodem plane modo hunc locum antea retulerat [i]. Quid autem ex hac diversa unum eundemque Scripturae locum citandi ratione aliud colligas, nisi Clementem nonnulla saltem ejusdem Scripturae testimonia in medium memoriter protulisse?

Demum Clemens haec ex eodem propheta refert [k]: Καὶ ἐὰν χρίσῃ στίμμι τοὺς ὀφθαλμούς σου· sed aliter Septuaginta id reddiderunt: Καὶ ἐὰν ἐγχρίσῃς τιμῇ τοὺς ὀφθαλμούς σου [l]. Ad Clementem propius versio Latina accedit: "Et pinxeris stibio oculos tuos."

Mirum sane quam perturbato et inverso versionum libri Ezechielis ordine haec Clemens depromat [m]: Καὶ τὸ χωλὸν καταδήσω, καὶ τὸ ὀχλούμενον ἰάσομαι, καὶ τὸ πλανώμενον ἐπιστρέψω, καὶ βοσκήσω αὐτοὺς ἐγὼ εἰς τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου [n]. Nam haec sunt versionis Seniorum verba: Βοσκηθήσονται ἐπὶ τῶν ὀρέων Ἰσραήλ. Ἐγὼ βοσκήσω τὰ πρόβατά μου, καὶ ἐγὼ ἀναπαύσω αὐτὰ (καὶ γνώσονται ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος), τάδε λέγει κύριος κύριος. Τὸ ἀπολωλὸς ζητήσω, καὶ τὸ πλανώμενον ἀποστρέψω, καὶ τὸ συντετριμμένον καταδήσω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐνισχύσω, καὶ τὸ ἰσχυρὸν φυλάξω, καὶ βοσκήσω αὐτὰ μετὰ κρίματος. Quae notulis clauduntur, in Sixtina et vulgata editione Latina praetermissa sunt: sed ea in aliis et apud Theodoretum, ut Nobilius animadvertit, facile invenies.

Clemens itaque haec similiter, quae ibidem ex eodem propheta se delibasse non obscure indicat, ex memoria scripsisse procul dubio dicendus est: Et ero, inquit, pastor ipsorum, et ero prope ipsos sicut

[y] Paedag. lib. i. p. 86. [z] Jer. xlvi. 21. [a] Paedag. p. 121. [b] Jer. iii. 9. [c] cap. xxxii. v. 29. [d] Paedag. p. 122. [e] Jer. ii. 13. [f] Paedag. p. 190. [g] Jer. xii. 9. [h] Paedag. p. 191; Jer. v. 8. [i] Paedag. lib. i. p. 21. [k] Paedag. p. 220. [l] Jer. iv. 30. [m] Paedag. p. 125. [n] Ezech. xxxiv. 14, 15, 16.

tunica prope corpus ipsorum: Καὶ ἔσομαι αὐτῶν ποιμὴν, καὶ ἔσομαι ἐγγὺς αὐτῶν ὡς ὁ χιτὼν τοῦ χρωτὸς αὐτῶν[o]. Nisi enim memoriter haec retulerit, quo ex codice ab eo desumta sint, nobis hactenus esse incompertum ultro fatemur.

Alia quoque incidimus in loca, quae nostram, etsi quoad fieri potuit, maximam, non minus quam aliorum diligentiam penitus fugerunt. In primo siquidem libro[p] hoc nominatim profert Isaiae testimonium: Ἐγκατελίπετε τὸν κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. Unde autem haec verba a Clemente delibata fuerint, plane nescimus, nisi ad ista ille collineaverit: Ὑμεῖς δὲ οἱ ἐγκαταλιπόντες με, καὶ ἐπιλανθανόμενοι τὸ ὄρος τὰ ἅγιόν μου[q].

Hervetus fatetur se in sacris Scripturis ea non invenisse quae a Clemente hunc narrantur in modum[r]: "De eo autem qui praeter leges est, dicit Scriptura. Γυνὴ μισθία, ἴση σιάλῳ λογισθήσεται, ὑπανδρος δὲ, πύργος θανάτου τοῖς χρωμένοις. Nec nos sane negare possumus illa in Vulgata versione Latina desiderari. Sed si ab Hoeschelio et Drusio adornatam Ecclesiastici libri editionem, vel Nobilii in hunc librum annotationes legisset Hervetus, compertum certe habuisset hunc locum totidem verbis in quibusdam illius codicibus reperiri[s].

Ad Ecclesiastici caput 20. Clemens respexisse videtur, cum haec scriptis tradebat: Ἐλεημοσύναι δὲ καὶ πίστις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε[t]. Sed si Clemens ipsa Scripturae verba transcribit, haec ex aliquo codice, a nostris plane diverso, hausisse vero est similius.

Testificatur adhuc[u] se ex sacra Scriptura haec accepisse: Τὰ ἔργα τὰ ἅγαθα εὐχὴ κυρίῳ δεκτή. Sed neque librum neque locum ille indicat. Eodem plane modo illud profert in medium[x]: Μὴ ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐκπορευομένοις ἐκ γῆς Αἰγύπτου προσενέγκαι μοι ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας; Ἀλλὰ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς· Ἕκαστος ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίου ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω, ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπάτω. Haec quidem duo praecepta in libro Levitici nobis occurrunt[y]: sed ubi illa omnia a Clemente ex uno sane et eodem loco delibata fuerint, definire non ita est in promptu.

Ex Ecclesiastici denique libro nonnulli excerptam a Clemente credunt hanc sententiam[z]: Ὀσμὴ εὐωδίας τῷ θεῷ καρδία δοξάζουσα τὸν πεπλακότα αὐτήν. Verum in loco ab eis designato haec non leguntur.

## ARTICULUS IV.

*De libris Novi Testamenti in Paedagogo laudatis, ac praecipue de prima cum Petri tum Joannis Epistola; et Judae quoque Epistola, et quomodo testimonia inde desumpta a Clemente citata fuerint.*

De libris Novi Testamenti illud primum observatu haud plane indignum est, sacras quatuor Evangelistarum historias solo Evangelii, τοῦ Εὐαγγελίου, nomine ita a Clemente citari ac si longo jam usu hic eas citandi modus apud Christianos obtinuisset. Idem quoque de Pauli Epistolis dicendum, quas ille non alio quam simplici nomine Apostoli saepe saepius laudavit. Utrumque igitur morem longe ante

[o] Paedag. p. 125. [p] Paedag. p. 122. [q] Isa. lxv. 11. [r] Paedag. p. 195. [s] Eccli. xxvi. 24. [t] Paedag. p. 236. [u] Paedag. p. 260. [x] Paedag. p. 261. [y] Levit. xix. 15, 17. [z] Paedag. p. 261.

tertii saeculi primordia, quo scilicet tempore Clemens florebat, invaluisse nullus sane merito inficias iverit.

Nec minoris profecto perspicuitatis atque evidentiae est, pro certo eum habuisse has Apostoli Epistolas et sacros Evangeliorum libros ab iis revera esse compositos, quorum nomine circumferuntur. Quemadmodum enim illas Paulo, quem per antonomasiam Apostolum saepius appellat, ita istos suis quatuor auctoribus haud dubitanter ascribit.

Quae vero in sacris Bibliis prior Epistola nomen Petri apostoli praefixum habet, hanc ei aliquando expresse adjudicat [a]. Illius enimvero auctoritate hunc in modum alicubi utitur: "Servis praecipitur ut cum omni metu dominis non solum bonis et clementibus, sed morosis etiam et pravis, ait Petrus, φησὶν ὁ Πέτρος, subjiciantur [b]." Nullus autem nescit ista ex ejusdem primae Epistolae capite secundo esse delibata.

Neque porro id ab eo temere dictum putaveris; quandoquidem eam rursus alibi [c] eodem modo ab illo citatam invenies: "Et ideo Petrus quoque dixit: Deposito omni vitio, et omni dolo, et simulatione, et invidia, et detractione, tanquam nuper nati infantes, rationale lac concupiistis; ut in ipso crescatis in salutem, si gustastis quod Christus Dominus [d]." Et iterum [e]: "Scientes ergo, inquit, suum cujusque officium, conversamini tempore vestri incolatus, scientes quod non corruptibilibus argento et auro redempti sumus ... satis ergo fiat praeteritum tempus [f], ait Petrus, ὁ Πέτρος φησί."

Plura vero ex illa nonnunquam, tacito quidem Petri nomine depromit: sed observes, velim ea sic ab ipso citari tanquam a Paedagogo nostro, id est Christo Domino dictata [g]: "Jubet autem Paedagogus ... Cum viderint, inquit, φησὶν, castam vestram quae est in verbo conversationem, quarum sit, non qui est extrinsecus plicaturae, vel auri appositionis, vel vestium indumenti ornatus, sed occultus cordis homo [h]," etc. Quae quidem ex tertio ejusdem Epistolae capite totidem plane verbis transcripta sunt.

Ubi etiam aliquod ex prima Joannis Epistola sumit testimonium, hanc illi constanter attribuit. Ita enim ille [i]: "Haec est autem dilectio Dei, inquit Joannes, φησὶν Ἰωάννης, ut mandata servemus, et mandata ejus gravia non sunt [k]." Et infra aliud multo prolixius ejusdem Epistolae segmentum citato eodem nomine exhibet [l]: "Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ut dicit Joannes [m]," etc.

Quamvis autem Epistola Judae longe minoris, imo et dubiae prorsus auctoritatis pluribus, ut testatur Eusebius [n], olim visa, vel etiam a plerisque, ut Hieronymus ait [o], rejecta fuerit, Clemens tamen nec minus prolixum quam superioris fragmentum ex ea excerpsit, nec minus asseveranter illam Judae, tanquam vero et genuino suo auctori adjudicat [p]. In libros quippe suos haec ex illa verbo ad verbum, si paucissima quaedam excipias, sic transtulit: "Volo enim vos scire, inquit Judas, φησὶν Ἰούδας, quod Deus, qui semel servavit populum ex

[a] lib. iii. Paedag. p. 253. [b] 1 Petr. ii. 8. [c] Paedag. lib. i. p. 103. [d] 1 Petr. ii. 1, 2, 3. [e] Paedag. lib. iii. p. 258. [f] 1 Petr. i. 17, 18. [g] Paedag. p. 250. [h] 1 Petr. iii. 2, 3. [i] Paedag. lib. iii. p. 257. [k] 1 Joan. v. 3. [l] Paedag. p. 264. [m] 1 Joan. ii. 2, 3, 4, 5, 6. [n] Euseb. lib. iii. Hist. cap. 25. [o] Hieron. De script. eccles. cap. 14. [p] Paedag. lib. iii. p. 239.

Aegypto, secundo perdidit eos, qui non crediderunt, et angelos qui non custodierunt suum imperium, sed reliquerunt proprium habitaculum [q]," etc. Eo porro majoris momenti est illud Clementis nostri de hac Judae Epistola testimonium, quod Eusebio a nobis jam citato teste [r]: "Sane pauci admodum ex vetustioribus tum hujus Jacobi, tum illius Judae, quae et ipsae in septem catholicorum numero recensentur, mentionem fecere."

At licet pauci ante Clementem scriptores hujus Epistolae meminerint; alii tamen post ipsum magno plane consensu ad illius de ejusdem Epistolae et auctore et divina canonicaque auctoritate sententiam accesserunt. Tertullianus siquidem de illa sic palam aperteque pronuntiat: "Eo accedit quod Enoch apud Judam apostolum testimonium possidet [s]." Origenes vero: "Quomodo etiam quod Judas apostolus in Epistola catholica dicit, poterit explicari? [t]" Neque aliam ab illo quam illam de qua agimus, Judae Epistolam indicari dixeris. Nam ibi ex ea illud accepit testimonium, sicuti et in alio libro prima ejus hunc in modum verba refert [u]: "Et Judas scripsit Epistolam paucorum quidem versuum, sed plenam efficacibus verbis gratiae coelestis. Qui in principio dixit: *Judas Jesu Christi servus, frater Jacobi.*" Quid vero quod ille [x], quemadmodum Athanasius [y], Innocentius primus summus pontifex [z], Augustinus [a], Cassiodorus et alii eandem Epistolam in aliarum canonicarum Epistolarum numero reponunt? Quamobrem Hieronymus a nobis jam laudatus: "Auctoritatem, inquit, vetustate jam et usu meruit, et inter sanctas Scripturas computatur."

Si quid vero magis clarum et expressum quis desideret, audiat Epiphanium adversus Gnosticos disputantem: "De quibus adeo mihi commotus videtur in apostolo Juda Spiritus sanctus, hoc est in catholica illius Epistola (Judas ille porro est qui Jacobi atque etiam Domini frater appellatus est), in qua per apostoli vocem Spiritus, inquam, sanctus corruptos illos et corruptores esse demonstrat, ut ibidem ibi loquitur: *Quae enim nesciunt* [b]," etc.

Neque porro his tantum aliisque scriptoribus, sed variis etiam conciliis, nimirum Laodiceno, Carthaginensi tertio et quarto, et aliis deinceps hujusce Epistolae auctoritas comprobatur [c].

Sed agedum, et quidquid contra hanc tot tantorumque virorum opinionem objiciatur quam infirmum sit et imbecillum palam omnibus faciamus. Hieronymus illam non ideo, uti nonnulli autumant, a pluribus rejectam fuisse dixit, quia nec genuina erat, nec canonica. Verum "quia," ut loquitur ipsemet Hieronymus [d], "de libro Enoch qui apocryphus est, in ea assumit testimonium." Nullius autem ponderis est haec ad eam rejiciendam illorum ratio. Nam ab eodem Hieronymo de Apostolo alibi scriptum legimus: "Paulus multa alia de reconditis locutus est [e]." Nunquid ergo Pauli Epistolae, in quibus recondita et

[q] Jud. 5, 6, seqq. [r] Euseb. lib. ii. Hist. cap. 25. [s] Tertul. De hab. mul. cap. 3. [t] Orig. lib. v. Comment. in Epist. ad Rom. [u] Idem Comment. in Matth. cap. xiii. [x] Idem hom. 13. in Gen. et hom. 7. in Josue. [y] Athan. epist. 39. festali. [z] Innoc. epist. 1. ad Exup. [a] August. lib. ii. De doct. Christ. § 13. [b] Epiph. haeres. 26. § 11. [c] Conc. Laod. can. 50; Carth. iii. can. 44. et in codice can. Eccl. Afric.; Carthag. iv. can. 47. [d] Hieron. De Script. eccles. cap. 14. [e] Comment. in cap. ii. Epist. ad Tit.

apocrypha citantur, spuriae dicendae sunt, vel minime canonicae? Recte igitur alii scriptores, his longe peritiores, hoc argumentum nihili plane fecerunt.

Nec validiori sane ii utuntur argumento, qui rursus nobis Judam Epistolae suae initio non se, ut alii assolent, apostolum vocasse opponunt. Quid enim si modestiae ejus tribuatur quod se non apostolum, sed Jesu Christi servum nominaverit? Quid etiam quod antiquissimi scriptores illum apertissime apostolum nuncupant? Quid denique quod ibidem se Jacobi fratrem appellat? Nonne satis eo nomine indicabat se Christi fuisse apostolum?

At, inquiunt, haec verba Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, a quibusdam librariis amanuensibus, majorem huic Epistolae auctoritatem ut conciliarent, addita sunt. Verum qua putas ratione id confirmant? Sane nulla. Contra vero haec ipsissima verba genuina esse, et ab auctore ipso profecta testimoniis Hieronymi Epiphaniique jam a nobis allatis invictissime conficitur.

Urgent tamen et nihil remittentes aiunt: Haec Epistola, si canonica fuisset, omnes in linguas, quemadmodum et aliae apostolorum Epistolae, esset reddita. Sed quid aliud inde concludi potest, nisi illam neque tot in orbis terrarum partes quot aliae, neque tam cito ac illae, fuisse divulgatam? Quid vero si ejus varias in linguas interpretationes ad nos non pervenerunt? Testis porro nobis est Eusebius eam publice, non secus ac Jacobi et alias apostolorum literas, plurimis in Ecclesiis suo tempore fuisse lectitatam: "Verumtamen, inquit, has quoque cum caeteris plurimis in Ecclesiis lectitari cognovimus[f]." Quomodo autem plurimis in Ecclesiis, sicut aliae apostolorum canonicae Epistolae, legi potuit, nisi in varias, sicut istae, in linguas conversa fuerit?

Omnium ergo minime audiendus est neotericus quidam scriptor, qui Epistolae hujus auctoritatem elevare cum non valeat, ipsam Clementis nostri fidem infirmare perperam conatur. Nobis enimvero non veretur frigide objectare levissimi momenti esse testimonium illius; utpote qui aliquando adulterinas scriptiones, ut narrat Eusebius, ad varios genuinosque sacrae Scripturae libros praepostere minusque accurate adjunxerit. Haec autem sunt Eusebii verba: "In libris Ὑποτυπώσεων, omnium, ut uno verbo dicam, utriusque Testamenti Scripturarum compendiosam instituit narrationem, ne illis quidem praetermissis scripturis de quibus inter multos ambigitur: Judae Epistolam et Barnabae ac reliquas catholicas Epistolas intelligo, et Revelationem quae dicitur Petri[g]," etc.

Verum alibi demonstravimus[h] Clementem de Barnabae Epistola suum ferendo judicium a vero non tam longe ut quidam opinantur aberrasse. Fac tamen illius de hac Epistola, quemadmodum de Petri Revelatione, erroneam fuisse opinionem; nunquid idcirco in aliis omnibus, ab eo ibidem assertis, falsitatis et erroris arguendus est? Nemo certe, ne ipse quidem levissimae hujusce argumentationis auctor id dixerit. Quamvis enim Clementem in quibusdam erravisse fateamur, inde tamen illum in aliis atque in asserenda etiam Epistolae Judae veritate deceptum fuisse, quis recte unquam colligat?

Caeterum, animadverte, quaeso, quaecunque Clemens ex hac Judae

[f] Euseb. lib. ii. Hist. cap. 25. [g] Idem lib. vi. Hist. cap. 14. [h] Dissert. in ep. s. Barn. art. 3.

Epistola retulit[l], ea ad verbum ex Graeco illius textu fuisse delibata, paucis quibusdam exceptis, quae in Clementinorum operum scholiis annotantur.

Alia quoque plurima Novi Testamenti loca non sine aliqua quorumdam verborum diversitate ab illo descripta legimus. An autem illa lectionum varietas in memoriam ejus non satis tenacem, vel in codicum quibus ille utebatur, ab aliis discrepantiam refundenda sit, dictu satis difficile est. Vero autem videtur similius id huic saepius quam alteri ascribendum.

Porro autem unum eumdemque Scripturae locum ab eo diverso modo transcriptum nonnunquam advertimus. Ut caetera enim omittamus, primam Evangelii Joannis sententiam uno in libro sic reddidit[k]: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς θεόν. In *Paedagogo*[l]: Ἐν ἀρχῇ ὁ Λόγος ἦν τῷ θεῷ.

Unum tandem, ne et tu saepe decipiaris, te adhuc monitum esse volumus, citata a Clemente sacrae Scripturae ac praesertim Evangeliorum loca, in operum ejus editionibus saepe saepius male indicari. Plurimorum instar illud erit quod ipse in medium protulit[m]: "Ecce qui in vestitu glorioso et deliciis degunt[n]," etc. in margine siquidem pro Luca, ex quo haec hausta sunt, Matthaeus qui longe aliter locutus est[o], praepostere citatur. Id autem semel notasse satis esse putavimus.

---

## DISSERTATIO II. CAPUT IV.

### ARTICULUS IV.

*Quomodo Scripturae sacrae testimonia in* Stromatum *libris citentur, ac de quibusdam, quae hactenus inventa non fuerunt.*

Scripturae sacrae testimonia eodem penitus modo in his *Stromatum* atque in superioribus libris a Clemente nostro citantur et repraesentantur. Plura enim a se invicem sejuncta, atque aliquando ex variis libris, aut diversis eorum capitibus decerpta, ita simul ille conjungit, perinde atque ex uno eodemque loco ea desumpsisset. Saepius autem illa tacito auctoris nomine transcribit. In vulgatis praeterea horumce *Stromatum* editionibus multa male indicantur, et longe plura a nemine, unde excerpta fuerint, in margine notata occurrunt. Denique nonnulla quae Clemens vel memoriter, vel ex diverso a nostris codice retulit, nondum inveniri potuerunt. Quae quidem omnium oculis hic subjicienda esse duximus, ut quae a nobis inventa sunt, aliis patefaciamus; quae autem reperire non potuimus, ab aliquo divini verbi studioso homine nobis aliquando demonstrentur.

Primum itaque Hervetus dicit se non potuisse nec in Septuaginta, nec in nostra Vulgata sacrorum librorum interpretatione haec laudata a Clemente nostro invenire verba[p]: Διότι ἠλέησέν με ὁ θεὸς, ἐστί μοι

[l] Rursus lib. iii. Strom. [k] Admon. ad gent. p. 5. [l] Paedag. lib. i. cap. 8. p. 113. [m] Paedag. lib. ii. p. 201. [n] Luc. vii. 25. [o] Matth. xi. 8. [p] lib. ii. Strom. p. 405.

πάντα [q].' Posterioribus autem horum Clementis *Stromatum* editionibus praepositi in earum margine annotarunt Genes. xxv. sed omnino mendose. Nam haec ipsa verba Jacobi sunt ad fratrem suum Esau Genes. xxiii. 11, nisi quod apud Septuaginta pro διότι legimus ὅτι, et ante ἔστι copulativa καί posita est [r]. Quae autem paulo post adhuc citantur: "Rex a Deo tu es in nobis [s]," isthaec in Geneseos xxiii. 6. scripta sunt.

Hunc vero Exodi locum: Καὶ σὺ λάλησον πᾶσι τοῖς σοφοῖς τῇ διανοίᾳ, οὓς ἐνέπλησα πνεῦμα αἰσθήσεως [t]. In nullis sacrae Scripturae sive Latinis, sive Graecis, aliisve codicibus Hervetus se reperisse nos admonet Attamen haec totidem verbis habentur apud Septuaginta Exodi xxviii. 3, nisi quod pro πνεῦμα αἰσθήσεως, apud eos legimus πνεύματος σοφίας καὶ αἰσθήσεως [u].

A nullo etiam notatum est ubi sint alia haec verba, quae Clemens Sapientiae tribuit [x]: Σοφία λέγει· Ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων, κατασκευάσει ἐπ' ἐλπίδι πεποιθώς. At certe illa non aliunde quam ex Proverb. i. 33, accepit, ubi hunc in modum repraesentantur: Ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων κατασκευάσει ἐπ' ἐλπίδι. In Vulgata vero nostra: "Qui me audierit, absque terrore requiescet [y]." Unde colligas ibi fuisse quasdam varias lectiones, et in Clementis codice adjectum πεποιθώς.

Non longe autem postea hoc Clemens Salomonis retulit effatum [z]: Ὁ σπείρων δικαιοσύνην ἐργάζεται πίστιν. Sed in Septuaginta versione sic legitur . . . . . Λήψεται μισθὸν πιστόν [a]. Quae quidem idcirco annotamus, quia Hervetus observat facile perspici non posse quomodo haec cum superioribus cohaereant. At ex allatis Septuaginta Senum verbis is videtur auctoris nostri esse sensus: Graeci, qui recte philosophati sunt Deum per speciem viderunt perlucentem, ac sui in investiganda veritate laboris mercedem, veram nimirum fidem, acceperunt.

Nulla adhuc in Clementinorum operum editione designatum est ubi ille reperiatur Proverbiorum locus, ab auctore nostro sic citatus [b]: Δένδρον ζωῆς, φησὶν ὁ προφήτης, ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀγαθῇ [c]. Non alia profecto hujus praetermissionis videtur esse causa nisi quia in Graeca Septuaginta Seniorum interpretatione cap. xiii. 12, quaesitus non fuit. Ibi enim eadem verba, sola praepositione ἐν omissa, exhibentur.

Plura Clemens, praetermisso auctoris nomine, congerit Scripturae loca [d], quae Hervetus posteaquam frustra quaesivit, iis qui illa ostenderint, magnas se habiturum gratias pollicetur. Primus ex iis locus est: Ὥσπερ δοκιμάζεται χρυσὸς καὶ ἄργυρος εἰς κάμινον, οὕτως ἐκλέγεται καρδίας ἀνθρώπων κύριος. Is autem Proverbiorum xvii. 3. sic legitur: Ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, οὕτως ἐκλεκταὶ καρδίαι παρὰ κυρίῳ [e]. In Latina vero vulgata versione: "Sicut igne probatur argentum et aurum in camino, ita corda probat Dominus [f]." Quem in locum vide, si velis, Nobilii notas.

Secundus locus his concipitur verbis: Ὁ μὲν ἐλεήμων ἀνὴρ μακροθυμεῖ [g]. Ea vero omnia [h], exceptis duobus prioribus verbis ὁ μέν, eodem modo Proverb. xix. 11, in Seniorum Graeca versione invenies [i].

[q] Genes. xxiii. 11. [r] Ibid. [s] Genes. xxiii. 6. [t] Strom. lib. i. p. 281. [u] Exod. xxviii. 3. [x] Strom. lib. ii. p. 420. [y] Prov. i. 33. [z] Strom. lib. i. p. 316. [a] Prov. xi. 21. [b] Strom. lib. iii. p. 470. [c] Prov. xiii. 12. [d] Strom. lib. ii. p. 400. [e] Prov. xvii. 3. [f] Ibid. [g] Ibid. [h] Prov. xix. 11. [i] Ibid.

Tertii loci haec sunt verba: Ἐν παντί τε μεριμνῶντι ἔνεστι σοφία [k]. Et haec quidem haud dubie decerpta sunt ex eodem Proverbiorum libro cap. xiv. 23, juxta Septuaginta: Ἐν παντὶ μεριμνῶντι ἔνεστι περισσόν. Latina autem versio sic ea reddidit: "In omni opere erit abundantia." Ubi vides varias adhuc fuisse hujus loci lectiones, atque Clementem suo legisse in codice σοφία pro περισσόν.

Dehinc continenter, quartoque loco, haec Clemens refert [l]: Ἐμπεσεῖται γὰρ μέριμνα ἀνδρὶ νοήμονι [m]. Quae totidem verbis apud Septuaginta Prov. xvii. 12, reperies. At in vulgata versione frustra haec quaesieris.

Palam Hervetus insuper facit in mentem sibi non venisse unde Clemens haec transcripserit Scripturae verba [n]: Πανουργότερος ἔσται ἄκακος συνιὼν, ὁ δὲ σοφὸς δέξεται γνῶσιν. Quidam autem in suis ad hunc Clementis locum scholiis nequidquam suspicatur eum collimasse ad illud Proverb. cap. i. 4 et 5. "Ut detur parvulis astutia . . . . . audiens sapiens sapientior erit [o]." De his enim nihil plane Clemens ibi cogitavit, sed ea sumpsit ex Proverb. cap. xxi. 11, ubi haec legimus: Πανουργότερος γίνεται ὁ ἄκακος· συνιὼν δὲ σοφὸς δέξεται γνῶσιν. Verum haec ille quidem ad sensus suos accommodavit.

Nullus etiam nobis indicavit ubi haec occurrant [p]: Περισσεία γνώσεως τῆς σοφίας ζωοποιήσει τὸν παρ' αὐτῆς. De verbo autem ad verbum illa Ecclesiastis cap. vii. 1. apud Septuaginta repraesentantur, et in nostra Vulgata sic ex Graecis Latina facta sunt: "Hoc autem plus habet eruditio et sapientia, quod vitam tribuant possessori suo."

Praeterea Hervetus ait nullibi a se reperta esse alia haec Salomonis verba [q]: "Merito ergo dictum est apud Salomonem: Σοφία ἐν στόματι πιστῶν." Nonnulli vero arbitrantur id desumptum fuisse ex libro Ecclesiastici cap. xxiv. 8: Καὶ σοφία στόματι πιστῷ τελείωσις.

Alia duo Sapientiae nomine testimonia, a nullo nobis designata, hunc Clemens adhuc refert in modum [r]: "Audierunt pulchram illam, quae dicit nobis, sapientiam: Εἰς μέσον ἀσυνέτων συντήρησον καιρόν· εἰς μέσον δὲ διανοουμένων ἐνδελέχιζε [s]," καὶ πάλιν, et rursus: Σοφοὶ κρύψουσιν αἴσθησιν. Hervetus autem sibi minime occurrisse dicit ubinam in Salomonis Sapientia isthaec dicta sint. At primum totidem verbis in libro Ecclesiastici cap. xxvii. 12. ex Graeca Septuaginta interpretatione invenire poterat. Secundum autem in Proverb. cap. x. 14. eodem modo atque in Clementis textu legitur. Vulgata autem Latina: "Sapientes, inquit, abscondunt sapientiam [t]."

Ubi vero Clemens quosdam insectatur haereticos, qui blando verborum lenocinio, veluti canes cauda sua alios palpabant demulcebantque, atque ad suos errores et vitia blande allicere conabantur: "Hi, inquit [u], vocabantur πλῆκται ταῖς οὐραῖς, κατὰ τὸν προφήτην." Sed quis sit ille propheta, vel ubi id dixerit, et Hervetus se ignorare fatetur, et caeteri omnes Clementinorum operum editores altissimo silentio praetermiserunt. Nec negare quidem possumus id dictu esse difficillimum. Nobis tamen haud aegre probabitur Clementem tantummodo alludere ad Isai. ix. 15: Καὶ προφήτην διδάσκοντα ἄνομα, οὗτος ἡ οὐρά, quae Vulgata Latina ita reddidit: "Et propheta docens mendacium ipse est cauda [x]."

[k] Prov. xiv. 23. [l] Ibid. [m] Prov. xvii. 12. [n] Strom. lib. i. p. 319. [o] Prov. xxi. 11. [p] Strom. lib. i. p. 299. [q] Strom. lib. ii. p. 369. [r] Strom. lib. v. p. 554. [s] Eccli. xxvii. 12. [t] Prov. x. 14. [u] Strom. lib. iii. p. 471. [x] Isai. ix. 15.

Quid autem, quod nemo annotavit, frustraque Hervetus perquisivit laudatum a Clemente Isaiae testimonium[y]: Οἱ δὲ εὐσεβεῖς, φησὶν Ἡσαΐας, συνετὰ ἐβουλεύσαντο· mirum sane. Nam illud apud Septuaginta totidem verbis Isaiae exhibetur[z]. Duplicem alibi Clemens affert auctoritatem, quasi ex duobus prophetis desumptam, ubi haec scripsit[a]: "Per haec significavit omnia illa prophetica: Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τακήσεται, ὡς ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκεται κηρός[b]. Et per Isaiam: Quis mensus est coelum palmo et terram pugillo[c]?" Utrumque tamen delibatum ex Isaia fuit. Et primum quidem ex illius cap. lxiv. 1, ubi totidem verbis, una tantum voce κηρός transposita reperitur; alterum ex ejus cap. xl. 12, juxta Septuaginta Seniorum versionem, a qua nonnihil Vulgata nostra discrepat.

Solo autem Scripturae nomine Clemens testimonium a nullo indicatum adhibet[d], quod in prophetia Amos v. 13, ad verbum sic occurrit: Καὶ ὁ συνιὼν, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται, λέγει ἡ Γραφή· "Et qui intelligit, in tempore illo silebit;" Vulgata vero Latina: "Prudens in tempore illo tacebit[e]."

Nullibi etiam, neque in Herveti commentariis, neque in Clementis nostri scholiis, neque in margine notatur unde excerptus sit is Scripturae locus, a Clemente hunc citatus in modum[f]: "Brevissime Scriptura enuntiavit, dicens: μὴ πολὺς ἐν ῥήμασι γίνου." Oleum vero et operam Hervetus perdidisse se dicit in his, quae Clemens profert, investigandis Salomonis verbis[g]: Τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός. Quamobrem censet idem Hervetus haec ex Origenis hausta fuisse *Hexaplis*. Sed quonam, amabo te, argumento hos codices in manus Clementis devenisse probabit? Vero itaque similius est Clementem haec eadem verba in suis Ecclesiastici legisse codicibus, quos a nostris haud parum diversos fuisse observavimus.

Tres rursus citati a Clemente loci supersunt a nobis non inventi[h]. Primus: Φρονιστὴς τε ὢν ζωὴν ζητήσει. Secundus: Ὁ ζητῶν τὸν θεὸν εὑρήσει γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης. Tertius: Οἱ δὲ ὀρθῶς ζητήσαντες αὐτὸν εἰρήνην εὗρον.

Quartum addamus ab eodem Clemente sic alibi prolatum[i]: Ὃς δὲ ἂν ἐγχειρῇ τι πράσσειν μεθ' ὑπερηφανίας, τὸν θεὸν παροξύνει, φησίν.

Dubitabis forsitan utrum Clemens ad quaedam Scripturae verba collineare, vel ea simpliciter transcribere voluerit, ubi ipse dixit[k]: Λαμψάτω σοῦ τὰ ἔργα· καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ὁ θεὸς, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Sophoniae autem prophetae haec Clemens ait esse verba[l]: "Et assumsit me spiritus, et sustulit in quintum coelum, et contemplabar angelos, qui Domini vocabantur, et diadema eorum impositum in Spiritu sancto, et erat sedes uniuscujusque eorum septuplo major luce solis orientis, habitantes in templis salutis, et laudantes Deum ineffabilem altissimum." Observant nihilominus quidam Clementinorum scholiorum auctores haec in Sophoniae prophetia minime reperiri, atque idcirco ex apocryphis quibusdam lucubrationibus a Clemente nostro fuisse desumta.

[y] Strom. lib. ii. p. 390. [z] Isai. xxxii. 8. [a] Strom. lib. v. p. 608. [b] Isai. lxiv. 1. [c] Isa. xl. 12. [d] Strom. lib. vi. p. 271. [e] Amos. v. 13. [f] Strom. lib. i. p. 294. [g] Ibid. p. 368. [h] Strom. lib. ii. p. 400. [i] Ibid. p. 492. [k] Strom. lib. iv. p. 543. [l] Strom. lib. v. p. 585.

Quidam vero putant aliquem Esdrae locum, qui in editis ejus libris non invenitur, his a Clemente nostro exhiberi verbis[m]: Ἐν τῷ Ἔσδρᾳ γέγραπται· Καὶ οὕτως ἐγένετο Χριστὸς βασιλεὺς Ἰουδαίων ἡγούμενος πληρουμένων τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν ταῖς ἑξήκοντα δύο ἑβδομάσιν ἡσύχασεν ἅπασα ἡ Ἰουδαία, καὶ ἐγένετο ἄνευ πολέμων· καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς ἅγιος τῶν ἁγίων ἐλθὼν, καὶ πληρώσας τὴν ὅρασιν, καὶ τὸν προφήτην, ἐχρίσθη τὴν σάρκα τῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πνεύματι. Sed jam monuimus spurios Esdrae libros, a nostris prorsus discrepantes, a Clemente nostro citari. Quid ergo mirum, si quaedam ex iis in medium adduxerit, quae in nostris exemplaribus non habentur amplius? Verum Clemens non aliud eo loci significare videtur quam in Esdra scriptum haberi septem hebdomadibus aedificatum esse templum. Caetera autem, quae sequuntur, Clementis, non Esdrae, si attente perpendas, verba esse fateberis.

Nobis porro promptum est haec indicare, quae Carpocratiani in nefarii erroris sui patrocinium afferebant, Scripturae verba: Τῷ αἰτοῦντί σε δῷς, "a te petenti des;" et quod Clemens respondet id alia ejusdem sacri textus auctoritate funditus everti: "Subjungit," inquit[n], ἐπιφέρει· Καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. Uterque enim ille locus ad verbum legitur Matth., nisi quod pro δῷς hic δίδου habetur[o]. In Latina autem Vulgata his redditur verbis: "Qui petit a te, da ei; et volenti mutuari a te, ne avertaris." Quamobrem Tertullianus[p]: "Omni, inquit, petenti te, dato, suum habet titulum, proinde ad eleemosynam pertinentem." Denique eadem illa verba a Barnaba hoc citantur modo[q]: Παντὶ αἰτοῦντί σε, δίδου. "Omni petenti te, tribue." Sed haec tamen ex Lucae Evangelio petita esse videntur[r].

Ubinam porro in sacris libris isthaec, quae Clemens adhuc citat[s], scripta fuerint: Εἶδες γὰρ, φησὶ, τὸν ἀδελφόν σου, εἶδες τὸν θεόν σου, non facile dixeris. Quid vero, si ille ad ea tantum respexisse dicatur Matthaei verba[t]: "Domine, quando te vidimus esurientem? Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis." Continenter enim a Clemente additum est: "Servatorem puto Deum nunc nobis dictum esse."

Ex quodam insuper Evangelio testatur Clemens haec se fuisse mutuatum[u]: Οὐ γὰρ φθονῶν, φησὶν, παρήγγειλεν ὁ κύριος ἵν τινι εὐαγγελίῳ· Μυστήριον ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ οἴκου μου. Ex his vero, qui in Clementis libros scholia ediderunt, unus existimat verba illa, in quocunque tandem Evangelio reperiantur, delibata fuisse ex Isaiae prophetia xxiv. 16. Quamvis enim in antiquis Septuaginta editionibus minime occurrant, ea tamen in nuperae Romanae editionis annotationibus adjecta, ab Augustino in Psalm. vii. et a quibusdam aliis Ecclesiae Patribus citata sunt. Ad haec vero Hieronymus testatum fecit illa in Theodotionis interpretatione addita reperiri. Quae quidem in Nobilii notis observata fuisse legimus.

Sed haec sane observatio difficultatem omnino non tollit. Enimvero tametsi verba illa Isaiae fuerint, inquirendum nihilominus superest cur ea Clemens noster potius ex quodam Evangelio quam ex libro

[m] Strom. lib. i. p. 330. [n] Strom. lib. iii. p. 448. [o] Matth. v. 42. [p] Tertul. De bapt. c. 18. [q] Barnab. epist. § 9. [r] Luc. vi. 30. [s] Strom. lib. i. p. 316; l. ii. p. 391. [t] Matth. xxiv. 38, 39. [u] Strom. lib. v. p. 578.

Isaiae a se desumta fuisse tam asseveranter affirmaverit. At porro animadvertas velim Clementem simpliciter dixisse ἔν τινι εὐαγγελίῳ. Qua sane loquendi ratione haec a se memoriter scripta fuisse satis aperte significat. Conjecturae autem nostrae inde certe non parum accedit roboris, quod diversis in locis haec eadem verba eodem plane modo ille non reddiderit. Inde enim facile intelligi potest illum Evangelii nomine ea citasse, quae reipsa Isaiae erant. Quid tamen vetat quominus illa in aliquo eorum, quae, uti vidimus, non semel laudavit, apocryphorum Evangeliorum exemplari aliquando legisse credatur?

Quid plura? Nobis nullus hactenus edixit utrum ex Novi vel Veteris Testamenti scriptis haec verba Clemens delibaverit[x]: Αἴτησαι καὶ ποιήσω, ἐννοήθητι καὶ δώσω. Neque id profecto cuilibet plane erit expeditum. Scimus enim Eliam, dum in coelum raperetur, Elisaeo dixisse: Αἴτησαί τι, ποιήσω σοι[y]. Sed haec nihil ad rem nostram faciunt. Vero itaque nobis similius videtur hoc testimonium a Clemente ex aliquo similiter apocrypho Evangelio transcriptum fuisse.

Alibi Clemens narrat[z] Paulum apostolum ἐν ταῖς Πράξεσιν τῶν ἀποστόλων, fecisse Epicureorum atque etiam Stoicorum philosophiae mentionem. Sed in quo hujusce libri loco id occurrat, nullus animadvertit. Nobis vero vix ullus videtur esse ambigendi locus, quin ibi notetur Actuum cap. xvii. 18. ubi hi philosophi nominatim appellantur. Quo quidem de loco exstat Augustini in nova editione adversus Epicureos et Stoicos centesimus et quinquagesimus sermo.

Scriptoris demum scriptique tacito nomine haec Clemens a nemine indicata retulit[a]: "Ipse enim dixit: Non te dimittam, neque *derelinquo*, ut qui te dignum judicaverim propter veram et germanam electionem[b]." At hic locus totidem verbis in Epistola ad Hebraeos occurrit, etiamsi primitus, sed non eodem plane modo, in libro Josue inveniatur[c].

Porro autem antequam his finem imponamus, duo adhuc observanda sunt. Et primo quidem ubi Clemens Marcionis impugnat sectatores[d]: "Quid si, inquit, usurpent vocem Domini, qui dicit Philippo: Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me." In Matthaei siquidem Evangelio haec quidem verba legere est, quamvis transposita, atque aliter apud Lucam repraesententur[e]. Verum uterque evangelista illius, a quo haec dicta fuerunt, nomen penitus omisit. Unde ergo Clemens Marcionisve asseclae acceperunt hunc Philippum vocari? Nunquid ex eo, quod saepius ab eodem nostro Clemente citatum vidimus, secundum Aegyptios, vel potius secundum Hebraeos Evangelio? At cum utrumque non exstet, nihil hac de re certo quisquam statuere audeat.

Secundo animadvertendum est Clementem testatum[f] alibi fecisse principem publicanorum, qui Domino dixit: "Ecce dimidium bonorum meorum do," ἐλεημοσύνην, (vel ut apud Lucam legimus, τοῖς πτωχοῖς[g]), ab aliquibus Zachaeum et ab aliis Matthiam cognominari. Auctor vero *Recognitionum*, quae Clementis nomine circumferuntur, hunc

[x] Strom. lib. vi. p. 653 et 665; lib. vii. p. 745. [y] 4 Reg. ii. 9. [z] Strom. lib. i. p. 356. [a] Strom. lib. ii. p. 415. [b] Epist. ad Hebr. xiii. 5. [c] Josue i. 5. [d] Strom. lib. iii. p. 436. [e] Matth. viii. 21; Luc. ix. 59. [f] Strom. lib. iv. p. 488. [g] Luc. xix. 8.

Matthiam eundem atque Barnabam fuisse docet [h]. "Barnabas, inquit, qui in locum Judae subrogatus est apostolus." Sed quae fides huic scriptori habenda sit satis alibi ostendimus [i].

## DISSERTATIO III. CAPUT III.

### De Excerptis ex Theodoto.

### ARTICULUS I.

*Analysis hujusce Graeci opusculi.*

In Graeco-Latinis Clementis nostri Alexandrini operibus post octo, de quibus hactenus disputavimus, *Stromatum* libros adjectum est opusculum, Graecis duntaxat editum typis, et in duas partes divisum. Prima autem hoc titulo inscribitur: Ἐκ τοῦ Θεοδότου, καὶ τῆς Ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας, κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομαί.

In hac vero prima hujus opusculi parte varia Veteris Novique Testamenti loca ullo absque ordine, ullaque sine cohaerentia et connexione accumulantur, nec rectis sanisque plerumque interpretationibus explicantur. Quid enim, amabo te, a recto veroque sacrae Scripturae sensu magis alienum et abhorrens quam quod auctor hujusce commentationis ab ipso illius initio tradidit? Post allata siquidem haec Christi verba: Πατὴρ, παρατίθεμαί σοι (in sacro autem Lucae textu, παραθήσομαι) εἰς χεῖράς τὸ πνεῦμά μου· confestim ille addit Salvatorem patri suo commendasse sapientiam, tum ut eam acciperet, tum etiam ne ii, a quibus ea spoliari aliquando poterat, illam retinerent. Quod quidem quam absurdum falsumque sit nemo est qui non videat. Plura alia auctor ille non minus inepta, ridicula et absurda passim spargit et disseminat. Aperte siquidem docet quaedam esse σώματα νοερὰ, corpora spiritualia, ac daemones, angelos, atque animas naturae esse corporeae, ipsosmet angelos sacro tinctos fuisse et ablutos baptismate. Caetera vero errata, somnia, et deliramenta, in hanc scriptionem passim congesta, singillatim recensere, tam superfluum est quam illa omnia repraesentare, quae auctor de Basilidis aliorumque haereticorum, ac praesertim Valentinianorum, erroribus, de quibus jam satis disseruimus, ita memorat, ut de illis confutandis saepissime non curaverit.

Ad haec vero, Combefisius monitos nos fecit [k] se diu multumque ancipitem haesisse, utrum hoc opus Graece tantum, uti diximus, editum, Latinum faceret. Quamobrem petito a viris doctis, ac nonnullis Ecclesiae praesulibus consilio, satius esse judicavit tot absurda deliramenta Graece doctis Graeca relinquere quam ea Latino sermone ante omnium ponere oculos. Nam haec Latine versa paucissimis utilitatis et emolumenti aliquid, plurimis vero damni et detrimenti multum afferre poterant. Quis igitur omnia, quae in hac scriptione occurrunt, eodem modo ac alia, quae in veterum Ecclesiae Patrum lucubrationibus

[h] Lib. i. Recog. § 60. p. 414. [i] Lib. i. Appar. dissert. 11. [k] Auctar. Graec. Patr. part. i. p. 197 et seq.

habentur, a nobis accurate ac solito more singulis quibusque exponi jure merito postulabit, quae tot viri doctrina et ecclesiastica dignitate praestantes iis solis, qui Graecam callent linguam, deserenda esse censuerunt? Ad aliam igitur hujusce commentationis partem, quam Combefisius Latino idiomate omnibus exhibendam esse putavit, jam veniamus.

Secundae itaque hujus opusculi partis [l], Ἐκ τῶν προφητικῶν ἐλλογέ, inscribitur, ab iis verbis exordium sumitur, quae Daniel a tribus pueris in camino ignis ardentis ad benedicendum Deum prolata fuisse auctor testatur [m]. Ille autem ab eodem Daniele haec verba [n]: "Benedictus es, qui intueris abyssos," eodem sensu quo isthaec ab Enocho: "Et vidi omnes materias," dicta esse docet. Continenter vero [o] primis Geneseos verbis [p]: "In principio creavit Deus coelum et terram," coelestia et terrestria significari, ac Filium Dei esse ἀρχήν, principium, quodam Oseae prophetae testimonio ostendere conatur. Ibi porro [q] citatis aliis ejusdem prophetae et sequentibus Geneseos verbis [r]: "Spiritus ferebatur super abyssum," multa de baptismate disputat.

Dehinc nulla facta transitione ille scribit timori bonitatem a Deo commisceri, cum fideles malis quibusdam vexari permittit. Quamobrem senes, ut ipse ait [s], nisi mali aliquid, quo peccata sua expiarentur, quotidie perferrent, vehementer dolebant. Peccata enimvero magis quam morbus, cujus causa sunt, timeri debent. Et certe coelestia speramus bona, ac paternam etiam haereditatem, cujus jam pignus accepimus. Ad ea autem viam Dominus monstravit, ubi jubet, ut rejectis terrenarum rerum curis primum quaeratur Dei regnum, atque ipsomet Deo animus noster impleatur. Pater autem [t], Filius et Spiritus sanctus tres sunt, quibus testibus atque adjutoribus mandata perfecte observari necesse est.

Tum auctor ibi exponit [u] quid jejunium mystice significet, et qui sint illius effectus. Orationem vero majoris virtutis esse ostendit quam fidem; tametsi is qui credit remissionem peccatorum consequatur. Deus vero [x], cujus nutu omnia fiunt, prophetas et apostolos in hominum mittit salutem [y], atque per homines nos genuit, et erudiit, praestatque beneficia. Ad haec vero [z], ille nos, antequam essemus, creavit, suaque deinceps, si digni fuerimus, gratia salvat. Porro autem ille unus est Deus, qui tempestates, tempora, fructus et elementa mutat, ac singulis principium et finem definit.

Qui vero [a] ex fide et timore ad scientiam, γνῶσιν, pervenit, jam *non* servus, sed filius est, qui metu liberatus, et provectus ad charitatem, a vetitis abstinet, ac mandatis obtemperat. Christus autem sanguine suo pretioso redimit, atque in libertatem vindicat filios, cohaeredes et amicos, quibus in coelis est Pater [b]. Charitas enimvero illis imperat, sicut iis, qui inviti ei parent, malus est timor. Nullus porro Deum diligit pro dignitate, quam auctor summam et infinitam esse demonstrat [c].

Quamvis autem anima, pergit ille [d], ex seipsa moveatur, id illi tamen ex gratia oritur Dei, qui illius vult esse proprium, quod bonum

[l] § 1. [m] § 2. [n] Dan. iii. 55. [o] § 3 et 4. [p] Gen. i. 1. [q] § 5, 6, 7, 8. [r] Gen. i. 2. [s] § 9, 10, 11, 12. [t] § 13. [u] § 14. [x] § 15. [y] § 16. [z] § 17 et 18. [a] § 19. [b] § 20. [c] § 21. [d] § 22.

illi tribuit. Itaque Deus animae diligendi partes dedit, ut eam et sui admoneat officii, et illa libere volens et eligens capiat ac teneat.

At Christus olim per prophetas [e], ac humano corpore assumpto, per seipsum nobis locutus est, aegrotosque curavit [f]: nunc vero per apostolos et doctores id praestat. Homo etenim factus est, ut paternae voluntati obsequeretur, hominumque saluti consuleret. Et vero ille peccata nostra abolendo, terreni veterisque delevit hominis imaginem, ac coelestis et novi impressit.

Palam subinde [g] auctor noster facit quomodo intelligenda sint haec Joannis Baptistae verba [h]: "Post me venit, qui vos baptizet in spiritu et igni. Cujus ventilabrum . . . paleas autem comburet igni;" ac quo etiam sensu Deus a Moyse ignis consumens dictus sit. Atque ibi ille observat ab Heracleone et aliis quibusdam baptismate ablutorum aures fuisse igne obsignatas. Aliorum vero refellit opinionem, qui his Christi verbis [i]: "Ignem veni mittere in terram," putabant significari virtutem, quae sanctos quidem expurget, terrenos vero mergat atque exterminet.

Rationes porro ille profert [k] cur seniores sacram, quam praedicabant, doctrinam scriptis non tradiderint, nec de ea libros composuerint. Gnosticos vero qui domesticis magis quam extraneis invidebant, ille corripit [l], ostenditque scientiam et sacrorum dogmatum cognitionem omnibus utilem esse, simulque necessariam. At praeterea praefectis, inquit [m], et praepositis longa opus est experientia, eruditione, qua omnia habeant explorata, ac discipulos ab haereticorum erroribus avertant, doceantque quomodo illos impugnare et debellare possint. Vitae porro integritas, sicuti ille ait [n], et morum innocentia extra invidiae, odii et calumniae aleam posita est.

Beata vero illius est senectus, qui vivendo aeterna vita dignus efficitur, nullique nisi pravo homini molestus, cum eo, quod est praestantissimum, deinceps versatur.

Post haec ille narrat [o] Pythagoram existimasse eum, qui rebus nomina imponeret, sapientum esse antiquissimum. Quapropter qui sacram Scripturam scrutatur, ex illius verbis et nominibus debet latentem sensum elicere; agnita autem veritate, ad Dei nititur pervenire similitudinem. At quisquis mundus et purus est, doctrinam divinamque virtutem assequetur.

Scientiae mysteria, prosequitur auctor noster [p], vulgo deridentur; paucos vero primum quidem agent in stuporem, sed postea assuefacti, depulsis ignorantiae tenebris, lumen veritatis laeti aspicient. Ibi autem ille explicat [q] quonam modo investiganda sit veritas. At gnostica, inquit [r], virtus, ἡ ἀρετὴ ἡ γνωστική, hominem contemplatione simul et actione reddit excultum, qui temperantia et justitia exercitatus, et in carne angelici muneris functionem meditatus, in corpore animum sacrificat.

Tum continuo ille docet [s] quid Tatiano, qui haec Geneseos verba: "Fiat lux," optantis esse somniaverat, sit respondendum. Addit vero [t] hunc haeresiarcham dixisse mulieres, propter crines et mundum, a virtute his rebus praefecta puniri. Varia porro ibi ostendit [u] esse

[e] § 23. [f] § 24. [g] § 25 et 26. [h] Matth. iii. 11, 12; Luc. iii. 16, 17. [i] Luc. xii. 49. [k] § 27. [l] § 28 et 29. [m] § 30. [n] § 31. [o] § 32, 33, 34. [p] § 35. [q] § 36. [r] § 37. [s] § 38 et 39. [t] § 40. [u] § 41.

Dei judicia. Monitos subinde nos facit in quadam scriptura, haud dubie apocrypha, asseri projectos et abortivos infantes angelo praesidi ac tutori educandos erudiendosque tradi; atque illic verba quaedam, ex Apocalypsi Petri desumpta, in medium adducit.

Quosdam postea psalmi decimi septimi versus, nimirum 26, 45 et 51, breviter interpretatur[x]. Continenter vero ait malorum tolerantiam propter ipsius fructum esse bonam. Porro autem qui continens est, tum illico his affectibus non est immunis. Ubi vero[y] accesserit habitus, non jam est continens; quippe qui ut in uno habitu et Spiritu sancto esset, nactus sit. Caeterum[z] affectus suggestione et nuda spiritus vocantur. At ratio non praecipit quidem ut a creatura abscedamus[a], sed ut ea bene et sine affectuum pravitate utamur.

Dehinc ille refert[b] quid Petrus in Apocalypsi de abortivis, quorum melior sors est, infantibus, atque de futura eorum salute constituerit. Nobis quoque explicat[c] quid sibi ille velit, cum in eodem libro scripsit ex lacte, a mulierum uberibus defluente, ac concreto, minusculas, sed carnivoras bestias procreari. Planum denique facit[d] quid senex quidam docuerit de modo, quo anima hominis ab angelo, humanae generationi praefecto, infunditur, ac quo fit ut fetus in matris suae utero sit animal.

Tum confestim auctor expositionem psalmi decimi octavi aggreditur[e], ostenditque[fg] qui sint coeli, qui enarrant gloriam Dei, quid sit firmamentum quo manuum ejus opus annuntiatur, qui dies diei eructet verbum, ac quae nox nocti scientiam indicet. At ibi duo adjicit[h]. Et primo quidem diabolum, qui Dominum venturum esse noverat, ac daemones, qui Salomonem, antequam peccaret, Dominum esse arbitrabantur, non prius agnovisse Christi divinitatem quam a mortuis resurrexisset. Deinde ille nos admonet ab Enocho literis mandatum fuisse homines ab angelis transgressoribus non solum astronomiam et divinationem, sed alias etiam artes didicisse.

Pergit ipse[i], et quartum ejusdem psalmi versum explanando observat stellas esse corpora spiritualia, quibus ita cum perfectis angelis communis est rerum administratio, ut tamen non causa earum, sed sint tantum signa.

In hoc autem[kl] subsequenti versu: "In sole posuit tabernaculum suum," vult esse hyperbaton, ita ut post sequentes versus debeant transponi. Ibi vero ait Hermogenem opinatum esse Salvatorem in sole suum posuisse corpus. Subinde autem interposito Pantaeni testimonio, aliam sed obscuram, nec omnino sanam affert eorumdem verborum interpretationem. Ei vero tertiam ipse, sed secunda non magis veram et catholicam subjungit[m].

Post haec alios ejusdem psalmi versus, scilicet octavum, decimum, duodecimum et decimum quartum, praetermissis tribus intermediis, breviter edisserit. Caetera vero, quae ille prosecutus fuerat, in editis omnino desunt, nec aliunde potuerunt restitui et resarciri.

[x] § 42, etc. [y] § 45. [z] § 46. [a] § 47 et 48. [b] § 49. [c] § 50. [d] § 51. [e] § 52. [fg] § 53. [h] § 54. [i] § 55 et 56. [kl] § 57. [m] § 58.

## ARTICULUS II.

*De hujus epitomes horumque excerptorum auctore.*

Ex hujusce operis analysi, et utriusque illius partis titulo constat, et extra controversiam positum esse debet illud variis sententiis, nullo prorsus ordine digestis, nec sibi invicem connexis et cohaerentibus, fuisse compactum. Unde autem, et ex cujus auctoris lucubrationibus ea omnia hujusce epitomes scriptor decerpserit, inter eruditos nostrae aetatis homines disceptatur. Quidam enim putant Theodotum, cujus nomen primae hujus scriptionis parti praefixum legitur, fuisse ex Clementis nostri Alexandrini praeceptoribus unum, quem ille *Stromatum* initio ex Palaestina oriundum fuisse testatur [n], ac ipsummet Clementem ex illius doctrina hoc composuisse opus, quod idcirco Ἀνατολικὴν διδασκαλίαν vocavit. Sed levissima sane est ac minimi momenti horum auctorum conjectura. Nullo siquidem argumento nullaque ratione eam hactenus probavere, neque probare unquam poterunt.

Nos quidem non fugit Theodotum non semel in illa prima hujus operis parte citari, sed inde haud plane incerto conficitur eum non fuisse Clementis Alexandrini praeceptorem [o]. Nam ibi primo arguitur in illorum errorem impegisse haereticorum, qui Deum Patrem passum garriebant [p]. Deinde ille adhuc ab auctore nostro fautor patronusque dicitur fictitii ac ridiculi Aeonum Pleromatis, quod supra libro secundo, dissertat. 2, cap. 4, § 1, a Valentino ejusque asseclis perperam excogitatum, ac praepostere venditatum vidimus. Atqui Clemens Alexandrinus [q] eo ipso, qui laudatur *Stromatum* libro asseveranter, uti ostendimus [r], affirmat sacra et orthodoxa religionis nostrae documenta ab omnibus, quorum ille mentionem facit, praeceptoribus suis asseri ac propugnari. Non potuit igitur is Theodotus tot errorum fautor et assertor, unus ex eis esse quos Clemens magistros suos appellavit.

Aliis itaque haec epitome vel ex editis a Clemente nostro *Hypotyposeon* libris excerpta videtur, vel plura saltem exhibere et complecti eorumdem librorum fragmenta. Nam illorum auctor, uti inquit Photius [s], "Et si recte in quibusdam sentire visus est, in aliis rursus impie omnino fabuloseque disserit." Et ne id a se gratis dictum quis causaretur, plures in iisdem libris disseminatos errores postquam retulit, alios longe plurimos ac pene infinitos se praetermisisse significat. Ex his igitur libris eos omnes, qui in hac epitome occurrunt, decerptos fuisse existimant.

Huc accedit quod hujus epitomes auctor, ubi in secunda illius parte traditam a Pantaeno quorumdam psalmi decimi octavi versuum expositionem exhibet, ibi ab eo his compellatur verbis [t]: ὁ Πανταῖνος Πάνταινος ἡμῶν. At Clemens, teste Eusebio [u], in suis *Hypotyposeon* libris: "Pantaenum magistrum suum (Graece διδασκάλου τοῦ Παντaίνου) nominatim appellat, quaecunque ille a majoribus accepisset, et traditiones,

[n] Strom. lib. i. p. 274. [o] p. 794. col. 1. [p] ibid. col. 2. [q] Strom. lib. i. p. 274. [r] sup. dissert. 2. c. 1. art. 9. [s] Bibl. cod. cix. [t] § 57. [u] lib. vi. Hist. c. 13. p. 214.

quas posteris reliquisset, exponens." Quis ergo sibi facile persuaderi non patiatur, illam Pantaeni allatam in hac epitome, quam notamus interpretationem, ex iisdem *Hypotyposeon* libris fuisse delibatam! Denique Joannes Damascenus quoddam Clementis Alexandrini nomine testimonium retulit, quod hisce in electis revera invenitur.

Verum alii, his argumentis minime victi, suum huic opinioni ideo negabunt suffragium, quia ex variis erroribus, quos ex *Hypotyposeon* libris idem Photius repraesentat, nullus fere in hac epitome reperitur. Contra vero plures, uti diximus, in ea haereticorum ac praesertim Valentinianorum errores, deliratione, atque commenta occurrunt, quae Photius in *Hypotyposeon* libris a se reperta esse non dicit, sed quae in genuinis Clementis nostri operibus, ut in superiori dissertatione a nobis observatum est, confutantur ac funditus destruuntur.

Deinde ab horum excerptorum auctore Pantaenus non suus magister vocatur, sed Παντα῀νος Πάνταινος ἡμῶν, id est vel ejusdem cum eo doctrinae defensor, vel ex eodem populo, eademque gente prognatus.

Postremo locus a Joanne Damasceno citatus nihil aliud probat nisi in eo, quo usus est, horum electorum manuscripto codice nomen Clementis inscribi: sed veram esse hanc inscriptionem nulla unquam ratione iis demonstrari poterit, qui infinitis propemodum exemplis didicerunt eam librariorum amanuensium saepius fuisse pravam consuetudinem, ac prorsus intolerabilem impudentiam, qua ut descriptis a se operibus majorem conciliarent auctoritatem, falsum antiquissimi vel doctissimi scriptoris nomen illorum fronti praefigere non dubitaverunt.

Nobis itaque persuasum facilius quilibet faciet hujus *opusculi* utramque, quam unius ejusdemque scriptoris esse concedunt, partem neque ex Clementis Alexandrini *Hypotyposibus*, neque ex aliis illius libris fuisse compilatam. Nulla enim ratione vel ex hujus operis inscriptione, vel ex illius textu desumpta id confici potest. Quinimo ibi[y] absurda prorsus et ridicula cujusdam senis proponuntur argumenta, quibus probare volebat "animal esse, quod in matris utero gestatur." At supra a nobis observatum[z] hanc quaestionem in earum a Clemente nostro exemplum proponi, quae a Christianis nunquam movendae sunt.

Eorum itaque opinioni haud aegre subscribemus qui hanc commentationem a scriptore aliquo, haereticorum, atque quorumdam inprimis Valentinianorum potius, quam Catholicorum partibus mancipato, profectam esse probaverint. Et certe si praefixus huic opusculo titulus verus, uti plane videtur, sincerusque sit, in illius auctore quaerendo tanta contentione non erat laborandum. Ex eo siquidem jure haud immerito colligi potest totum illud idem opusculum ex Theodoti et Orientalium haud dubie haereticorum doctrina fuisse delibatum. Quis autem ille Theodotus fuerit, dictu profecto difficile est. Quidam tamen opinantur eum fuisse Byzantinum origine, et arte coriarium, qui Christum, ut alibi dicemus, quem coram tyrannis negaverat, Deum esse postea inficiatus est. Aliis vero is Theodotus videtur, quem Eusebius[a] primum pseudoprophetarum Montani et Priscillae quasi procuratorem, et eodem vesano spiritu afflatum perhibet. Verum si

[y] § 51. [z] sup. cap. 1. art. 2. [a] lib. v. Hist. c. 16. p. 181.

Theodotus in hujus epitomes titulo idem atque in illius textu appellatus est, ille certe alius ab illis, et Valentinianae haereseos sectator non minori forsitan jure dici potest. Ut ut sit, haec sane scripta tanti non sunt momenti, nec eorum auctor tantae est auctoritatis, ut in illius inquirendo nomine majorem operam consumamus.

## ARTICULUS III.

### *Novae in secundam hujus opusculi partem annotationes.*

Quandoquidem secunda hujus opusculi pars digna Combefisio, aliisque visa est, quae Latina fieret, idcirco quid in ea praecipue annotari debeat, paucis demonstrandum est. Primum itaque observabimus praefixum ei titulum: "Ex Scripturis prophetarum electa," non ab ejus auctore, sed ab aliquo potius male feriato exscriptore profectum videri. Ex ipsa siquidem vel sola illius a nobis exhibita analysi nemini obscurum esse poterit, alia longe plurima quam prophetarum ex Scripturis electa in eo pertractari. Multa siquidem ibi notavimus ex apocryphis quibusdam libris delibata; pluraque ab ejus auctore prolata, quae vel sacris prophetarum oraculis adversantur, vel ex eorum libris desumpta non fuerunt. Quod quidem ex mox dicendis clarius adhuc patebit.

Deinde vero animadvertendum est[b] bis in hac scriptione citari Enochi librum, et secundo loco haec ex illo proferri: "Jam vero etiam Enoch ait transgressores angelos docuisse homines astronomiam, et divinationem, ac reliquas artes." Vidimus autem[c] a Clemente nostro genuinis suis in operibus, nimirum in quinto *Stromatum* libro expresse traditum praevaricatores angelos non quidem hominibus, sed nominatim mulieribus, plura annuntiasse arcana, et quaecunque in eorum cognitionem venerant. Solerter igitur expendas velim utrum id Clemens ex eodem apocrypho Enochi libris hauserit.

Petro quoque supposita tum *Apocalypsis*, tum *Praedicatio* tribus in locis citata legitur[d], atque in priore asseritur non solum futura abortivorum infantum, in angelorum disciplinam traditorum, salus et felicitas, sed ridicula etiam opinio de carnivoris quibusdam minusculis bestiis, ex lacte ab uberibus matrum defluente procreatis. In secundo Salvator et lex dicitur et Verbum. Jam autem a nobis annotatum est[e] eundem plane ac ultimum hujus apocryphi libri locum a Clemente Alexandrino citari. Ibi quoque nonnulla de falsa Petri *Apocalypsi* animadvertimus.

Nota quadam marginali Combefisius observat ab horum excerptorum auctore singularem Pantaeno, quem praeceptorem suum appellat[f], ac plane falsam ascribi opinionem, ab Hermogenis errore de corpore Christi in sole posito non valde diversam. Sed ibi nihil aliud ex Pantaeno defloratum videtur, nisi in sacris Scripturis saepius praesens pro futuro, et futurum pro praesente usurpari. Qua quidem regula ab eo constituta, auctor noster haec verba[g]: "In sole posuit tabernaculum suum," singulari prorsus atque falsa explanatione interpretatur. De

[b] § 2 et 54. [c] Dissert. sup. 2. c. 8. art. 2. [d] § 41, 49, 50. [e] Dissert. super. 2. c. 4. [f] § 37. [g] Psal. xviii. 6.

Hermogenis porro erroribus supra lib. ii. dissert. 2, cap. 8, art. 1. disputavimus.

Alia vero Tatiani opinio ab auctore nostro rejicitur [h], qua ille haec Geneseos verba: "Fiat lux," optantis esse perperam contendebat. At inde illud confirmari potest, quod adhuc supra lib. ii. cap. 6, art. 2, a nobis notatum fuit, hunc Tatianum, non secus atque Marcionem, falso docuisse duos esse deos. Verum si auctor noster hunc Tatiani errorem confutavit, nihil certe contra aliam, quam illi continenter attribuit [i], opinionem "propter crines, καὶ τὸν κόσμον, et mundum," haud dubie muliebrem, feminas a virtute his rebus praefecta puniri.

Non semel porro mentionem fecimus Heracleonis, qui, uti auctor noster refert [k], eorum aures igne obsignabat, qui baptismate initiabantur. Videsis supra lib. ii. dissert. 2, cap. 4, art. 3, § 3, et hujus libri dissert. 2, cap. 13, art. 2.

Citatis paulo post [l] Christi verbis [m]: "Ignem veni mittere in terram," haec auctor noster adjecit: "Nempe virtutem, quae sanctos quidem emundet, terrenos vero, ut quidam aiunt, interitu mergat et deleat," Graece δύναμιν ὑλικῶν ἀφανιστικήν, virtutem terrenos, sive potius materiales exterminantem. At Combefisius ad marginem annotavit hunc esse Gnosticorum de abolendo corpore errorem. Sed id certe aliqua saltem ratione probandum erat, aut quinam essent illi Gnostici, designandum. Nonne enim his verbis alii potius designantur haeretici, sive Valentiniani, sive Montanistae, aut alii qui seipsos spirituales, Catholicos autem ψυχικούς, animales, atque etiam carnales, et materiales esse jactitabant? Neque etiam repugnabimus iis, qui ab auctore nostro Valentinianos notari demonstraverint. Ab iis siquidem non *solum* tria, ut vidimus [n], hominum genera constituebantur, unum scilicet spirituale, secundum animale, et materiale tertium; verum etiam quasdam animas natura sua dicebant esse malas, nec suscipiendi seminis capaces.

Quosdam porro Gnosticos, a superius memoratis haud dubie diversos, etiamsi paulo post auctor noster nominatim corripiat [o], ipse nihilominus antea dixerat [p]: "Qui credidit, remissionem peccatorum a Domino consecutus est: ὁ δὲ ἐν γνώσει γενόμενος, ἅτε μηκέτι ἁμαρτάνων, παρ' ἑαυτοῦ τὴν ἄφεσιν τῶν λοιπῶν κομίζεται. Cujus explicandi gratia Combefisius in margine addidit: "Quasi merendo, qua gratia justificatus est." Sed nihil in illo auctoris nostri textu videmus, quod ad hanc explicationem nos conducat. Quapropter verisimilius fortasse videbitur illum ibi ad errorem alusisse quorumdam pseudo-Gnosticorum, qui vitam spiritualem profitentes, ad eum statum, in quo amplius peccare non possent, se aliquando pervenisse venditabant.

Plures alias, vel ex variis apocryphis, uti vidimus, libris, vel nullo citato auctore scriptor noster falsas opiniones, ac praecipue de stellis et angelis simpliciter proponit [q], quas ille nec refutare, nec quid in eis cavendum sit, retegere, aut saltem indicare curat. Nonnulla tamen sana, recta et orthodoxa in hac epitome occurrunt. Nam ut alia, quae ex illius analysi satis intelliguntur, missa faciamus, illud profecto verum et orthodoxum est, atque ab antiquis Patribus saepius traditum

[h] § 38. [i] § 39. [k] § 23. [l] § 26. [m] Luc. xii. 49. [n] lib. sup. dissert. 2. c. 4. art. 2. [o] § 26 et 27. [p] § 15. [q] § 53, 56, 58.

et assertum, quod ille his edixit verbis[r]: "Salvator noster baptizatus est, cum ipse non egeret; ut his qui regenerarentur aquas omnes sanctificaret." Verum sicut boni scriptoris est recta et sana scribere, ita illius quoque officii et muneris esse debet, si quae falsa et absurde proponere cogatur, quod in eis noxium est, aut confutare, aut saltem ne incauti quidam decipiantur, nota aliqua inurere. Porro autem qua necessitate ad tot absurda et ridicula opinionum commenta vel ex se ipso, vel ex alterius scriptoris lucubrationibus tradenda auctor noster compulsus fuerit, nobis prorsus incompertum esse fatebimur.

Denique observabimus hunc tractatum perfectum non esse, pluresque adhuc in eo esse hiatus, et loca detruncata, ac mutilata, ac tandem in illius fine multa desiderari, quae vel temporis injuria periere, vel ex manuscriptis codicibus abstracta avulsaque fuerunt.

## CAPUT IV.

### De quibusdam in aliquot Epistolas canonicas adumbrationibus Clementi Alexandrino attributis.

### ARTICULUS I.

*Analysis harum adumbrationum.*

Hae adumbrationes scriptae sunt in primam Petri apostoli, et Judae, ac primam et secundam Joannis Epistolam. Verum illae non perpetua et continuata in integras illas Epistolas commentaria, sed breves duntaxat in quosdam earum versus, vel aliquam duntaxat eorumdem versuum partem enarrationes, ac saepe saepius notulas tantummodo et animadversiones exhibent.

A prima autem Petri Epistola, sed a tertio tantum primi ejus capitis versu auctor orditur. Inde transit ad quintum, ac deinde nonum, decimum, duodecimum, decimum nonum, vicesimum tertium, et vicesimum quintum, omnibus aliis praetermissis, edisserit. Ex capite autem secundo non alios versus ille explicat quam nonum et vicesimum tertium; quemadmodum ex capite tertio quasdam tantum versus decimi quinti, decimi octavi, vicesimi, vicesimi primi et secundi partes interpretatur. Similiter in subsequentis capitis quarti versum decimum, decimum tertium, decimum quartum et decimum septimum quaedam animadvertit. Sed ex capite quinto nihil aliud praeter aliquam versus decimi et decimi quarti partem attigit.

Datae vero a Juda Epistolae expositionem inde ille inchoat, quod Judas ipsius initio se non fratrem Domini, sed servum appellaverit. Quo enarrato, confestim venit ad versum quintum, et alios subsequentes, usque ad versum decimum quartum, in quos breves tantum, ac quandoque in minimas eorum partes observationes exhibet. Hinc transilit ad versum decimum nonum, ac postea versum vicesimum, vicesimum primum, vicesimum secundum, et vicesimum tertium, omissis quibusdam verbis, transcripsit, nihilque in eos, nisi in nonnulla

[r] § 7.

vicesimi tertii verba annotat. Deinde vero paulo fusius vicesimum quartum explanat: ac manifestum tandem facit cur Christus, morti proximus, principi sacerdotum interroganti, se revera Filium Dei esse responderit.

Simili plane modo prima Joannis Epistola ab auctore nostro exponitur. Primum etenim ille patefacit quam pulchre hujus Epistolae exordium cum Evangelii secundum Joannem principio congruat et conveniat. Tum vero ille enarrat ejusdem capitis versum secundum, quintum, secundam septimi partem, ac tandem decimum. Ex capite autem secundo secundam primi versus partem, et post haec versum tertium, quintum, septimum, octavum, nonum, decimum, ac hoc duodecimi verbum, *filioli*, edisserit. Postea vero decimum tertium explicat, sicut decimum sextum, decimum septimum, decimum nonum, vicesimum secundum, vicesimum tertium, ac secundam vicesimi noni partem. Capitis vero tertii alteram versus primi partem, ac subinde versum secundum, octavum, nonum, decimum, decimum quintum, decimum sextum, ac postremo vicesimum interpretatur. Nam sequentis quidem versus verba refert, sed nihil in ea observat. Duos porro nec plures capitis quarti versus, nempe secundum et decimum octavum exponit. Gradum inde facit ad quorumdam capitis quinti versuum explanationem, nimirum secundae sexti septimique versus partis; ac post haec ad versus decimi quarti, atque alterius quoque tantum versus decimi noni et vicesimi partis expositionem.

Postremo auctor noster secundae ejusdem Joannis Epistolae, quam ad virgines, non secus, atque ad Babyloniam, cui nomen Electae erat, scriptam opinatur, argumentum nobis breviter proponit. Ex tota autem illa Epistola solus, caeteris omnibus penitus omissis, decimus versus ab eo explicatur.

## ARTICULUS II.

### *De harum adumbrationum editionibus, auctore, ac titulo.*

Adumbrationes illae, sive potius brevissimae notae et animadversiones typis editae fuerunt non solum in Parisiensi, et nostra Lugdunensi Patrum Bibliotheca, sed Oxonii etiam anno 1683, ac Lipsiae anno 1700, post tractatum, *Quis dives salutem consequi possit*, de quo superius diximus, publici factae sunt juris.

Qui autem editionibus illis praefecti fuere, ii Clementis Alexandrini nomen huic opusculo inscripserunt. Veram porro esse eam inscriptionem, atque a Clemente Alexandrino scriptas esse has adumbrationes probare conantur Cassiodori auctoritate, hisque illius verbis[a]: "In Epistolis canonicis Clemens, Alexandrinus presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in Epistola sancti Petri prima, sancti Joannis prima et secunda, et Jacobi quaedam Attico sermone declaravit. Ubi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute locutus est: quae nos ita transferri fecimus in Latinum, ut exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina ejus securior potuisset hauriri." Adumbrationes enimvero, de quibus disputamus, has ipsasmet esse, quas Cassiodorus commemorat,

[a] lib. De institut. divin. litter. c. 8. p. 543.

inde colligunt, quia ille aperte testificatur in illis, quae a Clemente Alexandrino profectae sunt, non integras horumce apostolorum Epistolas fuisse expositas, sed ex iis quaedam tantum Attico sermone explicata, ex quibus nonnulla incaute dicta ipse consulto resecavit. At ex istarum, de quibus agimus, adumbrationum exhibita a nobis analysi patet quamplurima quatuor apostolicarum harumce Epistolarum loca sine ulla aut nota aut explicatione in iisdem penitus omissa fuisse adumbrationibus.

Oxoniensis vero episcopus existimat eas esse Ὑποτυπώσεων Clementinarum partem, ac Cassiodorum, qui Clementem Stromateum vocat, verbum Graecum, ὑποτυπώσεις, Latine *adumbrationes* reddidisse. In hujus autem conjecturae confirmationem proferri forsitan possunt haec Eusebii de eodem Clemente verba[t]: "In libris Ὑποτυπώσεων, omnium ut uno verbo dicam, utriusque Testamenti Scripturarum compendiosam instituit enarrationem, ne illis quidem praetermissis scripturis, de quibus inter multos ambigitur: Judae Epistolam, et Barnabae, ac reliquas catholicas Epistolas intelligo." Quid enim, inquies, istae adumbrationes aliud continent nisi compendiosam, uti diximus, enarrationem illarum Petri, Joannis et Judae Epistolarum, quas Eusebius a Clemente sic expositas esse testificatur? Quid vero, quod id auctoritate stabiliri adhuc potest Photii, qui, etsi paulo obscurius, in eundem tamen sensum scripsit[u]: "Hypotyposes quidem disceptationem continent locorum aliquot Veteris Novique Testamenti, quae etiam summatim explicat et interpretatur?"

Sed hae conjecturae multis parum verosimiles, ac levissimae procul dubio videbuntur. Plurima enim ante saecula cum libri Hypotyposeon deperditi fuerint, quonam, quaeso, modo probare ullus unquam poterit illas, de quibus disputamus, adumbrationes ex istis Hypotyposeon libris fuisse collectas?

Deinde vero Cassiodorus, qui has adumbrationes Graece scriptas viderat, jusseratque Latinam verti in linguam, de iis tanquam singulari quodam Clementis opere, ab Hypotyposeon libris distincto loquitur.

Non minus praeterea incertum est utrum Cassiodorus loco a nobis citato de hisce Epistolarum Petri, Judae et Joannis adumbrationibus sermonem fecerit. Primo siquidem ille Epistolae a Jacobo, non autem a Juda datae meminit. Neque dixeris solita librariorum amanuensium incuria in Cassiodori textu pro Judae, nomen Jacobi fuisse substitutum. Nulla etenim codicum seu editorum seu manuscriptorum auctoritate, nullaque alia ratione id probari potest.

Secundo Cassiodorus nos admonet se ex iis, quos prae manibus habuit, Clementis Alexandrini in illas trium apostolorum Epistolas commentariis quaedam sustulisse, haud dubie errorum offendicula, ut sana rectaque ejus doctrina posset securius hauriri. Atqui in his, de quibus quaestio est, adumbrationibus, nonnulli adhuc supersunt errores, quos Cassiodorus non minus inde quam alios amputare debuit. Quod quidem ex iis, quae in sequenti articulo dicenda sunt, manifestum omnibus fiet.

Cum nulla igitur satis valida ratione probatum hactenus fuerit eas

[t] lib. vi. Hist. eccles., c. 14, p. 215. [u] Bibl. cod. cix. p. 286.

adumbrationes aut ex Clementis Alexandrini operibus fuisse decerptas, aut ab illo seorsim compositas, iis facilius assentiemur, qui illas a scriptore non plane orthodoxo, sed haereticorum partibus potius addicto, profectas esse ostenderit.

Paulo itaque majoris momenti argumentis probari potest praefixum fuisse huic operi *Adumbrationum* inscriptionem. Testatum siquidem Labbeus facit[x] haec se vidisse commentariola "calamo exarata in membranis codicis antiqui, qui fuit olim coenobii S. Mariae Montis Dei, ubi *Adumbrationes* inscribuntur." Neque etiam ullus dubitandi locus est eas in manuscripto codice, ex quo typis Latinis excusae, in vulgus prodierunt, eodem hoc titulo, quo a Fabro quoque Stapulensi laudantur, fuisse praenotatas.

Cur porro eo nomine illud opusculum nuncupatum fuerit, si a nobis quis rogaverit, respondebimus illud idcirco ita esse inscriptum, quia non perfecta et omnibus numeris absoluta in Petri, Judae et Joannis Epistolas commentaria, sed leves tantum, uti ex dictis liquet, earum imagines et species exhibent ac repraesentant. Atque illud certe nomine *adumbratio* non male significatur.

## ARTICULUS III.

### *Novae in has adumbrationes, sive commentariola, notae et animadversiones.*

Quamvis brevissimum sit hoc opusculum, ad nos tamen illud plane integrum et incorruptum pervenisse non putamus. In hunc siquidem primae Joannis Epistolae primum capitis secundi versum: "Et si quis peccaverit, consolatorem habemus apud Patrem, Jesum Christum," haec scripta sunt: "Sicut enim apud Patrem consolator est pro nobis Dominus, sic etiam consolator est, quem post assumptionem suam dignatus est mittere. [Hae namque primitivae virtutes, ac primocreatae, immobiles exsistentes secundum substantiam, et cum subjectis angelis et archangelis, cum quibus vocantur aequivoce, diversas operationes efficiunt. Sic etiam et Moyses Michael angeli virtutem per vicinum sibi et infimum angelum vocat. Similiter quoque in prophetis sanctis invenimus, sed Moysi quidem propinquus ac vicinus angelus apparuit. Exaudivit eum, et locutus ei Moyses manifeste facie ad faciem. Aliis autem prophetis secundum operationem angelorum motus quidam fiebat, veluti audientium ac videntium. Idcirco et soli audiebant, solique cernebant, sicut et in Samuele manifestatur. Eliseus etiam solus audiebat vocem, qua vocatus est. Si autem esset manifesta et communis vox, ab omnibus praesentibus audiretur: nunc autem a solo, in quo operabatur motus, qui ab angelo fiebat, audita est.]" Totum autem haud exiguum hoc fragmentum, uncis inclusum, nullam penitus cum praecedentibus ac subsequentibus, neque cum ipsiusmet Joannis apostoli, quae explicantur, verbis nec connexionem habet, nec affinitatem. Itaque a male feriato aliquo scriptore illud adjectum, aut amanuensium librariorum negligentia et oscitantia loco suo forsitan motum est. Magis siquidem illud spectare videtur ad ea,

[x] De script. eccles. tom. i. p. 230.

quae prius auctor noster in caput tertium, vers. 22, primae Petri Epistolae hunc in modum dixerat: "*Subjectis sibi angelis*, qui sunt primus ordo: et subditis *potestatibus*, quae sunt secundi ordinis: *subditis* quoque *virtutibus*, quae ad tertium ordinem pertinere declarantur."

Quidquid autem de hujus fragmenti additione, aut transpositione dicatur, eadem in eo atque ab auctore nostro opinio asseritur, superiores angelos per alios inferiores in res humanas agere et cum hominibus loqui. Etenim in Epist. Judae vers. 9 haec ille observavit: "Michael autem hic dicitur, qui per propinquum angelum altercabatur cum diabolo."

A bonis autem angelis ad malos et praevaricatores si transeamus, ille paulo superius in sextum ejusdem Epistolae versum haud haesitanter affirmavit hos apostatas angelos "in vicinum terrae locum, hoc est caliginosum aerem, fuisse detrusos." Petavius vero tom. III. Theol. dogm., lib. iii. cap. 4, ostendit eam fuisse veterum Ecclesiae Patrum opinionem. Sed his scriptoribus auctorem nostrum annumerare potuisset.

Animadvertere praeterea debemus auctorem nostrum vulgatae catholicarum Epistolarum versioni non penitus inhaerere. Verumtamen eam saepe saepius ita sequitur, ut ab ipso, vel si Graecus homo fuerit, ab ejus interprete lectitatam huicque usui fuisse vix a quoquam in dubium merito vocari queat. Aliquando vero, sed rarius tam ab illa quam a Graeco earum textu parumper discedit. Utrum autem inde colligi possit ab ipso ea verba, a vulgata versione et Graeco textu discrepantia, memoriter tantum reddita fuisse, ab aliis audire quam aliquid statuere malumus.

Notandum insuper a nobis est cur et quomodo auctor noster Evangelium a Marco scriptum esse censuerit. De hoc etenim ita ille pronuntiat[y]: "Marcus Petri sectator, palam praedicante Petro Evangelium Romae coram quibusdam Caesareanis equitibus, et multa Christi testimonia proferente, petitus ab eis, ut possent quae dicebantur memoriae commendare, scripsit ex his, quae a Petro dicta sunt, Evangelium, quod secundum Marcum vocitatur." Quis enim, quaeso, praeter istum auctorem dixit Marcum ideo Evangelium suum scripsisse, quia "a quibusdam," qui Petrum praedicantem audierant "Caesareanis equitibus petitus" fuerat? Et certe Clemens Alexandrinus, ut caeteros praetermittamus, longe aliter sentiebat. In illius siquidem *Hypotyposeon* libris, sicut ex Eusebio alibi vidimus[z], Marcus Evangelium tunc composuisse perhibetur, postquam *multi*, qui Petrum concionantem audierant, eum ad illud scribendum fuissent cohortati. Ibi autem nihil de *Caesareanis equitibus*, ac multo minus de *quibusdam* occurrit; sed indefinite *multos*, Graece πολλούς, legimus. Utrum vero inde inferri possit has adumbrationes nostro Clementi Alexandrino perperam ascribi, non audemus omnino asseveranter affirmare. Fieri enim potest ut ille in deperditis suis libris varias aliquando atque etiam contrarias eadem de re opiniones retulerit.

Ad ejusdem vero Clementis sententiam his propius auctor noster accessit verbis, quae ab eo continenter subjunguntur: "Sicut Lucas

[y] In Petr. 1 Epist. c. v., v. 14. [z] Dissert. sup. 2. c. 4. art. 2.

quoque et Actus apostolorum stylo exsecutus agnosceret, et Pauli ad Hebraeos interpretatus Epistolam." Prius vero ille eandem ad Hebraeos Epistolam, cujus prima verba citavit, Paulo adhuc adjudicaverat. At Eusebii, jam a nobis citati auctoritate sup. dissert. 2 cap. 4, art. 2, ostendimus eandem omnino Clementis et de Actibus apostolorum et de hac ad Hebraeos Epistola fuisse opinionem.

Ab aliis autem dissentit idem auctor noster, ubi de iis, ad quos secunda Joannis Epistola data est, sic disputat: "Secunda Joannis Epistola, quae ad virgines scripta, simplicissima est. Scripta vero est ad quamdam Babyloniam, Electam nomine."

Et vero haec Epistola directa est Electae, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. Atqui illa Epistola ad virgines dari non potuit, nisi Electae filii virgines revera fuerint. Cuinam autem, obsecro, illud hactenus probatum est?

Eorum porro qui hujus opusculi scriptorem vel Clementem Alexandrinum, vel alium quempiam Nicaena synodo antiquiorem esse arbitrati sunt, magna attentione dignum in primis illud fuit, quod ab eo haud semel de summa Filii Dei, Christi Domini divinitate asseritur et praedicatur. Tanta etenim evidentia et perspicuitate illam tuetur et vindicat, ut nihil clarius a quoquam desiderari posse videatur. Suam enimvero Epistolae a Juda datae enarrationem sic ille absolvit: "In Evangelio secundum Marcum interrogatus Dominus a principe sacerdotum, si ipse esset *Christus Filius Dei benedicti*, respondens dixit: *Ego sum; et videbitis Filium Hominis* . . . . . In aliis autem Evangeliis dicitur principi sacerdotum interroganti, si ipse esset Filius Dei, non econtra respondisse. Sed quid dixit? *Vos dicitis;* satis bene respondens. Si enim diceret: Sicut vos intelligitis, mentiretur utique, non se confitens Filium Dei; illi non ita de illo intelligebant. Dicens autem: *Vos dicitis,* vere locutus est. Quod enim non sapiebant, verbis dicebant, hoc ille verum esse confessus est." Haec itaque est auctoris nostri ratiocinatio. Mentitus fuisset Christus, si a principe sacerdotum interrogatus, utrum Dei esset Filius, id respondisset, quod ille sacerdotum princeps hac interrogatione intelligebat. Non credebat enim eum esse Deum, sed tantummodo hominem. Quapropter Christus respondit: "Vos dicitis;" atque ita vere locutus est. Etenim his verbis confessus est se non esse duntaxat hominem, sicut illi arbitrabantur, sed esse verum Dei Filium, quemadmodum ipsi dicebant. Cur autem, amabo te, ita auctor noster argumentatus est, nisi quia persuasum omnino habuit Christum verum, sicut et Patrem, esse Deum?

Observa, quaeso, utrum auctor noster memoriter tantum dixerit in aliis Evangeliis scriptum fuisse[a]: "Vos dicitis." Nam id in solo Lucae Evangelio occurrit, ubi Christus non soli sacerdotum principi, uti ait auctor noster, sed senioribus plebis, principibus sacerdotum *et* scribis ita respondisse narratur. At haec per transennam.

Christi porro divinitatem longe adhuc clarius et luculentius auctor noster astruit, ubi exordium primae Joannis Epistolae sic interpretatur: "Quod dicit: *Ab initio,* hoc modo presbyter exponebat, quod principium generationis separatum ab opificis principio non est. Cum *enim* dicit: *Quod erat ab initio,* generationem tangit sine principio Filii

[a] Luc. xxii. 70.

cum Patre exstantis. *Erat* ergo verbum aeternitatis significativum, non habentis initium, sicut etiam Verbum ipsum, hoc est Filius Dei secundum aequalitatem substantiae unum cum Patre subsistit, sempiternum est, et infectum. Quod semper erat Verbum significatur dicendo[b]: *In principio erat Verbum.* Ibi ille apertissime docet aeternam et sine initio esse Filii Dei generationem, huncque esse Verbum sempiternum, atque ejusdem cum Patre suo aeterno substantiae et naturae. Et id quidem non suis solum verbis luculentissime declaravit, sed ex ipsis quoque cum hujusce canonicae Epistolae, tum etiam Joannis Evangelii plane similibus ac consentientibus exordiis.

Neque satis ei fuit illud tam diserte affirmasse, sed rursus paulo post: "Patris, inquit, appellatione significat, quoniam et Filius semper erat sine initio." At haec in tam parvo opere repetitio nonne manifestissime ostendit nihil auctori nostro magis cordi fuisse quam ut omnibus hanc doctrinam traderet et inculcaret?

Verum quomodo, arguet aliquis, Filius dici potest semper fuisse sine principio, qui a Patre aeterno genitus est, atque idcirco principium habuit? Sed huic respondebimus Filium Dei idcirco dici esse sine principio, seu initio, quia, cum ab omni aeternitate genitus a Patre fuerit, nullum habuit temporis initium; quandoquidem nullum assignari potest temporis punctum, quo ille, cum prius non fuisset, esse et exsistere incoeperit. Eodem plane sensu post Nicaenam synodum loquuntur doctissimi et antiquissimi Ecclesiae Patres, qui Filium Dei sine principio et ἄναρχον esse haud dubitanter dixerunt. Ne autem omnes nominibus suis, quod inutile foret, singillatim appellemus, sufficiat id unius ex iis, atque alterius scriptoris, omni exceptione majoris, probare auctoritate ac testimonio. Primus itaque prodeat Cyrillus Alexandrinus, cujus haec sunt verba: "Ut Pater, inquit[c], ipse principio caret minimeque factus est, sic et Verbum, quod ex ipsius substantia processit, initio carens, ἄναρχος, expers erit temporis, nec factum, uti nec ille qui ipsum genuit." In eundem quoque modum contra Eunomianos disputat Gregorius Nazianzenus orat. 35, paulo post initium, pag. 765: "Quid ergo, inquies, si Filius et Spiritus sanctus Patri coaeterni sunt, quid afferri potest, quin principii quoque, quemadmodum et ille, sint expertes? Quia ab ipso sunt, licet non post ipsum. Quod enim principio caret, aeternum quoque est: quod autem aeternum est, non protinus quoque principio vacat, quandiu ad Patrem, velut ad principium et originem refertur. Ergo illi quantum ad causam principio minime carent (perspicuum est autem causam non omnino antiquiorem esse iis, quorum causa est; neque enim sol lucem tempore antecedit), quantum autem ad tempus, principii expertes sunt, quamlibet tu verborum larvis simpliciores animos territes." Auctor igitur noster recte, sicut eruditissimi illi scriptores, dicere potuit Filium Dei, quamvis aeternus, sicut Pater fuerit, esse tamen ἄναρχον, ac sine temporis initio. Aeterna siquidem illius generatio omne antecessit tempus, nec ullum designari potest temporis momentum, ante quod ille non exstiterit.

Neque audiendus est qui nobis objiciet, haec quae retulimus, auctoris notri, Nicaena synodo antiquioris, verba ab ipso profecta non

[b] Joan i. 1. [c] Thes. p. 35.

fuisse, sed a Cassiodoro, vel ab eo qui ejus jussu has adumbrationes Latine reddidit. Nam Cassiodorus aperte quidem declarat se ex iis quaedam offendicula sustulisse, sed nullibi dixit aliquid eis a se, aut ab alio fuisse unquam additum. Deinde vero incertum est utrum hoc adumbrationum opusculum illud ipsum sit de quo sermonem Cassiodorus fecit.

At illud profecto minus sanum et orthodoxum videtur, quod auctor noster de humana anima ad primae Petri Epistolae caput primum vers. 5, hunc scripsit in modum: "Apparet quoniam non est naturaliter anima incorruptibilis, sed gratia Dei, per fidem, et justitiam, et per intellectum perficitur incorruptibilis." Quomodo autem hominis anima "non est naturaliter incorruptibilis," quae cum substantiae omnino spiritualis sit, atque idcirco nec corpore, nec ullis constet partibus, mori nunquam potest, neque corrumpi? Ad haec vero istud catholicae Ecclesiae de humanae animae immortalitate dogma tam diserte ab ejusdem Ecclesiae Patribus, atque in divinis sacrae Scripturae libris definitum statutumque est, ut qui id negavit, haereticus jure merito habeatur.

Scimus quidem ad Lugdunensis *Patrum bibliothecae* marginem annotari haec auctoris nostri verba posse *forsitan* explicari, "vel de perfecta incorruptibilitate, ac supernaturali gloria, vel quod anima non per suam naturam, ut Deus, sed a causa efficiente dependet, nempe a Deo." Sed recte quidem hujus animadversionis auctor verbum *forsitan*, quod dubitantis animi est, ibi adjecit. Satis enim aperte anima ab auctore nostro dicitur non naturaliter immortalis, sed immortalitem gratia tantum Dei, fide et justitia, sive bonis suis operibus consequi. At id falsum omnino esse nemo certe catholicus homo inficiabitur.

Quid vero, quod ille paulo post in haec Petri verba [d]: "Regenerati non ex semine corruptibili," id tantummodo expositionis gratia dixit: "Corruptibilis igitur est anima, quae cum corpore simul profunditur, ut quidam putant."

Verum, ibi, inquies, non suam, sed aliorum ipse refert opinionem. Esto. Sed cur, quaeso, haec nec plura protulit? Cur hunc errorem non explodit, aut impugnat? Cur eum aliqua saltem nota non inurit, aut veram sententiam illi non opponit?

Porro autem nonne ex his colligi haud absurde potest has *Adumbrationes* ab iis esse penitus diversas, quas a Clemente Stromateo editas, Cassiodorus ab alio Graece docto curavit in Latinum verti sermonem? Etenim cum transcripta a nobis verba vix ac ne vix quidem recto sensu explicari, atque incautis pluribus offendiculo esse queant, non minori sane diligentia pius vir ea excidisset, quam alia, quae a se ex hoc opusculo amputata fuisse testificatur.

Quae quidem iis adhuc confirmari possunt, quae idem auctor noster in undecimum subsequentis Judae Epistolae versum: "Vae illis, quia in via Cain abierunt," his nec pluribus verbis edixit: "Sic etiam peccato Adae subjacemus, secundum peccati similitudinem." Nonne enim hic putus purusque Pelagianorum, peccatum originale negantium, error est, proscriptaque ab omnibus orthodoxis Patribus et conciliis opinio? Scimus quidem ibi ab auctore nostro aperte non definiri hunc solum esse, quo Adae peccato subjacemus, modum unicamque

[d] 1 Petr. i. 23.

rationem. Sed ille procul dubio ob tam brevem tamque durum de peccato originali sermonem, quibusdam non immerito forsitan pravi Pelagianorum erroris si non conscius, saltem suspectus videbitur. Quid enim eum prohibuit quominus aliquid ad suam de peccato originali mentem clarius explicandam ibi adjiceret?

In primum vero primae Joannis Epistolae versum haec auctor noster de attrectata Joannis manibus carne Christi scriptis prodidit: "Fertur in *Traditionibus* quoniam Joannes ipsum corpus, quod erat extrinsecus, tangens, manum suam in profunda misisse, et ei duritiam carnis nullo modo reluctatam esse, sed locum manui praebuisse discipuli." Quaenam autem fuerint hae *Traditiones* nemo facile divinabit. A nobis siquidem jam observatum est[e], a Clemente Alexandrino citari Matthiae *Traditiones:* sed forsitan *Traditionum* nomine auctor noster designavit laudata ab Ephraemio[f] pseudepigrapha Joannis aut apostolorum Acta, quae Augustinus[g] et Epiphanius[h] inter apocryphas scripturas amandant et solis haereticis usui fuisse testificantur.

Ut ut sit, constat sane, et certum est laudatas ab auctore nostro *Traditiones* falsas omnino fuisse et apocryphas. Nihil enim de carne Christi, quae Joanni eam contrectanti non reluctata est, in sacris Evangeliis legimus.

Neque dixeris in auctoris nostri textu esse librariorum errorem, ac pro *Joannes* scribendum *Thomas*, cui Christus, ut in ejusdem Joannis Evangelio narratur[i], corpus suum tangendum obtulit. Nam ibi de Christi carne, quae illi tangenti cesserit, nihil prorsus ac ne minimum quidem verbum. Porro autem cum auctor noster verbo "fertur" usus fuerit, eo certe haud obscure significat non gravis sane momenti, nec magnae auctoritatis fuisse has *Traditiones*, nec a se unquam pervolutatas.

Denique haec ejusdem Joannis Epistolae cap. 2. vers. 13. verba: *Juvenes . . . . vicistis malignum*, sic ab auctore nostro exponuntur: "Malignum diaboli extollentiam significat. Filii autem cognoscunt patrem, utpote qui ab idolis confugerunt, et ad unum Deum vocati sunt." Utrum autem ideo haec ab illo animadversa fuerint, quia, cum haec scriptis mandabat, tunc adhuc quidam erant pagani et idolorum cultores, nullus forsitan satis consideratus rerum aestimator ex his tam paucis tamque parum claris illius verbis certo definire audebit. Deinde vero etiamsi plures tum adhuc exstiterint idolorum cultores, non inde tamen concludi posset eum primis floruisse Ecclesiae temporibus, nisi qua in regione hae *Adumbrationes* ab illo editae sint nobis foret compertum. Constat enim idolorum cultum in quibusdam regionibus longe diutius quam in aliis perseverasse.

[e] Dissert. sup. 2. cap. 4. art. 3. [f] Apud Phot., Bibl. cod. ccxxix. p. 799. [g] Aug. t. VI. De fid. [h] Haeres. xlvii. Encrat. § 1. et haeres. xxx. Ebion. § 23. p. 147. [i] Joan. xx. 27.

## CAPUT V.

### De deperditis Clementis Alexandrini operibus, et de iis quae ille scripturum se esse promiserat.

### ARTICULUS I.

*De deperditis Clementis Alexandrini Hypotyposeon libris, ac de quibusdam eorum, aliarumque ejus scriptionum fragmentis.*

Praeter omnia illa, de quibus disseruimus, Clementis Alexandrini opera, certum est plura adhuc ab eo fuisse edita, quorum jactura eo magis deploranda est, quo asserta in illis sacra religionis nostrae documenta et tradita morum praecepta nobis facilius comperta esse potuerunt.

Praecipuum autem inter tot opera, jam a longo tempore amissa, locum haud dubie tenebant octo *Hypotyposeon* libri, de quibus haec narrat Eusebius[k]: "Sunt et alii totidem (nimirum octo) ejus libri Ὑποτυπώσεων titulo inscripti, in quibus Pantaenum magistrum suum nominatim appellat, quaecunque ille a majoribus accepisset, et traditiones, quas posteris reliquerat, exponens." Hieronymus vero[l]: "Feruntur, inquit, ejus insignia volumina, plenaque eruditionis et eloquentiae, tam de Scripturis divinis quam de saecularis literaturae instrumento, e quibus illa sunt Στρωματεῖς libri octo, Ὑποτυπώσεων libri octo." Haec ille, nec plura.

Quia vero hi libri jamdudum perierunt, dictu quibusdam difficile videtur quinam illorum scopus, quodve argumentum fuerit. At utrumque tamen non ita obscure his indicatur Eusebii verbis[m]: "In libris Ὑποτυπώσεων omnium, ut uno verbo dicam, utriusque Testamenti Scripturarum compendiosam instituit enarrationem, ne illis quidem praetermissis scripturis, de quibus inter multos ambigitur. Judae Epistolam, et Barnabae, ac reliquas catholicas Epistolas intelligo, et Revelationem, quae dicitur, Petri. Epistolam autem ad Hebraeos Pauli quidem esse affirmat, sed Hebraico sermone, utpote ad Hebraeos, primum scriptam fuisse, Lucam vero eandem Graeco sermone *studiose* interpretatum, Graecis hominibus edidisse. Quare in ea Epistola et in Actibus apostolorum eundem dictionis colorem reperiri. Hanc vero inscriptionem, *Paulus apostolus*, recte atque ordine omissam fuisse observat. Cum enim Hebraeis scriberet, qui sinistram de ipso opinionem multo ante combiberant, ipsumque suspectum habebant, *prudenti* consilio usus, illos absterrere statim ab initio apposita sui nominis inscriptione noluit. Deinde aliquanto post his utitur verbis: Jam vero sicut beatus dicebat presbyter, quandoquidem Dominus, omnipotentis Dei apostolus, ad Hebraeos missus fuerat, prae modestia Paulus, utpote qui ad gentes erat directus, Hebraeorum apostolum se minime

[k] lib. ix. Hist. eccles. c. 13. p. 214. [l] De script. eccles. § 48. [m] Loc. cit. c. 14. p. 215 et seq.

inscribit, tum ob suam erga Dominum reverentiam, tum quod ex abundanti ad Hebraeos ipse gentium praeco et apostolus scriberet. Sed et in iisdem libris Clemens traditionem quamdam de ordine Evangeliorum, quam a vetustioribus presbyteris acceperat, refert in hunc modum: Dicebat ex Evangeliis prius scripta esse illa, quae seriem generis Dominici continent. Marci autem Evangelium ex hujusmodi occasione scriptum fuisse. Cum Petrus in urbe Roma verbum Dei publice praedicasset, et Spiritu sancto afflatus Evangelium promulgasset, multi qui aderant Marcum cohortati sunt, utpote qui Petrum jamdudum sectatus fuisset, et dicta ejus memoria teneret, ut quae ab apostolo praedicata erant conscriberet. Marcus igitur Evangelium composuit, iisque qui illud ab ipso rogabant impertiit. Quod cum Petrus comperisset, nec prohibuit omnino rem fieri, nec ut fieret incitavit. At Joannes, omnium postremus, cum videret in aliorum Evangeliis ea, quae ad corpus Christi pertinent, tradita esse, ipse divino Spiritu afflatus, spiritale Evangelium familiarium suorum rogatu conscripsit."

Integrum hunc Eusebii, etsi paulo longiorem, locum eo lubentius retulimus, quo clarius inde patet quam certa sit illius de his libris, quos a se haud indiligenter lectos fuisse evidentissime significat, testificatio, quantique ponderis debeat esse ipsius hac in re auctoritas. At ibi ille non modo horumce librorum argumentum et scopum nobis aperte exhibet, sed quaedam etiam eorum repraesentat fragmenta, quibus colligi potest quomodo Clemens noster propositum sibi argumentum pertractaverit.

Inde etiam discimus Clementem Ὑποτυπώσεων nomine, quod alii *institutiones*, alii *informationes*, aut *dispositiones* Latine verterunt, nihil aliud significavisse quam compendiosam omnium sacrae Scripturae librorum, atque etiam apocryphorum enarrationem, seu breves in Vetus et Novum Testamentum, et apocryphas quasdam lucubrationes, commentarios. Huic Eusebii sententiae Photius a nobis mox citandus plane suffragatur, nisi quod non omnes, sed aliquot tantum Veteris Novique Testamenti locos in his *Hypotyposeon* libris a Clemente explicatos fuisse declarat.

Nihil porro Eusebius in eis annotavit, quod sanum omnino et orthodoxum esse non crediderit. Multa porro ibi narrat scitu plane digna, quae pro virili parte nostra in superiori dissertatione notis et observationibus nostris enucleare et illustrare conati sumus.

Sed ab hac Eusebii, qui nihil in his libris, nisi verum ac fidei nostrae dogmatibus consentaneum animadvertit, opinione Photius plurimum dissidet, ac longe diversum de iisdem illis Clementis *Hypotyposibus* judicium tulit. Sed operae pretium est eum id suis verbis enarrantem audire[n]: "Hypotyposes, inquit, disceptationem continent locorum aliquot Veteris Novique Testamenti, quae etiam summatim explicat et interpretatur. Etsi autem recte in quibusdam sentire visus est, in aliis rursus impie omnino fabuloseque disserit. Asserit enim materiam aeternam esse, et ideas veluti certis decretis induci fingit. Filium quoque in rebus creatis numerat. Ad haec animarum migrationes, multosque ante Adamum mundos prodigiose comminiscitur.

[n] Phot. Bibl. cod. 109. p. 286 et seq.

Evam praeterea ex Adamo, non ut sacri libri tradunt, sed obscene atque impie deducit. Angelos quoque cum feminis congressos, liberos inde sustulisse somniat. Quin et Verbum carnem non esse factum, sed ita visum duntaxat. Duo ad haec Patris Verba finxisse deprehenditur, quorum minus mortalibus sit visum: imo ne hoc quidem. Sic enim scribit: Dicitur quidem et Filius Verbum aequivoce, cum patrio Verbo. Verum neque hoc illud Verbum est, quod caro factum est, neque etiam patrium illud est Verbum, sed vis quaedam et potestas Dei, tanquam a Verbo ipso profluens, mens effecta, hominum animos pervasit. Quae quidem omnia Scripturae testimoniis astruere nititur. Quanquam et alia sexcenta blasphema voce nugatur, seu ipse, sive quis alius, ejus personam indutus. Plane ut octo ipsos libros hisce blasphemiarum portentis, de iisdem identidem disserendo, ac sparsim, atque confuse veluti stupore perculsus, Scripturas producendo repleverit. Universi autem operis scopus fuisse videtur Geneseos, Exodi, Psalmorum, Epistolarum sancti Pauli, et Catholicarum, ac denique Ecclesiastici interpretatio. Hoc interim fatetur ipse, discipulum se fuisse Pantaeni."

Ex his Photii verbis primum apertissime liquet ab eo, sicut ab Eusebio, accurate pervolutatos esse octo illos Hypotyposeon libros, quandoquidem claram non solum eorum analysim repraesentat, sed quoddam quoque fragmentum ex iis desumtum de verbo, uti videtur, ad verbum transcripsit.

Deinde vero ille diserte ibi explicat quod fuerit hujus, sicut jam diximus, operis argumentum, quis auctoris scopus, ac quomodo, quotve sacrae Scripturae cum libros tum Epistolas ille ipsemet auctor fuerit interpretatus.

Verum quia Eusebius longe plures quam Photius Veteris Novique Testamenti libros in his *Hypotyposibus* a Clemente explicatos esse affirmat, unde, inquies, tanta Photium inter et Eusebium, qui hosce libros accuratissime, quemadmodum vidimus, perlegerant, orta est dissensio, illudque dissidium? At expende, quaeso, utrum illud in varios codices, quibus uterque usus est, refundendum sit. Eusebius siquidem integros, Photius vero mutilatos, et ab haereticis post Eusebii tempora corruptos, hujus operis codices habuisse haud immerito videtur.

Et vero Eusebius, qui satis copiose et fuse, quemadmodum annotatum est, de his Clementis Alexandrini *Hypotyposibus* disputat, nullum ex tot a Photio memoratis erroribus se in eis deprehendisse significavit. Qui ergo fieri potuit ut tot tantique errores in illis, quibus Photius usus est, codicibus sparsi disseminatique fuerint, nec in aliis antiquioribus ab Eusebio perlectis occurrerint, nisi quia hi libri a nebulonibus quibusdam et impiis haereticis depravati adulteratique sunt? Ah his itaque sceleratis hominibus quaedam, quae corrumpere non potcrant, ex libris illis resecata amputataque haud immerito videntur, alia vero ab iis in pravarum opinionum suarum defensionem nefarie addita, inserta, atque intrusa.

Neque ab hac opinione recedit ipsemet Photius, qui, cum sibi persuadere omnino non posset memoratos a se errores a Clemente traditos assertosque fuisse, consulto adjecit: *seu ipse, sive quis alius, ejus personam indutus*, tot tantaque errorum monstra ac portenta his libris inseruit.

Quid vero, quod in superioribus dissertationibus observatum a nobis fuit, quosdam quidem, ac praesertim de angelorum cum feminis concubitu errores in genuinis Clementis Alexandrini operibus deprehendi? Sed manifestum ibidem fecimus veram orthodoxamque ab eo constanter et perspicue propugnari doctrinam, de unico mundo, et materia a Deo creata, de unico et divino Patris aeterni Verbo, de vera carne ab eo assumpta, atque inprimis de suprema illius divinitate, eademque prorsus ac Patris aeterni natura. Tot igitur, atque adeo repugnantes, et contrarios his sacris dogmatibus errores Clemens in suis *Hypotyposibus*, nisi incredibili prorsus caecitate perculsus, asserere et disseminare non potuit.

Quamobrem recte omnino et apposite Rufinus de adulteratione librorum ubi disputat, haec de Clemente Alexandrino scripsit[o]: "Clemens Alexandrinus presbyter, et magister illius Ecclesiae, in omnibus pene libris suis Trinitatis gloriam, atque aeternitatem unam eamdemque designat, et interdum invenimus aliqua in libris ejus capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Nunquid credibile est de tanto viro, tam in omnibus catholico, tam erudito, ut vel sibi contraria senserit, vel ea quae de Deo non dicam credere, vel audire quidem impium est, scripta reliquerit?"

Scimus quidem nonnullis visum esse hos *Hypotyposeon* libros a Clemente Alexandrino prius compositos quam veris omnibus Christianae religionis documentis plene perfecteque imbueretur. Verum gratis omnino id dicitur, ex dictis siquidem satis, nisi fallimur, probatum est hos libros ab haereticis fuisse adulteratos foedeque corruptos.

Neque dixeris eosdem libros ab illis tot in locis non potuisse corrumpi. Constat enim per ea et superiora etiam tempora eo usque processisse effrenatam illorum haereticorum impudentiam ut in plures alias sanctorum Ecclesiae Patrum lucubrationes, ac divinos etiam sacrae Scripturae libros, uti haud semel annotavimus, non minus violentas manus injecerint, quibus eos variis ejuscemodi amputationibus, interpolationibus et additamentis turpiter foedarunt deformaruntque.

Nec audiendi sunt qui nobis objecerint magna Photium oscitantia Clementi ea tribuisse quae ille non ex semetipso, sed ex perversa haereticorum opinione referebat. Cur enim, obsecro, Photius ille de aliis disputans Clementis operibus, ac maxime de *Stromatum* libris, ubi tot haereticorum paganorumque errores protulisse legitur, eos ipsi quoque non ascripsit? Deinde magis perspicax et oculatus fuit Photius quam ut ea quae *Hypotyposibus* vel a Clemente vel ab aliis profecta erant, non discreverit, nec adeo mendax et fraudulentus ut Clementi innumeros tribuerit errores, quos ipsemet Clemens aliorum esse significabat. Denique etiamsi Photius de plurimis aliorum auctorum scriptis et lucubrationibus disserat, eorumque epitomen exhibeat, nullibi tamen a quopiam hujusce seu oscitantiae et erroris, seu fraudis, doli et mendacii insimulatur.

A vero autem non minus abhorrent qui nullo auctore citato, nulla prolata ratione Clementem Ὑποτυπώσεων scriptorem a Clemente Alexandrino, *Stromatum* auctore, alium esse opinantur[p]. Ex his enim, quae

[o] lib. De adulterat. lib. apud Origen. tom. I. p. 494. [p] In prolegom. ad Euseb. Chron., p. 18.

ex Eusebio et Photio retulimus, funditus evertitur haec falsa opinio. Visne et id adhuc, si fieri possit, evidentius validiusque demonstrari? Audi eundem Eusebium, de Clemente Alexandrino haec dicentem[q]: "Tunc etiam Alexandriae, inquit, iisdem cum Pantaeno studiis divinarum Scripturarum incumbens, floruit Clemens .... Qui etiam in Institutionum libris Ὑποτυπώσεσι a se conscriptis Pantaenum praeceptorem suum diserte nominat. Sed et in primo *Stromateon* libro eundem ipsum designare mihi videtur," etc. Potuitne Eusebius clarioribus verbis asseverare Clementem Alexandrinum esse verum non minus *Hypotyposeon* quam *Stromatum* parentem et auctorem? Sed pudet, tam vanam opinionem seu potius vigilantis hominis somnium confutando tempus frustra impendere et operam.

Neque etiam tempus in iis, qui hos libros ideo, quia erroribus scatebant, intercidisse suspicantur, refellendis terendum est. Norunt enim omnes eandem fuisse non solum pessimorum, sed etiam optimorum librorum, et ab antiquissimis ac doctissimis Ecclesiae Patribus editorum sortem et fortunam. Quis etiam ignorat noxias et pestiferas quasdam haereticorum ac paganorum lucubrationes diutius perseverasse quam alias, quae ab orthodoxis scriptoribus in Christianae religionis defensionem, illiusque dogmatum explicationem compositae, omnibus summae poterant esse utilitatis? Neque id longa et inutili inductione probari necesse est, quod ex ipsis Clementis nostri deperditis libris, de quibus mox disputabimus, luculentissime demonstratur.

Porro autem Eusebius in *Historia* sua *ecclesiastica* hos Clementinarum *Hypotyposeon* libros saepius citat, et quaedam aliquando eorum fragmenta exhibet. Etenim praeter illa quae ex illius lib. vi. capite 14. pag. 215 et seq., protulimus, ab ipso prius lib. i. Histor. cap. 12. pag. 30, citatur quintus *Hypotyposeon* liber, sextus autem et septimus postea lib. ii. Histor. cap. 1. pag. 38. et cap. 9. pag. 46. ac cap. 15. pag. 53.

Plura adhuc fragmenta ex iisdem Clementis nostri libris ab Oecumenio decerpta sunt. Primum siquidem in hujus ad primam ad Corinthios Epistolam cap. xi. 10. pag. 326. commentariis ex tertio illius Ὑποτυπώσεων libro desumptum est. Secundum ex quarto earundem *Hypotyposeon* libro descriptum in eisdem ad II. ad Corinth. Epist. cap. v. 16. pag. 637. commentariis occurrit. Tertium ex eodem *Hypotyposeon* libro in hisce commentariis cap. seq. v. 11. pag. 645. Quartum ex quinto earundem *Hypotyposeon* libro in commentariis ad Epist. ad Galat. cap. v. 24. pag. 763. Quintum ex septimo *Hypotyposeon* libro in commentariis ad primam Epistolam ad Timotheum cap. ii. 6. tom. II. pag. 220. Sextum ex eodem *Hypotyposeon* libro in commentariis ad eandem Epistolam cap. iii. 16. pag. 229. Septimum rursus ex eodem libro in commentariis ad eandem Epist. cap. v. 8. pag. 237. Octavum in vers. 10. pag. seq., ex eodem libro. Nonum rursus ibidem in v. 21. pag. 242. ex hoc ipso libro. Decimum ex eodem adhuc libro in iisdem commentariis in cap. vi. 13. pag. 248. Undecimum denique ex eodem quoque libro in commentariis in caput ii. 2. subsequentis ad Timotheum Epistolae pagina 249.

Praeterea vero Joannes Moschus in *Prato spirituali* cap. 176,

[q] l. v. Hist. c. 11. p. 175.

quoddam ex lib. v. *Hypotyposeon* de apostolorum baptismate fragmentum retulit.

Omnia autem illa excerpta in his, qui omnium versantur manibus, Eusebii, Oecumenii et Joannis Moschi libris quandoquidem a quolibet possunt facillime inveniri, ea idcirco hic describere superfluum et inutile esse duximus.

A nonnullis porro observatum est Frontonem olim Savilio scripsisse apud patriarcham Alexandrinum asservari integrum illarum Clementis *Hypotyposeon* opus. Sed utinam hasce in regiones transportatum fuisset! Certius enim non solum de illius fragmentis, sed de toto etiam ipsomet illo opere judicium ferri forsitan posset.

Multa insuper alia in Graecorum praesertim Patrum catenis fragmenta, solo Clementis nomine citata, occurrunt; quae proinde utrum ex illius *Hypotyposibus*, vel aliis ejus scriptis desumpta fuerint, dictu sane difficillimum est. Et vero in ea, quam Nicetas Heracleae patriarcha adornavit, in librum Job catena longum plane invenies in eundem librum Job cap. i. 21. fragmentum Clementi Alexandrino, sed nullo designato illius opere, attributum, cujus paucissima tantummodo priora verba, non sine quibusdam diversis lectionibus in quarto *Stromatum* libro pag. 538. invenies. Quapropter si quis caetera, quae sequuntur, a Clemente nostro scripta esse dixerit, is certe fateri debet ea, atque adeo totum illud fragmentum vel ex ejus *Hypotyposibus*, vel ex alio deperdito ejus opere fuisse decerptum. Suspicamur autem non plura quam quae notavimus in toto illo fragmento Clementis verba exhiberi. Reliqua enim omnia non aliud nobis esse videntur nisi Clementis sententiae, prout eam Nicetas capiebat, expositio et amplificatio.

Neque facilius indicari potest quo ex Clementis libro idem ipse Nicetas ea delibaverit, quae in eadem tam in Jobi cap. xxxiv. 7. quam in Matthaei cap. v. 43. se transcripsisse declarat.

At quae ille ibidem in Matthaei cap. xiii. 31 et 32. eidem Clementi nostro attribuit, ea quidem ex illius Paedagogi lib. i. cap. 11. pag. 132. quemadmodum et alia, quae in idem cap. Matthaei xiii. 46. ex ejusdem Paedagogi lib. ii. cap. 12. pag. 206. hausta esse arbitramur. Verum in istis duobus posterioribus locis Nicetas non Clementis verba, sed mentem et sententiam exprimit atque amplificat.

In catena vero in Lucam, a Balthasare Corderio publicata, quaedam etiam Clementis fragmenta satis ad verbum repraesentantur, uti in cap. xiii. Lucae, num. 14. legitur excerptum ex libro i. Paedagogi, cap. 6. pag. 96. Praeterea in cap. xiii. Lucae, num. 14. aliud fragmentum ex capite xi. pag. 132, quod etiam in superiori catena citatum vidimus. Item in cap. xvii. num. 16. ex lib. iii. Paedag. cap. 11. pag. 244. Deinde in cap. xxi. num. 35, 37 et 38. ex lib. ii. Paedagogi cap. 2. pag. 154. pag. 155. et pag. 156. Sed in his locis Corderius Latinam horum librorum interpretationem sequitur, atque ibi aliquando nonnulla haud dubie a catenae collectore addita sunt. Duo tandem alia loca occurrunt in Lucae cap. iii. num. 33, et in cap. xvi. num. 22. quae quidem unde, aut quo ex Clementis libro desumpta sint, compertum habere non potuimus.

Alia porro his similia in aliis catenis procul dubio invenientur, de quibus idem ac de istis dici debet. Quapropter haec de illis annotasse sufficiat.

Necesse etiam magis non est alia a nobis repraesentari varia et prolixa editorum Clementis nostri librorum fragmenta, ab Eusebio in suis *De historia ecclesiastica*, atque inprimis *De praeparatione evangelica* libris, et alia quaedam ab Epiphanio et Rufino citata et transcripta. Suo etenim in loco ea satis a nobis hisce in dissertationibus cum indicata fuerint, actum non censuimus esse amplius agendum.

## ARTICULUS II.

### *De aliis Clementis Alexandrini amissis operibus, ac de quibusdam eorum fragmentis.*

Inter alia Clementis nostri Alexandrini deperdita opera ab Eusebio[r] recensentur, Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα, et simplicius a Photio[s] Περὶ τοῦ Πάσχα; Latine vero ab Hieronymo[t], *De Pascha liber unus.* Qua autem occasione hunc librum Clemens scripserit ab eodem Eusebio discimus. Postquam enim de libro, quem Melito eodem de argumento divulgaverat, sermonem ille fecit, tunc continenter subjunxit[u]: "Hujus autem libri mentionem facit Clemens Alexandrinus in opere suo *De Pascha*, ἐν ἰδίῳ Περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ. Quod quidem ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi praebuisse testatur." Quid autem in eo libro tractaretur ita idem Eusebius postea edisseruit[x]: "In libro vero, quem de Pascha composuit, coactum se affirmat a familiaribus suis ut traditiones, quas ab antiquioribus presbyteris acceperat, scriptas posteris mandaret. Meminit in eodem opusculo Melitonis et Irenaei, et aliquot aliorum, quorum etiam enarrationes in medium adducit."

In praefatione autem *Chronici paschalis* seu *Alexandrini*, falso Petri Alexandriae episcopi et martyris nomine inscripta, duo hujusce libri fragmenta hunc in modum pag. 7. exhibentur: "Sed et Clemens sanctissimus Alexandrinae Ecclesiae presbyter, vir antiquissimus, et qui non multum abfuit ab apostolicis temporibus, in libro *De Paschate* consimilia docet, ita scribens: Praeteritis ergo temporibus immolatum a Judaeis Pascha, festum agens, manducavit Dominus. Sed postquam praedicavit, ipse qui erat Pascha Agnus Dei, ut ovis ad occisionem ductus, discipulos statim edocuit figurae mysterium decima quarta, qua etiam illum rogarunt: *Ubi vis paremus tibi Pascha manducare*[y]? Hac igitur die, et sanctificatio azymorum, et festi praeparatio facta est. Unde Joannes ubi hac die rite paratis jam discipulis, quo a Domino abluerentur, scripsit, subdit: Passus est sequenti die Dominus noster, cum ipse esset Pascha, immolatus a Judaeis. Et post alia: Post haec ergo decima quarta, quando passus est, ipso mane ad palatium adducto, pontifices et scribae non introierunt praetorium, ut non contaminarentur; sed ut vespere libere manducarent Pascha[z]. Huic dierum accurationi Scripturae omnes consentiunt, atque adeo Evangelia sibi invicem consentanea. Quinetiam idipsum testatur resurrectio: tertia enim die resurrexit, quae est in prima hebdomade messis, qua et manipulum deferre pontifex a lege praecipitur." Graeca porro verba qui legere voluerit, ea loco a nobis citato facile reperiet.

[r] lib. vi. Hist. c. 13. p. 214.
[s] Bibl. cod. cxi.
[t] De script. eccles. § 48.
[u] lib. iv. Hist. c. 26. p. 147.
[x] lib. vi. c. 13. p. 215.
[y] Matth. xxvi. 17.
[z] Joan. xviii. 28.

Jacturam quoque fecimus duarum aliarum Clementis commentationum, quae ab Eusebio [a] appellantur Διαλέξεις περὶ νηστείας, καὶ περὶ καταλαλιᾶς, a Photio autem, Περὶ νηστείας, καὶ περὶ κακολογίας· atque ab Hieronymo [b], *De jejunio disceptatio, de obtrectatione* liber unus.

Tertium amisimus Clementis librum, qui ab eodem Eusebio [c] appellatur : Ὁ προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους.

Pergit Eusebius [d], et quartum his verbis indicat : καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας, ὃν Ἀλεξάνδρῳ τῷ δεδηλωμένῳ ἐπισκόπῳ ἀνατέθεικεν· Photius vero, Περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, κατὰ τῶν ἀκολουθούντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ, ὃν Ἀλεξάνδρῳ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπῳ προσεῖπεῖν ἔδοξεν. Denique Hieronymus : "De canonibus ecclesiasticis, et adversus eos, qui Judaeorum sequuntur errorem, liber unus, quem proprie Alexandro Hierosolymorum episcopo *προσεφώνησε*." Ex his itaque trium doctissimorum illorum hominum nec obscuris verbis, nec plane incerto eorum testimonio evidenter colligitur hunc unum duntaxat fuisse librum, quo quidem Clemens noster non canones apostolorum, ut quidam perperam arbitrati sunt, ab eo collecti, sed quo errores Judaeorum ecclesiasticis regulis, hoc est, uti videtur, sacris Scripturis confutabantur.

Alii vero opinantur hos errores fuisse Christianorum, qui sacrum Pascha, Judaico more, die lunae decima quarta celebrabant. Et hi quidem opinionem suam tuentur citatis haud dubie Eusebii verbis, *πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας*, ut nonnulli loquuntur. Sed quia Eusebius, Hieronymus, et Photius alium, sicut diximus, Clementis *De Pascha* librum, in quo illud procul dubio argumentum tractabatur, nobis ibidem indicaverunt, quis sibi facile persuadebit duos eadem de re libros, sed diverso titulo inscriptos, a Clemente nostro compositos fuisse? Nonne et alii Judaeorum errores fuerunt de Christo, de observanda lege Mosaica, etc., qui in hoc posteriore libro ab illo potuerunt impugnari et refelli?

Porro autem quoddam reperitur hujus libri in nondum edito Nicephori Constantinopolitani adversus Iconoclastas *Antirrhetico* fragmentum, quod in duabus Graeca manu exaratis bibliothecae Regiae codicibus et Colbertinae tertio descriptum est. Primus autem Regius codex, num. 1989. notatus venerandae est antiquitatis, et ante annos octingentos scriptus videtur. Alter recentior, num. 1826. ex illo priore transcriptus fuit. In utroque autem isto codice haec Graeca illius fragmenti verba legimus :

(1) Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαΐζόντων· Σαλομὼν ὁ τοῦ Δαβὶδ, κ. τ. λ.

Praeterea in *Lausiaca* Palladii *historia* cap. 139. narratur quamdam virginem, morti proximam, matri suae dedisse Clementis nostri Alexandrini in prophetam Amos opus, ut illud exsuli episcopo traderet. Palladii autem haec sunt verba : " Cum dedisset matri suae opus Clementis Stromatei in prophetam Amos, dixit ei : Da id episcopo relegato . . . decessit ipsa nocte." Haec ibi, nec plura de illo Clementis

[a] lib. vi. cap. 13. p. 214. [b] loc. cit. [c] Ib. [d] Ib.

(1) [Hoc et sequentia fragmenta quae Nourrius attulit vide inter Fragmenta volumini tertio adjecta. G. DIND.]

nostri commentario. Quamobrem quidnam illud esset, et utrum ex illius *Hypotyposeon* libris excerptum fuerit, divinari certe non potest.

Nec magis notus est Clementis Alexandrini *De Providentia* liber, cujus S. Maximus confessor duo fragmenta suis opusculis inseruit. Et primum quidem pag. 144. his habetur verbis :

Τοῦ ἁγιωτάτου Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ Περὶ προνοίας· Οὐσία ἐστὶν ἐπὶ θεοῦ. Θεὸς οὐσία θεία ἐστίν, κ. τ. λ.

Secundum vero ibidem pag. 152. sic repraesentatur :

Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως ἐκ τοῦ Περὶ προνοίας λόγου· Θέλησις ἐστὶ φυσικὴ δύναμις, κ. τ. λ.

